

Cds. ord. 5/28/63

4k
593
B67
pars
fasc. 1
c. 3
Ent.

2

400
at. 116

INSECTA CAFFRARIA

ANNIS 1838—1845

A

J. A. WAHLBERG

COLLECTA,

DESCRIPSIT

CAROLUS H. BOHEMAN.

PARS. I. FASCIC. I.


COLEOPTERA.

(*Carabici, Hydrocanthari, Gyrinii et Staphylinii*).

HOLMIAE, 1848.

EX OFFICINA NORSTEDTIANA,

Suntibus Regiis.



ANNALS OF THE

1800-1801

J. A. WALLING

1600

1800

1800

1800

In collectis insectorum catervis, quae nostris temporibus in Europam sunt traductae, ea, quae per annos 1838—1845 conquisita est a geometra J. A. WAHLBERG, diligentissimo naturae indagatore, quum iter laboriosum ac longe lateque patens per Africam ad euronotum sitam faceret, praecipue insignis est et novarum specierum multitudine et singulorum animalculorum habitu optime conservato. Quum id maxime susceptum esset, ut ornithologiae operam daret, tamen omnes Zoologiae partes ditantem ex illis locis remotissimis in patriam advexit copiam rerum, quas natura gignit, adhuc ignotarum. Ego igitur, doctrinae non nihil profuturum ratus, si uno in loco, nec alia alibi describendo, exponerem, quidquid ille in Entomologia investigasset; in animum induxi, ut quantum concederetur temporis a ceteris negotiis vacui, id potissimum impenderem et in novas illorum insectorum species describendas et in earum, quae notae jam essent, tradendas diagnoses atque synonymiam.

Faunam insectorum terrae, quam dicunt Caffrariam, longe diversam esse ab ea, quam praebet Africa australis et occidentalis, inde apparet, quod nec admodum multae species his regionibus sint communes et omnino absint illic quaedam hic frequentes insectorum formae. Quum in Museo Holmiensi nondum inveniantur nisi pauciores insectorum species a Capite bonae spei et Senegali et Guinea profectae, spes omnis abjicienda fuit Faunas insectorum inter se conferendi horum locorum proprias et Caffrariae; quod si factum foret, haud dubie interesset plurimum ad cognoscendum, quae qualisque esset diversis locis insectorum varietas et frequentia.

Ut intelligatur, quanta insectorum copia a WAHLBERG collecta domumque relata sit, satis erit indicasse, species illas conficere summam circiter 4780. Ex his 2534 Coleopteris adnumerantur, 120 Orthopteris, 523 Hemipteris, 528 Lepidopteris, 40 Neuropteris, 356 Hymenopteris, 622 Dipteris, 17 Apteris, 8 Myriapodibus, 32 Arachnidibus. In diversis Coleopterorum familiis Curculionides, Scarabaeides, Chryso-melinae, Cerambycini et Carabici plurimas habere species videntur, deinde Sternoxi et Melasomata pauciores, quum denique Hydrocanthari, Gyrinii, Staphylinii, Teridiles, Clavicornia, Palpicornia, Taxicornia, Tenebrionides, Trachelides, Vesicantia, Stenelytra, Xylophagi, Trimera minore specierum numero repraesentantur.

Ea pars Africae ad Euronotum spectantis, quam obiit WAHLBERG, inter $30^{\circ} 25'$ et 23° lat. austr. atque $32^{\circ} 40'$ et 27° long. orient. (a Greenwich) sita est. Ea pro indole locorum propria in tres fere regiones dividi posse videtur.

1. Natalensis Terra (mari finitima) quae perpetuo littore continetur et Euronotum versus Oceanum Indicum, caurum versus Kaslambam, qui a colonis Batavicus dicitur mons Draconis (Drakensberg) adjacet, in latitudinem circiter duodeviginti aut viginti milliaria svecana capiens, in longitudinem porrecta, ut ipsum littus, altera ad euroaquilonem, altera ad libonotum. Est haec terra ab aquilone continuata Casfrariae, quam proprie dicunt.

2. Superiores Gariepis fluvii (Oranje-Revier) tractus, ad caurum versus ultra Kaslambam siti, in aquilonem usque ad 26° lat. austr. prope Makhali montem procurrentes.

3. Limpoponis fluvii tractus, a Makhali monte in aquilonem late patentes.

Harum omnium, quae orientem spectant, partium Africae australis commune est, ut tempus pluvium per aestatem omnes

ab Octobri menses usque ad Aprilem occupet, quo tempore pluvia, magno coeli fragore adjuncto, per imbres effunditur haud diuturnos, at vehementissimos, quibus subinde cessantibus sol splendet. Interea omnia, quae e terra gignuntur, incredibile dictu est, quam brevi tempore in summam crescant luxuriam; hibernis vero mensibus raro pluit, attamen noctibus ros decedit tam copiosus, ut pluviae vicem aliqua ex parte expleat. Variat quam maxime calor diurnus atque nocturnus. Hoc anni tempore quidquid herbarum gignitur, exarescit et ab incolis incendi solet.

In ora occidentali, haec omnia, quae ad tempestatem pertinent, contraria sunt; ibi enim tempus pluvium saevientibus coris per hiemem tenet. Aestas siccitate insignis est.

1. Natalensis terra.

Haec regio fere omnis plurimis est interrupta vallibus clivisque et quo propius montem draconis assurrexeris, eo magis est inaequalis atque excelsa. Plura eam percurrunt juga montium, quorum multi tabulares sunt.

Quod ad Geologiam attinet, maxima pars orae maritimae ex arena aliisque stratis e mare rejectis constat, quae plutonicis, quas dicunt, formationibus passim sunt perrupta; locis inde remotioribus saxum arenaceum et praesertim in vallibus schistus argillaceus colore fusco percrebrescit; in his etiam lithanthracis magna copia est.

Ipsa, quae mare adjacet, terra imprimis ferax est silvarum procerarum, in quibus plurima sunt genera arborum, quarum nonnullae formas praebent maxime notabiles, quasi in tropica terrae plaga essent natae. Hae tamen silvae non perpetuae sunt, sed passim interlucent colles herbosissimi. In locis, quae ad oram maritimam proxime accedunt, sicubi ea altior est aut arenosa, plerumque oculis objiciuntur densa virgulta, fruticibus plena humilibus ac spinosis, quorum folia

rotundata sunt et obscuro semper virent colore, vel humilioribus locis Rhizophora mucronata, Bruguiera gymnorrhiza etc.

Quo magis terra in altum assurgit, eo magis fit, ut valles solae inferioresque montium partes silvis vestitae sint, donec prope montem Draconis fere ubique herbosa excipiant aequora aut undatim formata, aut plana superficie continuata. A monte Draconis permulti fluvii, iique maxime euronotum versus defluunt, unde haec ora largis aquis perfunditur. In iis locis, quae obiit WAHLBERG si ab aquilone incipiens ad meridiem perrexeris, hi obviam fiunt fluvii: Umfollosi, Umslatus, Umlalaas, Amatakulu, Tugela, Umsinquasi, Umnoti, Umvoti, Umlali, Umtugat, Umluti, Umlango, Umgeni, Umlaasi, Umcamas, Umsinto. Montes memoria digni sunt: Bosjesmansrand, Houtboschberg. Oppidum nuper conditum est Pieter Mauritzberg.

2. Superiores Gariepis fluvii tractus.

Kaslamba mons, qui stat terminus inter Natalensem terram et hos Gariepis fluvii tractus, qua euronotum vergit, praeruptus est et pedum circiter octo millia in altitudinem editus summusque horret plurimis verticibus tabularibus minoribus ac saxorum arenaceorum plenis, qui arcium et castellorum speciem gerunt formaque haud absimili sunt eorum, quibus scatet ea pars Saxoniae, quae Helvetica vocatur. Hic plures per menses (Junii-Augusti) hiberno anni tempore nix remanet. Ubi jugum montis superaveris, alia ad caurum versus regio excipit, quae, haud depressior, planitiem efficit editam lateque patentem, plurimis obsitam gramineis, et ubi, plures per dies itinere facto, vix ullum fruticem adspexeris. Hanc regionem excelsam percurrunt superiores in Gariepem fluvium confluentes amnes: Modder revier, Sand revier, Riet revier, Elands revier, Rhinaster revier, Waal revier, qui prae ceteris insignis ab indegenis Ikoa appellatur, Mooi revier ("pul-

cherrimus amnis"), quorum cursus fere ubique ad occidentem plus minusve diriguntur, ita ut haec regio a jugo montium ad occasum paulatim fiat humilior. Frutices, si qui in locis montosis, quae pauca sunt, proveniunt, e *Proteacearum familia* sunt. Sub lapidibus mobilibus, qui plurimi passim jacent humi dispersi, multa hic *Coleoptera*, imprimis *Curculionides* et *Carabici* inveniuntur.

Hibernis mensibus in hac regione excelsa frigoris vis permagna est, ita ut aliquando ningat. Attamen nix haud diu remanet. Hoc anni tempore iter per haec loca faciendum magnas saepe habet molestias, praesertim jumentis, quae satis alimenti in herbis aridis atque deustis haud facile inveniunt multumque insuper vi frigoris vexantur.


3. Limponis fluvii tractus.

Ad eam versus regionem, quae jam sequitur, terra surgit magisque fit inaequalis, paulatim crescentibus montium jugis, quae una cum *Makhali monte* finem constituunt inter fluvios *Gariepam* et *Limponem*. Hic mons utrinque praeruptus, et quidem maxime qua vergit ad libonotum, in orientem fere et occidentem excurrit magisque est aequalis nec formis notabilioribus excellit. Hic regio incipit silvestris, ubi in montibus crescunt propria et inter se diversa arborum genera, in vastis autem, qui septemtrionem spectant, campis silvestribus, unde passim montes se in altum extollunt, saepissime *Acaciae* gignuntur valde spinosae, sed humiles. Coelum his locis valde mitescit, quaeque in ripis fluviorum proveniunt uberius vigescunt, haud aliter ac in terra mare adjacenti.

Fluvii praestantissimi in Limponem influentes sunt: Krokodil revier (fluvius princeps), *Hex revier*, *Elands revier* (*Stabekanta*), *Inkolube*, *Moriqua*, *T' Nattoan*, *Sand revier* (*Tuluani*), *Ap revier* (*Soani*), *Moritini*, *Lepenula*, *Umstabasi*,

Musi, Montes prae ceteris insignes sunt in his locis praeter Makhalin, Matlara, Zoutpan ("Olla salina"), Motitlä, Leroma, Mohopuani, Samolikäle et Mollimolle. Masobe lacus parvus est haud procul a Lepenula.

In fasciculo altero indicem lubet proponere, adjunctis, quoad fieri licet, novorum generum figuris. Holmiae d. 10 Julii MDCCCXLVIII.



COLEOPTERA.

FAM. I. *Carabici.*

1. *MANTICORA latipennis*: nigro-picea, sub-nitida; capite magno; fronte oblique impressa; prothorace antice et lateribus irregulariter punctato; elytris latis, parce pilosis, aut modice convexis (♂) aut subplanis (♀), antice remote, subtiliter, postice evidenter, crebrius granulatis. Long. 41, lat. ♂ 19 ♀ 21 millim.

Manticora latipennis WATERH. Mag. of Nat. Hist. New. Ser. I. p. 503. — HOPE The Coleopt. Man. Part. II. p. 158. 1. cum fig.

Habitat in Caffraria interiore, rarius.

Variat interdum capite supra prothoraceque ferrugineis, elytris rufo-piceis.

2. *MANTICORA maxillosa*: nigra, sub-nitida; capite sat magno; fronte postice late transversim, antice utrinque oblique impressa; prothorace antice et lateribus irregulariter punctato, elytris sub-cordatis, parum convexis, parce pilosis, dorso antico subtiliter, lateribus et postice evidenter, crebrius granulatis. Long. 36, lat. 16 millim.

Manticora maxillosa SCHH. Syn. Ins. I. p. 166. 1. — Dej. Spec. Gen. des Col. I. p. 5. 1.

Habitat rarius in Caffraria meridionali.

3. *MANTICORA tibialis*: angustior, nigra, sub-nitida; antennis basi testaceo-variegatis; fronte postice late, transversim, antice utrinque oblique impressa; prothorace dorso parcius irregulariter punctato; elytris parum convexis, parce-pilosis, dorso antico subtiliter, postice evidenter, crebrius granulatis; tibiis articulisque tar-

sorum basi dilute, ferrugineis. Long. 34, lat. ♂ 14
♀ 15 millim.

Habitat rarissime ad Portum Elisabethae.

Manticorae maxillosæ affinis, et longitudine fere aequalis, sed nonnihil angustior, elytris medio minus ampliatis, colore antennarum pedumque a conspeciebus mox distincta. Caput ut in praecedenti omnino constructum; vertice evidenter punctato; palpis basi obscure ferrugineis. Prothorax fere ut in *Mant. maxillosa*, nonnihil tamen latior, postice evidenter truncatus et in medio profundius impressus, undique, dorso postico parcius punctatus. Scutellum sat magnum, apice rotundatum, irregulariter et mediocriter punctatum. Elytra prothoracis basi duplo latiora, antice conjunctim late rotundato-emarginata, lateribus pone basin paullo ampliata, a medio apicem versus sensim angustata, apice conjunctim sub-acuminata, supra parum convexa, postice declivia, nigra, sub-nitida, dorso antico parce subtiliter, lateribus apiceque evidenter, crebrius, inaequaliter granulata, pilis longis fuscis praesertim postice adspersa; humeris sub-angulatis, in mare fere hamatis; margine evidenter obtuse crenulato, lateribus inflexis, valde remote, obsolete granulatis. Pedes longi, validi, nigro-setulosi; tibiis dilute ferrugineis, apice late infuscatis; tarsis nigris, articulis basi ferrugineis.

4. MEGACEPHALA (APTEMA) *regalis*: viridi-aenea, nitida; antennis luteis, articulis basalibus nigro-annulatis; labro, mandibulis basi, femoribus subtus, tibiis tarsisque luteis; capite prothoraceque obsolete coriaceis; elytris oblongo-ovatis, convexis, confertim granulatis, lateribus apiceque violaceis; abdomine piceo, apice testaceo-marginato. Long. 24, lat. 9½ millim.

Habitat locis sterilibus rarissime in montibus Makalisensibus.

M. Senegalensi OLIV. proxima et colore subsimilis, elytris brevioribus, magis ovatis, valde convexis, confertim evidenter granulatis, granulis dorsi oblongis, facile distincta. Caput magnum, subquadratum, postice non angustatum, subtiliter coriaceum, utrinque ad oculos longitudinaliter striatum, viride-nitidum, medio pulchre chalybeo splendens; fronte utrinque oblique impressa; labro luteo, margine apicali tenuiter infuscato, serie transversa e punctis profundioribus; mandibulis luteis, intus apiceque nigris; palpis luteis, articulis basalibus parce, longe setulosis; oculis rotundatis, valde convexis, glaucis. Antennae luteae, tenuiter pubescentes, articulo primo basi, secundo medio, tertio quartoque apice nigro-fuscis. Prothorax latitudine media longior, antice quam basi nonnihil latior, lateribus modice rotundato-ampliat, subtiliter coriaceus, intra apicem et postice transversim impressus, viridi-aeneus, nitidus, dorso violaceo-micans, modice convexus, medio leviter impressus, longitudinaliter sat profunde canaliculatus, canalicula antice abbreviata, angulis posticis sub-rotundatis. Elytra antice prothoracis basi paullo latiora, pone basin sensim rotundato-ampliata, apice conjunctim rotundata, prothorace plus quam duplo longiora, supra valde convexa, postice declivia, obscure viridi-aenea, nitida, lateribus apiceque late violacea, undique granulis crebris, sat elevatis obsita, dorsalibus oblongis, lateralibus et apicalibus rotundis, illis apice puncto distincto insculptis. Abdomen piceum, subtiliter coriaceum, segmento ultimo testaceo-marginato. Pedes longi, sat robusti, lutei; femoribus anticis supra leviter infuscatis, posterioribus fere totis nigro-fuscis.

5. *CICINDELA rufomarginata* (MELLY.) obscure cuprea; capite prothoraceque inaequaliter albo-pubescentibus; labro mandibulisque luteis, hoc basi utrinque, illis margine apiceque nigris; prothorace angusto, confer-

tissime granulato, medio breviter canaliculato; elytris inaequaliter disperse punctatis, antice granulatis, linea suturali, lunula humerali introrsum dilatata, et alia apicali maculisque disci dilute flavis. Long. 21, lat. 7 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura fere *C. lugubris*. Caput magnum, pone oculos nonnihil angustatum, confertim granulatum, medio et ad oculos longitudinaliter aciculatum, obscure cupreum, sub-opacum, utrinque pube depressa, albida sat dense obsitum; vertice tenuiter canaliculato; fronte apice aureo marginata; labro magno, luteo, macula utrinque basali antice rotundata margineque tenuiter nigris, apice triangulariter producto, ibique quinque denticulato; mandibulis luteis, marginibus apiceque nigris; palpis viridi-aeneis, parce albo-setulosis. Antennae nigro-aeneae, nitidae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine media dimidio longior, antice truncatus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem sub-angulariter modice ampliatus, lateribus sub-sinuatus, reflexo-marginatus, versus basin modice angustatus, supra in dorso paullo convexus, confertim subtiliter granulatus, antice posticeque transversim impressus, medio canalicula tenui, longitudinali, utrinque abbreviata; cupreus, parum nitidus, medio pilis depressis, albidis, sat dense obsitus, subtus sub-laevis, magis nitidus. Scutellum triangulare, cupreum, confertim ruguloso-punctatum, parce albido pilosum. Elytra antice prothorace duplo latiora et illo fere triplo longiora, humeris rotundata; lateribus longe ultra medium recta, versus apicem sub-oblique angustata, apice conjunctim sub-acuminata, supra paullo convexa, obscure cuprea, ad basin subtiliter granulata, dein sub-remote inaequaliter nigropunctata, signaturis variis flavis, remote nigro-punctatis insignita, nempe in ipsa basi macula angusta, interdum

deficiente, dein linea suturali antice nonnihil abbreviata et lunula ab angulo humerali, ante medium cum linea suturali connexa ibique dilatata, mox pone medium disci maculis duabus minoribus, interiore signum obliquum interrogationis formante, et intra apicem denique macula magna, semilunari, cum linea suturali etiam connexa. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum, subtilissime punctulatum, lateribus pube depressa, albida obsitum, segmentis duobus ultimis abdominis obscure ferrugineis. Pedes longi, graciles, viridi-coerulescentes, tenuiter albo-setulosi; femoribus supra cupreo-micantibus.

6. *CICINDELA fatidica*: nigro-aenea, sub-opaca; labro vitta media transversa, mandibulis basi extus palpisque flavis, illis articulo ultimo viridi-aeneo, nitido; prothorace posterius angustato, supra subtiliter, confertim granulato; elytris irregulariter, parum profunde punctatis, vitta longitudinali obliqua, ramosa, linea inaequali, laterali, versus apicem, maculisque duabus suturalibus albis, apice ad suturam breviter dentatis. Long. 14—16, lat. 5—5 $\frac{3}{4}$ millim.

Mas.: tarsis anticis articulis tribus primis valde dilatatis, utrinque pilosis, medio dense brunneo-pubescentibus.

Femina.: tarsis anticis angustis, subtus parce setosis.

Habitat minus frequens in Caffraria interiore.

Cicindela sylvatica nonnihil brevior sed multo angustior. Caput magnum, posterius nonnihil angustatum, nigro-aeneum, parum nitidum; vertice postice sub-laeve, antice confertim rugoso granulato; fronte ad oculos longitudinaliter evidenter, medio irregulariter, subtiliter aciculata; labro sat magno, nigro, apice late rotundato, breviter tridentato, medio vitta transversa, sat lata, in medio antice leviter emarginata, postice sub-angulatim producta, flava, intra apicem punctis quatuor profundioribus; mandibulis extus a basi longe ultra medium flavis;

palpis luteis, articulo ultimo viridi-aeneo, nitido, labi-
libus articulo tertio sub-cylindrico, medio antrorsum
nonnihil incrassato; oculis sub-rotundis, convexis, brun-
neis, fusco-irroratis. Antennae nigro-aeneae, basi niti-
dae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine media
vix longior, apice truncatus, basi vix emarginatus, an-
tice posticeque transversim impressus, lateribus ante me-
dium paullo rotundatus, dein versus basin sensim angu-
status, supra parum convexus, subtiliter creberrime
granulatus, nigro-aeneus, sub-opacus, setulis albidis,
depressis, dorso parcissime, ad latera dense obsitus;
medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque
abbreviata. Scutellum parvum, triangulare, obsolete
punctulatum, cupreum, sub-nitidum. Elytra antice pro-
thoracis basi vix duplo latiora, humeris rotundata, la-
teribus sensim perparum ultra medium ampliata, dein
apicem versus citius angustata, prothorace duplo et ultra
longiora, supra modice convexa, irregulariter parum
profunde nigro-punctata, nigro-aenea, sub-opaca, apice
ipso singulatim rotundata, subtiliter crenulata, ad sutu-
ram in dentem brevissimum excurrentia; singulo vitta
angusta, inaequaliter lata, a callo humerali longe ultra
medium introrsum oblique ducta, pone medium utrin-
que ramosa, interdum abrupta, linea intramarginali ver-
sus apicem vel intus ante medium emarginata, vel ibi
interrupta, maculisque duabus parvis prope suturam,
una a basi sat remota, altera ante medium, albis. Cor-
pus subtus violaceum, nitidum, obsolete punctulatum,
ad latera albo-pubescentis; pectore cupreo-micante. Pedes
viridi-cuprei, nitidi, albo-setulosi; tibiis, apice excepto,
viridi-aeneis.

7. *CICINDELA notata*: obscure cuprea, parum nitida;
labro, mandibulis basi palpisque luteis, illis articulo
ultimo viridi-aeneo; prothorace versus basin sensim
angustato, supra confertim subtiliter granulato; elytris

nigris, irregulariter parum profunde, hinc inde subseriatim punctulatis, ante medium maculis parvis, flavo-testaceis; apice breviter mucronatis; abdomine violaceo, nitido. Long. 15—16, lat. 5—6 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Cicindela littorali longitudine aequalis, sed in elytris angustior. Caput sat magnum, postice nonnihil angustatum, obscure cupreum, parum nitidum, postice et subtus violaceo-micans; vertice subtiliter, crebre granulato; fronte transversim, ad oculos vero longitudinaliter confertim aciculata, infra oculos cupreo- et viridi-variegata; labro magno, luteo, sub-nitido, tenuiter fusco-marginato, antice producto, distincte quinque dentato, medio longitudinaliter convexo, prope marginem punctis quatuor nigris; mandibulis basi extus macula magna, subtriangulari, dilute flava; palpis magis quam in conspeciebus crassis, luteis, articulo ultimo viridi-aeneo, nitido; oculis convexis, fuscis. Antennae basi tenuiores, violaceae, articulis 7 exterioribus brevioribus, crassioribus, nigris, pubescentibus, articulo quarto in mare subtus mox pone medium fasciculo e setulis nonnullis, crassis, nigris. Prothorax latitudine nonnihil longior, apice truncatus, basi late, leviter rotundato-emarginatus, antice posticeque transversim impressus, mox pone apicem paullo ampliatus, lateribus dein versus basin sensim, perparum angustatus, supra paullo convexus, obscure cupreus, sub-opacus, parce testaceo setulosus, confertim, subtiliter granulatus, medio tenuiter longitudinaliter canaliculatus. Scutellum subtiliter coriaceum, viridi-coerulescens, apice latius cupreo-marginatum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora et illo triplo longiora, humeris rotundata, lateribus recta, apicem versus sensim rotundato-angustata, ad suturam in mucronem parvum, brevem excurrentia, supra modice convexa, nigra; remote, irregulariter, mediocriter, hinc inde

sub-seriatim viride punctata, ante medium maculis, parvis saturate flavis, nempe ad suturam duabus majoribus elongatis, fere in medio tribus parvis, in serie longitudinali positis, quarum una basali, sub-obliqua, elongata, reliquis rotundis, et sexta denique extus longe ante medium posita, minutissima, rotunda; margine saepe cupreo micante. Corpus subtus violaceum, nitidum, pectore prothoraceque cupreo-variegatis, lateribus antice densius, postice tenuiter albo-pubescentibus. Pedes viridi-aenei, parce albo-setulosi; femoribus supra aureo-postice violaceo-micantibus; tarsis violaceis.

8. *CICINDELA pudica*: obscure cuprea, parum nitida; labro mandibulisque basi pallide flavis; palpis luteis, articulo ultimo viridi-aeneo; prothorace sub-quadrato, subtiliter, crebre granulato, medio tenuiter canaliculato, lateribus modice rotundato; elytris nigro-aeneis, mediocriter, sub-remote punctulatis, lunula humerali apicalique integris, fascia media sinuata maculisque tribus in dorso antico flavescens. Long. $11\frac{1}{2}$ —13, lat. 5 — $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Primo intuitu *C. flexuosae* sub-similis, ab illa statura graciliore, colore obscuriore, prothorace posteriorius magis angustato, elytris longioribus, macula postica deficiente, facile distincta. Caput sat magnum, postice paullo angustatum, obscure cupreum, parum nitidum; vertice subtiliter confertim granulato; fronte tenuiter striata; labro lato, transverso, flavo, tenuiter fusco-marginato, medio longitudinaliter elevato, apice tridentato; mandibulis nigris, basi extus dilute flavis; palpis luteis, articulo ultimo viridi-aeneo, nitido. Antennae basi cupreae, nitidae, extrorsum nigrae, pubescentes. Prothorax latitudine media nonnihil brevior, basi apiceque truncatus, antice posticeque transversim impressus, lateribus mox pone basin modice rotundato-amplius, posteriorius nonnihil angustatus, supra fere planus,

subtiliter confertim granulatus, obscure¹ cupreus, parum nitidus, dorso parce, ad latera densius breviter albido-setulosus, postice tenuiter longitudinaliter canaliculatus. Scutellum subtiliter confertim granulatum, basi viridicoerulescens, apice cupreum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora et illo triplo longiora, humeris rotundata, lateribus recta, apicem versus citius angustata, apice conjunctini acuminata, supra modice convexa, sub-remote, parum profunde punctata, nigroaenea, sub-opaca, lunula humerali, apicem versus nonnihil dilatata, et alia apicali apicem versus latiore, intus medio rotundato-emarginata, fascia dein media recurva maculisque tribus, prima in ipsa basi inter scutellum et lunulam humeralem oblonga, secunda et tertia prope suturam, hac a basi non longe remota, oblonga, illa ante medium cuneiformi, pallide flavis. Corpus subtus magis nitidum, antice cupreum; abdomine obsolete punctulato, violaceo, ad latera parce albo pubescente. Pedes cuprei, tenuiter albo-setulosi; femoribus basi, geniculis tibiisque apice aeneis; tarsis viridicoerulescentibus.

9. *CICINDELA vivida*: supra obscure cuprea, sub-opaca, subtus viridi-aenea, nitida; labro mandibulisque basi dilute flavis; prothorace sub-quadrato, subtilissime crebre granulato, lateribus paullo rotundato, dorso obsolete canaliculato; elytris subtiliter sat crebre punctulatis, lunula basali, fascia media recurva extus connexis, lunula apicali maculisque duabus, pallide flavis. Long. 11, lat. 4½ millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

Longitudo *C. clathratae*, nonnihil angustior, lunula humerali fasciaque media intra marginem tantum connexis, antice ad suturam maculis duabus, ab illa mox distincta. Caput obscure cupreum, sub-opacum, postice paullo angustatum, subtiliter, crebre granulatum, antice

medio oblique, ad oculos longitudinaliter aciculatum; labro lato, transverso, dilute flavo, tenuiter fusco-marginato, supra in medio leviter et longitudinaliter convexo, apice tri-dentato; mandibulis dilute flavis, extus tenuiter, apice latius nigris; palpis luteis, articulo ultimo viridi-aeneo, nitido. Antennae basi viridi-coerulescentes, nitidae, extrorsum nigrae, pubescentes, articulo basali supra albo-piloso. Prothorax latitudine media vix brevior, apice truncatus, basi late leviter rotundato-emarginatus, lateribus paullo rotundato-ampliatum, antice posticeque transversim impressus, supra parum convexus, subtilissime crebre granulatus; obscure cupreus, sub-opacus, ad latera setulis depressis, albidis adpersus, dorso canalicula obsoleta, longitudinali. Scutellum subtiliter confertim punctulatum, cupreum, basi viridi-coerulescens. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora et illo fere triplo longiora, humeris rotundata, lateribus recta, versus apicem citius oblique angustata, ibique subtiliter crenulata, apice ad suturam in spinam tenuem, brevem excurrentia, supra paullo convexa, sat crebre, parum profunde punctata, coracina, sub-opaca, lunula humerali, fascia media recurva, intra marginem confluentibus, lunula apicali maculisque duabus oblongis prope suturam, una non longe a basi, altera ante medium dilute flavis. Corpus subtile viridi-coerulescens, nitidum, lateribus dense albo-pubescentibus. Pedes viridi-aenei, nitidi; femoribus dense, tibiis parce albo-setulosi.

10. *CICINDELA Aegyptiaca*: sub-cylindrica, viridi fusco-aenea; labro transverso, mandibulis basi palpisque luteis, illis apice viridi-aeneis; prothorace sub-quadrato, subtilissime granulato; clytris subtiliter minus crebre punctulatis, linea marginali, lunulaque humerali interruptis, striga media transversa abbreviata, apice dentata maculaque disci pallide flavis. Long. 11, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Cicindela Aegyptiaca. DEJ. Spec. Gen. I. p. 96. N:o 76.

Habitat in Caffraria interiore.

11. *CICINDELA disjuncta*: sub-cylindrica, supra fusco-aenea, sub-opaca; labro, mandibulis basi palpisque maxillaribus ex parte, labialibus, articulo ultimo excepto, flavis; prothorace sub-cylindrico, confertim granulato, elytris sub-remote, parum profunde punctatis, lunula angusta apicis maculisque sex pallide flavis. Long. 10, lat. 4 mill.

Cicindela disjuncta. DEJ. Spec. Gen. I. p. 98. N. 82.

Habitat in Caffraria meridionali.

12. *CICINDELA brevicollis*: supra obscure cuprea, sub-opaca; labro, mandibulis basi palpisque flavis, illis apice viridi-aeneis; prothorace sub-quadrato, confertim granulato; elytris sub-remote punctulatis, margine cyaneo, postice crenulato, lunula humerali apicalique, fascia media recurva lineaque suturali sinuata, abbreviata, dilute flavis. Long. 10, lat. 4 millim.

Cicindela brevicollis. DEJ. Spec. Gen. I. p. 113. N:o 94.

Habitat in Caffraria meridionali.

13. *CICINDELA clathrata*: supra viridi-cuprea, parum nitida, subtus violacea; labro, mandibulis basi palpisque flavis, illis apice viridi-aeneis; prothorace sub-quadrato, subtiliter confertim granulato, medio canaliculato; elytris mediocriter punctatis, lunula humerali apicalique, fascia media recurva, linea marginali et suturali antice sinuata, pallide flavis. Long. 12, lat. 5 millim.

Cicindela clathrata. DEJ. Spec. Gen. I. p. 115. N:o 97.

Habitat locis aridis in Caffraria meridionali.

14. *CICINDELA candida*: fusco-aenea, sub-opaca; labro mandibulisque basi flavis; palpis, articulo ultimo excepto, luteis; prothorace sub-quadrato, subtilissime, crebre granulato; elytris laevigatis, flavo-albidis, vitta ramosa, punctata, a basi ad medium extensa, maculis duabus pone medium suturaque obscure aeneis; margine

anguste violaceo, versus apicem subtiliter crenulato. Long. 11, lat. 5 millim.

Cicindela candida. DEL. Spec. Gen. I. p. 123. N:o 104.

Habitat ad Portum Elisabethae.

Variat elytrorum vitta medio interrupta vel elytris basi tantum macula antice furcata maculisque nonnullis disci obscure aeneis.

15. *CICINDELA barbifrons*: cuprea, sub-nitida; labro mandibulisque basi pallide flavis; palpis luteis, articulo ultimo viridi-aeneo; fronte utrinque fasciculo e pilis longis, densis, albis; prothorace sub-quadrato, confertim evidenter granulato; elytris subtiliter, remote punctulatis, albidis, in medio maculis tribus longitudinaliter positis, sutura margineque cupreis. Long. 10, lat. 5 millim.

Habitat rarissime in Caffraria interiore.

Magnitudo et fera statura praecedentis. Caput magnum, supra sub-planum, subtiliter, confertim granulatum, cupreum, sub-nitidum, ad oculos longitudinaliter aciculatum; fronte utrinque fasciculo sat magno, e pilis longis, densis, depressis, albis; labro lato, transverso, antice sub-truncato, in medio tridenticulato, supra convexo, dilute flavo, tenuiter fusco-marginato; mandibulis basi pallide flavis, extrorsum nigris; palpis luteis, articulo ultimo viridi-aeneo, nitido; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennae cupreae, basi nitidae, articulo primo supra dense albo piloso. Prothorax sub-quadratus, apice truncatus, basi late, leviter rotundato-emarginatus, antice posticeque transversim impressus, supra fere planus, subtiliter evidenter granulatus, medio longitudinaliter et tenuiter canaliculatus, cupreus, nitidus, pilis depressis, albis, antice dense, dorso parce, adpersus. Scutellum triangulare, cupreum, nitidum, confertim, subtiliter granulatum. Elytra prothoracis basi duplo latiora et

illo triplo longiora, humeris rotundata, lateribus in medio nonnihil ampliata, versus apicem citius rotundata, apice ad suturam conjunctim leviter emarginata, supra paullo convexa, subtiliter sub remote punctulata, albida, haud nitida, singulo in disco maculis tribus minoribus, longitudinaliter positis, una ante medium elongata, altera in medio lineari, breve, et tertia longe ante apicem subovata, sutura margineque anguste obscure cupreis. Corpus subtus cupreum, nitidum, abdomine violaceomicante, utrinque ad latera dense albo-pubescente. Pedes cuprei, dense albo pubescentes et parce pilosi.

16. EURYODA (HEPTADONTA HOPE) *guttipennis*: subcylindrica, supra nigro-violacea, parum nitida, pectore pedibusque viridi-aeneis; mandibulis basi extus palpisque flavis, illis apice nigris; fronte prothoraceque confertim aciculatis; elytris mediocriter, postice crebrius punctatis, dorso longitudinaliter impressis, singulo pone medium maculis tribus parvis apiceque anguste albidis. Long. 13, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

Cicindela mauræ magnitudine aequalis. Caput sat magnum, postice nonnihil angustatum; vertice confertim subtiliter granulato; fronte longitudinaliter et subtiliter, crebre aciculata, inter oculos 6 foveolata, foveolis quatuor posterioribus rotundis, magis remotis, quadratim positis, anterioribus approximatis; labro sat magno, obscure aeneo, supra convexo, antice carinato, apice tridentato; palpis flavis, maxillaribus articulis duobus ultimis, labialibus articulo penultimo apice, ultimo toto, nigris; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennae basi violaceae, nitidae, extrorsum pubescentes. Prothorax subcylindricus, latitudine media nonnihil brevior, basi apiceque truncatus, lateribus perparum versus basin angustatus, antice posticeque minus profunde, anguste, transversim impressus, supra paullo convexus, nigro-

coerulescens, confertim irregulariter transversim aciculatus, pone basin leviter et longitudinaliter impressus. Elytra prothoracis basi fere duplo latiora, et illo triplo longiora, humeris rotundata, lateribus longe ultra medium fere recta, tum apicem versus citius angustata, apice singulatim sub-rotundata, supra modice convexa, dorso longitudinaliter uni-sulcata, a basi ultra medium minus crebre sed evidenter, posterius subtiliter, crebrius punctata, punctis ibi saepe hinc inde confluentibus; nigro-coerulea, sub-nitida, singulo maculis tribus, parvis, albidis insignito, nempe duabus pone medium margine magis approximatis, rotundis, prima mox pone medium, secunda versus apicem positis, praeterea intra marginem pone medium tertia, minutissima, oblonga, interdum deficiente, margine postico apiceque anguste albis. Corpus subtus violaceum, nitidum, sub-laeve, pectore viridi-aeneo micante. Pedes sat longi, tenues, viridi-aenei, nitidi, parce albo-setulosi; tibiis apice cupreo-violaceis.

17. EURYODA 4 *pustulata*: sub-cylindrica, supra cupreo-aenea, sub-nitida, subtus violacea, nitida; mandibulis basi extus, palpisque maxillaribus fere totis, labialibus basi, flavis; fronte prothoraceque confertim aciculatis; elytris mediocriter, postice crebrius punctatis, singulo pone medium maculis duabus, mediocribus, albis. Long. 11, lat. 4 millim.

Habitat in montibus Makkalisensibus, ut videtur parce.

Statura fere praecedentis, nonnihil tamen minor, aliter colorata. *Cicindelae concinnæ* affinis ut e descriptione videtur, palpis vero maxillaribus fere totis viridi-aeneis, ab illa mox distincta. Caput sat magnum, versus basin nonnihil angustatum, postice confertim granulatum, inter oculos longitudinaliter aciculatum, obsolete bifoveolatum, cupreo-aeneum, sub-nitidum; labro sat magno, nigro-aeneo, convexo, supra apicem versus

sub-carinato; mandibulis basi extus dilute flavo-marginatis; palpis maxillaribus viridi-aeneis, articulis duobus basalibus apiceque flavis, labialibus flavis, articulo penultimo apice, ultimo toto nigro-aeneis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae basi cupreae, nitidae, extrorsum nigrae, pubescentes. Prothorax basi apiceque truncatus, sub-cylindricus, lateribus fere rectus, versus basin nonnihil angustatus, antice posticeque leviter, anguste transversim impressus, dorso paullo convexus, postice obsolete longitudinaliter canaliculatus, undique crebre transversim aciculatus, cupreo-aeneus, sub-nitidus. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora et illo triplo longiora, humeris rotundata, lateribus fere recta, apicem versus citius, oblique angustata, apice singulatim rotundata, supra modice convexa, inaequalia, a basi ad medium minus crebre, evidenter, dein ad apicem crebrius, subtiliter punctata, ibique punctis praesertim in disco saepe confluentibus, impressa, viridi-aenea, sub-nitida; dorso cupreo micantia, singulo pone medium maculis duabus mediocribus, albis, longitudinaliter positis, una mox pone medium, ovata, altera non longe ab apice nonnihil major. Corpus subtus violaceum, nitidum. Pedes viridi-aenei, nitidi, parce albo-setulosi; tarsis obscurioribus.

18. *PHYSODEUTERA angusticollis*: viridi-coerulea, sub-nitida; capite cupreo; labro, mandibulis basi extus palpisque flavis, illis articulo ultimo viridi-aeneo; prothorace angusto, subcylindrico, confertim granulato, cupreo; elytris nigro-aeneis, sat crebre mediocriter punctatis, irregulariter et longitudinaliter atro-lineatis, in linea interiore parce viride punctata; singulo pone medium disci macula parva et versus apicem maculis duabus majoribus, flavo-albidis; tibiis flavo-testaceis. ♂♀ Long. 9—11, lat. 3—4. millim.

Mas: elytris angustioribus, attenuatis, ad suturam singulatim longius acuminatis; tarsis anticis articulis tribus basalibus modice dilatatis, subtus albido-pubescentibus.

Femina: elytris latioribus, apice singulatim sub-rotundatis, ad suturam acutis, tarsi anticis tenuioribus, subtus setulosis.

Habitat in Caffraria interiore.

Cicindela Germanicae magnitudine aequalis. Structura palporum cum *Physodeutera* bene quadrat, sed differt tarsi supra non canaliculatis. Caput magnum, cupreum, nitidum, confertim evidenter rugoso-granulatum, postice nonnihil angustatum; fronte utrinque ad oculos longitudinaliter sat profunde striata; labro magno, semi-circulari, antice sub-truncato, obtuse tri-dentato, supra in medio longitudinaliter elevato, convexo, flavo, intra marginem punctis sex profundioribus, fuscis, basi utrinque macula transversa, antice rotundata, nigro-fusca; mandibulis nigris, extus a basi ad medium albidis; palpis dilute flavis, articulo ultimo viridi-aeneo, nitido; labialibus articulo tertio magno, modice incrassato, antrorsum setoso; oculis sub-rotundatis, valde convexis, brunneis. Antennae tenues, articulis quatuor basalibus cupreo-violaceo micantibus, reliquis nigris, pubescentibus. Prothorax sub-cylindricus, latitudine fere dimidio longior, apice truncatus, basi leviter rotundato-emarginatus, antice posticeque transversim impressus, versus basin perparum angustatus, supra paullo convexus, confertim granulatus, cupreus, sub-nitidus, glaber, medio vix vel obsolete longitudinaliter canaliculatus. Scutellum magnum, sub-cordiforme, basi viridi-aeneum, subtiliter granulatum, versus apicem cupreum, transversim aciculatum. Elytra prothorace fere triplo longiora et antice basi ejus fere duplo latiora, humeris rotundata; lateribus sensim longe ultra medium in mare parum, in femina magis ampliata, versus apicem citius angustata, subtiliter crenulata, supra modice convexa, sat crebre mediocriter punctata, nigro-aenea, sub-opaca, extrorsum sub-nitida, dorso lineis longitudinalibus, minus regularibus, abbreviatis, atris, linea interiore punctis plurimis

plurimis majoribus, seriatim positis, viridi-micantibus, disco pone medium macula parva, ovata, non longe ab apicem margine magis approximata, altera ovata, et intra apicem tertia, minus regulari, majoribus, flavo-albidis. Corpus subtus violaceum, nitidum, pube depressa, albida, minus dense obsitum, lateribus subtiliter granulatum; segmento ultimo abdominis nigro-piceo. Pedes viridi-cuprei, parce albo-setulosi; trochanteribus tibiisque saturate flavo-testaceis.

19. *DROMICA clathrata*: oblonga, nigro-aenea vel obscure cuprea; antennis extrorsum incrassatis; labro vitta media, mandibulis basi palpisque flavis, illis articulo ultimo nigro; capite prothoraceque rugoso-plicatis, elytris sex costatis, costis postice oblitteratis, interstitiis fossulatis, singulo elytro macula marginali, sub-apicali, ovata, alba. Long. ♂ 21, lat. 5 millim. Long. ♀ 23, lat. 8 millim.

Mas.: elytris angustioribus, attenuatis, ad suturam acuminatis; tarsis anticis latioribus, subtus longe et dense dilute brunneo-pubescentibus.

Femina.: elytris pone medium magis ampliatis, apice singulatim rotundatis, ad suturam acutis; tarsis anticis tenuioribus, subtus parce setulosis.

Dromica clathrata. KLUG. Jahrb. I. p. 40. N:o 6.

Dromica gigantea. de BREME Ann. Entom. de France. II. Ser. II. p. 289. t. VII. f. 3.

Habitat in Caffraria meridionali et interiore parce.

Observ. Variat macula postica elytrorum, vel minuta vel omnino deficiente.

20. *DROMICA sculpturata*: oblonga, nigro-aenea; antennis brevioribus, extrorsum minus incrassatis; labro, mandibulis basi palpisque flavis, illis apice nigris; prothorace rugoso-plicato, dorso utrinque elevato; elytris confertim punctatis, reticulatis, dorso sub-planis, quinque costatis, costis duabus dorsalibus pone medium

desinentibus, interiore et duabus exterioribus ante apicem connexis, linea apicali albida; geniculis tibiisque basi testaceis. ♀ Long. 20, lat. 7 millim.

Habitat rarius in Caffraria interiore.

Statura fere feminae praecedentis, nonnihil tamen minor, antennis brevioribus, tenuioribus, labro toto flavo, elytris dorso sub-planis, minus profunde punctatis ut et situ costarum, ab illa abunde distincta. Caput magnum, obscure aeneum, sub-nitidum, postice paullo convexum, confertim granulatum; fronte impressa, longitudinaliter confertim striata; labro magno, flavo, tenuiter fusco-marginato, apice producto, tri-dentato; mandibulis dilute flavis, extrorsum nigris; palpis flavis, articulo ultimo fere toto nigro, nitido, basi tantum flavo; oculis rotundis, convexis, glaucis. Antennae capitis prothoracisque dimidii longitudine, basi viridi-aeneae, nitidae, articulo secundo basi flavo, extrorsum parum incrassatae, nigrae, pubescentes. Prothorax latitudine vix longior, apice truncatus, postice leviter late rotundato-emarginatus, antice posticeque coarctatus et transversim impressus, lateribus posterioribus sensim angustatus, supra inaequalis, confertim rugosus, obscure aeneus, sub-nitidus, extrorsum sat profunde, transversim aciculatus, dorso utrinque elevatus. Scutellum cordiforme, obscure aeneum, transversim aciculatum. Elytra prothorace fere triplo longiora et antice basi illius nonnihil latiora, humeris rotundata; lateribus antice sensim, pone medium magis rotundato-ampliata, dein apicem versus angustata, apice conjunctim sub-rotundata, ad suturam paullo debiscentia, supra in dorso sub-plana, confertim rude punctata; singulo costis quinque longitudinalibus, sub-undulatis, prima non procul a sutura, ante apicem oblitterata, duabus dorsalibus, parallelis, ultra medium continuatis, ante basin et postice connexis et binis exterioribus, ex angulo humerali excurrentibus, antice ap-

proximatis, postice sensim divergentibus, versus suturam inflexis; in margine apicali lineola sub-cuneiformi, albida. Corpus subtus obsolete aciculatum, antice cupreo-postice violaceo-micans. Pedes punctati, albo-setulosi; antici viridi-aenei, geniculis tibiisque apice testaceis; postici viridi-coerulescentes, geniculis tibiisque fere ad apicem saturatius testaceis.

21. *DROMICA tuberculata*: oblonga, obscure cuprea, subnitida; mandibulis basi palpisque flavis, illis apice nigris; prothorace sub-quadrato, dorso rugoso, quadri-tuberculato, tuberculis posticis elevatioribus, anticis obsoletis; elytris sat crebre, mediocriter punctatis, costa laterali pone medium versus suturam inflexa, obliterated, et altera dorsali ter interrupta, postice obscuriore; macula sub-marginali pone medium lineolaque apicali albidis. Long. 16, lat. 6 millim.

Mas.: labro toto flavo, anguste fusco-marginato; tarsis anticis latioribus, subtus pubescentibus.

Femina.: labro nigro-aeneo, medio vitta longitudinali antice abbreviata, flava; tarsis anticis tenuioribus, subtus setulosis.

Dromica tuberculata DEJ. Spec. Gen. V. p. 270. N:o 3. — KLUG Jahrb. I. p. 39. N:o 3.

Observ. Dom. Klug in descriptione l. c. lineolam apicalem albidam elytrorum haud memorat, quare de identitate cum nostra dubium adhuc manet.

I. COSMEMA.

(a *Κόσμημα* res ornata).

Antennae tenues, filiformes, articulo secundo brevissimo, tertio longo.

Labrum sat magnum, convexum, apice in medio productum, tridentatum.

Mandibulae tenues, arcuatae, apice acutæ.

Mentum sinu simplici, absque dente.

Palpi: maxillares mediocres, sat longi, articulis 1 et 2 brevissimis, 3:o oblongo, reliquis longiore et crassiore. 4:o brevi, sub-conico, quinto penultimo dimidio longiore, extrorsum nonnihil incrassato, apice sub-truncato; labiales nonnihil breviores, articulo penultimo longo, introrsum setoso, medio valde incrassato, ultimo tenui, brevi, sublineari, apice truncato.

Prothorax angustus, sub-cylindricus, versus basin nonnihil angustatus, supra fere planus, antice posticeque impressus.

Elytra oblonga, antice posticeque angustata, supra convexa, apice ad suturam singulatim acuminata.

Tarsi longi, tenues, supra canaliculati, antichi maris articulis tribus primis leviter dilatatis, subtus dense tomentosis; unguiculis simplicibus, divaricatis.

Genus *Dromicæ* generi quoad habitum subsimile, sed structura palporum, labro antice in medio producto, tri-dentato, antennis multo tenuioribus, filiformibus differt. Corpus mediocre, elongatum, convexum. Caput magnum, crassum, sub-quadratum, supra fere planum, ad oculos nonnihil elevatum, antice obtuse triangulariter productum; labro magno, convexo, antice utrinque leviter emarginato, medio producto, tri-dentato, dente medio majore; oculis sat magnis, sub-rotundatis, valde convexis. Antennae dimidio corpore haud longiores, tenues, filiformes; articulo primo reliquis crassiore, sub-obconico, sequente triplo longiore, secundo brevissimo, tertio quarto dimidio fere longiore, 4--11 elongatis, longitudine sensim decrescentibus. Prothorax latitudine longior, antice capite angustior, truncatus, lateribus sensim perparum, ad basin magis angustatus; postice leviter rotundato-emarginatus, supra fere planus, intra basin et apicem transversim impressus, medio canaliculatus. Scutellum magnum, triangulare, planum. Elytra oblonga, antice posticeque angustata, pone medium in mare paullo, in femina magis ampliata, supra convexa, apice singulatim

ad suturam acuminata. Pedes longi, graciles; femoribus mox pone basin modice incrassatis; tibiis rectis, apice intus spinis duabus sat longis, tenuibus; tarsis supra canaliculatis, anterioribus tibiis longioribus; unguiculis simplicibus, divaricatis.

22. *COSMEMA furcata*: elongata, supra cuprea, sub-nitida; labro flavo, basi apiceque nigro, fusco-marginato; mandibulis basi palpisque flavis, illis articulo ultimo nigro; prothorace confertim rugoso; elytris crebre punctatis, granulatis, vitta sat lata intra-marginali, pallide flava, pone medium introrsum ramulum obliquum emittente. Long. 16, lat. $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore in montibus Makkalisensibus.

Species pulchra et distinctissima. Caput magnum, cupreo-aeneum, sub-nitidum, confertim granulatum, posterius perparum angustatum, ad oculos longitudinaliter, in medio arcuato-striatum; labro magno, porrecto, fornicato, flavo, anguste fusco-marginato, basi apiceque nigro, vel nigro, utrinque macula sat magna flava; mandibulis nigris, basi extus macula sub-triangulari, flava; palpis flavis, articulo ultimo nigro, nitido; oculis sub-rotundatis, valde convexis, brunneis. Antennae basi violaceo-micantes, extrorsum nigrae, pubescentes. Prothorax latitudine dimidio longior, sub-cylindricus, apice truncatus, basi late parum profunde rotundato-emarginatus, antice posticeque leviter coarctatus et transversim impressus, lateribus versus basin sensim angustatus, supra in dorso parum convexus, undique crebre rugosus, viridi-cupreus, sub-nitidus, medio canalicula tenui longitudinali. Scutellum sat magnum, confertim rugulosum, cupreum. Elytra antice prothoracis basi vix latiora, ultra medium sensim ampliata, apicem versus angustata, apice ad suturam acuminata, prothorace vix triplo longiora, supra modice convexa, confertim sat

profunde punctata, evidenter granulata, cuprea, sub-nitida, a posteriori visa atra, sub-opaca; vitta sat lata, intra-marginali, a basi usque ad apicem continuata, dilute flava, pone medium introrsum ramulum obliquum, apice attenuatum, emittente. Corpus subtus obsolete punctulatum, glabrum, antice violaceo- et viridi variegatum; abdomine nigro-violaceo. Pedes longi, graciles, cupreo-aenei, parce albo-setulosi.

23. *COSMEMA marginella*: elongata, supra obscure aenea, sub-nitida, subtus violacea; mandibulis extus macula basali palpisque flavis, illis articulo ultimo nigro; prothorace confertim subtiliter rugoso; elytris crebre punctatis, granulatis, linea angusta, intra-marginali, elevata, albida. Long. 14, lat. ♂ 4 ♀ 4 $\frac{3}{4}$ millim.

Mas: labro flavo, fusco-marginato, basi apiceque nigro; elytris, singulatim acuminatis; tarsis anticis latioribus, subtus albido-pilosis.

Femina: labro nigro, utrinque macula sat magna flava; elytris latioribus pone medium magis ampliatis, apice conjunctim emarginatis, ad suturam acutis; tarsis angustioribus, subtus breviter setulosis.

Habitat in Caffraria interiore in montibus Makkalisensibus.

Statura praecedentis, sed minor. Caput magnum, obscure aeneum, parum nitidum, confertim granulatum, ad oculos longitudinaliter, medio arcuato-striatum; mandibulis nigris, basi extus superne macula cuneiformi dilute flava; palpis flavis, articulo ultimo nigro, nitido; oculis sub-rotundatis, valde convexis, fusco-brunneis. Antennae basi violaceo- et viridi-micantes, extrorsum nigrae, pubescentes. Prothorax latitudine dimidio longior, sub-cylindricus, apice truncatus, basi late, parum profunde rotundato-emarginatus, antice posticeque leviter coarctatus, transversim impressus, lateribus sensim, versus basin citius angustatus, dorso paullo convexus, medio confertim rugoso-granulatus, ad latera transversim

aciculatus, supra obscure aeneus, vitta media longitudinali, fusco-aenea, canalicula tenui, antice posticeque abbreviata, exarata. Scutellum magnum, sub-cordiforme, confertim rugulosum, cupreum, sub-opacum, basi aeneum, sub-laeve. Elytra prothorace duplo et ultra longiora, at antice basi illius haud latiora, longe ultra medium sensim ampliata, apicem versus attenuata, supra modice convexa, sat crebre, antice profundius punctata, granulata, obscure aenea, paullo cupreo-nitentia, margine apicali violaceo micantia; linea intra-marginali, tenui, angusta, sub-elevata, a basi fere ad apicem continuata, alba. Corpus subtile violaceum, nitidum, glabrum, subtilissime coriaceum. Pedes aenei, violaceo-micantes, parce albo-setulosi.

24. *COSMEMA lepida*: elongata, viridi-cuprea, nitida; labro mandibulis extus basi palpisque luteis, illis articulo ultimo nigro; prothorace confertim, subtiliter, transversim aciculato; elytris crebre punctatis, granulatis, linea angusta intra-marginali, antice abbreviata, calloque parvo humerali albidis; trochanteribus, geniculis tibiisque testaceis. Long. 10, lat. 3—3½ millim.

Mas.: elytris apice conjunctim emarginatis, ad suturam singulatum longe et acute spinosis, extus dente minuto instructis; tarsis anticis modice dilatatis, subtus albo-pilosis.

Femina.: elytris latioribus, apice conjunctim emarginatis, ad suturam et extus breviter, acute spinosis; tarsis anticis tenuioribus, subtus parce setulosis.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura praecedentis sed dimidio fere minor. Caput magnum, viridi-cupreum, nitidum, posterius angustatum, supra impressum, postice subtiliter, confertim granulatum, ad oculos et antice longitudinaliter, medio irregulariter, crebre aciculatum; labro luteo, nitido, anguste fusco-marginato; mandibulis extus basi macula sat magna, cuneiformi, flava; palpis luteis, articulo ultimo nigro, nitido; oculis rotundis, convexis, brunneis. Antennae

basi viridi-aeneae, nitidae, extrorsum nigrae, pubescentes. Prothorax latitudine dimidio longior, apice truncatus, basi leviter rotundato-emarginatus, antice posticeque transversim impressus, lateribus versus basin sensim perparum angustatus, supra paullo convexus, subtiliter crebre, transversim aciculatus, viridi-cupreus, nitidus, medio canalicula tenui, longitudinali, utrinque abbreviata. Scutellum sat magnum, cordiforme, cupreum, nitidum, transversim et confertim aciculatum. Elytra antice prothoracis basi paullo latiora, ad basin nonnihil, dein ultra medium magis ampliata, apicem versus attenuata, supra modice convexa, confertim mediocriter punctata, granulata, viridi-cuprea, nitida, a posteriore visa dimidio exteriori nigra; intra marginem linea angusta, sub-elevata, antice abbreviata calloque parvo, rotundo, humerali, albis. Corpus subtus violaceum, nitidum, antice cupreo-variegatum. Pedes viridi-aenei, nitidi, parce albo-setulosi; trochanteribus, geniculis tibisque testaceis.

25. *COSMEMA elegantula*: elongata, supra fusco-cuprea, sub-nitida, antennis basi testaceo-variegatis; labro, mandibulis basi palpisque pallide flavis, illis articulo ultimo apice nigro; prothorace crebre, transversim aciculato; elytris dorso confertim, extrorsum sub-remote punctatis, lateribus viridi-coerulescentibus, callo humerali, macula pone medium lineolaque apicali albis; pedibus testaceis, coxis femoribusque, apice excepto, viridi-aeneis. Long. 11, lat. ♂ 3. ♀ 3 $\frac{3}{4}$ millim.

Mas. elytris conjunctim apice anguste emarginatis, singulo acuminato; tarsis anticis latioribus, subtus griseo-pubescentibus.

Femina. nonnihil latior; elytris conjunctim apice latius rotundato emarginatis, singulo acuto; tarsis anticis tenuioribus, subtus setulosis.

Habitat ad Portum Natalense rarius.

Caput magnum, fusco-cupreum, parum nitidum, postice nonnihil angustatum; vertice confertim granulato; fronte depressa, ad oculos longitudinaliter, evidenter striata, medio utrinque leviter impressa ibique irregulariter aciculata; labro magno, flavo, margine nigro-fusco (♂), vel nigro-piceo, basi macula magna, antice rotundata, flava (♀); mandibulis nigris, basi extus flavis; palpis flavis, articulo ultimo medio late nigro-piceo; oculis sub-rotundis, convexis, glaucis, fusco-irroratis. Antennae basi luteae, articulo basali, apice excepto, nigro-piceo, secundo medio, tertio quartoque supra leviter infuscatis, articulis reliquis nigris, pubescentibus. Prothorax latitudine dimidio longior, basi apiceque subtruncatus, antice posticeque coarctatus, lateribus versus basin sensim perparum angustatus, supra obscure cupreus, sub-nitidus, parum convexus, crebre, transversim, evidenter aciculatus, canalicula longitudinali, tenui, antice posticeque abbreviata. Scutellum obscure cupreum, transversim, subtiliter aciculatum. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, pone basin nonnihil rotundato-ampliata, lateribus ultra medium in mare vix, in femina paullo ampliata, supra modice convexa, dorso obscure cuprea, profunde et crebre, lateribus inflexis violaceo-micantibus, remotius punctata, in callo humerali macula parva, rotunda, pone medium margine propius altera, sub-ovata, nonnihil majore et in ipso apice lineola longitudinali, flavo-albidis. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, violaceum, magis nitidum. Pedes testacei, parce, breviter albo-setulosis; coxis totis femoribusque, basi et apice exceptis, viridi-aeneis, nitidis.

26. *COSMEMA gilvipes*: elongata, supra viridi-cuprea, lateribus et subtus violacea, nitida; antennis basi, labro medio, mandibulis basi, pedibus palpisque luteis, illis articulo ultimo apice nigro; prothorace dorso rugoso-granulato, lateribus aciculato; elytris crebre,

extrorsum remotius punctatis, apice singulatim rotundatis, ad suturam acutis ♀. Long. $9\frac{1}{2}$, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti vix angustior, sed nonnihil brevior. Caput magnum, viridi-cupreum, nitidum, postice confertim granulatum, ad oculos et antice longitudinaliter, medio irregulariter, crebre aciculatum; labro nigro, nitido, medio longitudinaliter convexo, macula ovata media marginibusque lateralibus luteis; mandibulis extus ad basin flavo-testaceis; palpis luteis, articulo ultimo apice nigro, nitido; oculis rotundis, convexis, nigro-fuscis. Antennae nigrae, pubescentes, articulis quatuor primis luteis. Prothorax angustus, latitudine dimidio longior, apice truncatus, basi late, leviter rotundato-emarginatus, antice posticeque sub-coarctatus, transversim impressus, mox pone apicem nonnihil ampliatus, dein versus basin sensim perparum angustatus, supra paullo convexus, transversim, crebre aciculatus, viridi-cupreus, sub-nitidus, medio canalicula tenui, antice posticeque abbreviata. Scutellum viridi-aeneum, transversim aciculatum, apice cupreo-micans. Elytra prothorace duplo et ultra longiora, antice basi illius paullo latiora, humeris rotundata, lateribus ultra medium sensim nonnihil ampliata, dein apicem versus angustata, apice singulatim rotundata, ad suturam acuta, in dentem brevem excurrentia, supra viridi-aenea, nitida, mediocriter, crebre, lateribus violaceis magis remote, subtiliter punctata. Corpus subtus obsolete punctulatum, violaceum, nitidum. Pedes lutei, parce albo-setulosi; coxis viridi-aeneis.

27. *LASIOCERA gracilis*: oblonga, viridi-aenea, sub-nitida; antennis, palpis pedibusque albidis, geniculis, tibiis tarsisque apice infuscatis; capite, prothoraceque oblongo, crebre, rude punctatis; elytris profunde punctato-striatis, transversim rugosis; singulo antice macula lon-

gitudinali posticeque altera transversa, inaequali, pallide flavis. Long. 5, lat. 2 millim.

Habitat in Caffraria interiore rarissime.

Odacanthæ melanuræ nonnihil brevior et angustior, magis convexa. Caput sub-triangulare, parum convexum, rude, crebre punctatum, viridi-aeneum, medio cupreo-micans; labro brevi, transverso, apice flavo-testaceo; mandibulis nigro-piceis, nitidis, palpis albidis, articulo ultimo apice leviter infuscato; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae albidæ, subtus leviter infuscatae, articulis 2—9 subtus pilis plurimis, longis, fuscis obsitis. Prothorax oblongo-ovatus, latitudine fere duplo longior, capite angustior, basi apiceque truncatus, anterieus angustior, lateribus modice rotundato-ampliatus, intra basin transversim leviter impressus, angulis posticis sub-rectis; supra modice convexus, confertim profunde punctatus, viridi-aeneus, sub-nitidus, medio carinula longitudinali, obsoleta, antice modice, postice magis abbreviata. Scutellum triangulare, obscure aeneum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi haud duplo latiora, latitudine duplo longiora, ad humeros rotundata, lateribus linearia, apice singulatim oblique truncata, extus dente brevi, obtuso instructa, supra modice convexa, profunde sat crebre punctato-striata, interstitiis angustis, sub-convexis, transversim rugosis; obscure aenea, sub-nitida, singulo ante medium margine propius, macula elongata, longitudinali, medio utrinque leviter emarginata et pone medium macula altera, sat magna, inaequali, transversa, pallide flavis. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum; pectore ad latera sat profunde punctato. Pedes albidis, geniculis, tibiis tarsisque apice leviter infuscatis.

28. *DRYPTA jucunda*: viridi-aenea, nitida, pubescens; ore, antennis pedibusque luteis, immaculatis; capite prothoraceque sat crebre punctatis, illo pone apicem rotundato-ampliato, supra tenuiter canaliculato; elytris

punctato-striatis, interstitiis convexis, subtiliter, sat crebre, vage punctulatis. Long. 8, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo et similitudo *D. emarginatae*; colore diverso, antennarum articulo primo apice vix infuscato, prothorace mox pone apicem magis rotundato-ampliato, posterius minus angustato, interstitiis elytrorum convexioribus, subtiliter punctulatis, tamen ab illa distincta. Caput modice convexum, viridi-coerulescens, nitidum, sat profunde, minus crebre punctatum, pube densa albida, pilisque nonnullis fuscis obsitum, utrinque infra oculos maculaque media in apice, luteis; labro, mandibulis palpisque luteis; oculis rotundis, convexis, brunneis. Antennae ut in *D. emarginata* fere constructae, luteae, articulo basali minus clavato, immaculato, vel leviter tantum infuscato. Prothorax oblongus, basi apiceque truncatus, postice transversim impressus, lateribus mox pone apicem sensim rotundato-ampliatius, dein posterius nonnihil angustatus, sub-sinuatus, supra paullo convexus, mediocriter, sat profunde punctatus, viridi-aeneus, sub-nitidus, pube brevi, albida, erecta obsitus, medio longitudinaliter, obsolete canaliculatus. Scutellum oblongo-triangulare, elevatum, punctatum, supra planum, nigro-piceum, albido-pubescent. Elytra antice prothoracis basi plus quam duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere ad apicem sensim perparum ampliatia, apice truncata, singulatim leviter sinuata, supra paullo convexa, viridi-aenea, sub-nitida, pube brevi, erecta, albida, dense adpersa, sat profunde striata, striis in fundo punctulatis, interstitiis convexis, vage, subtiliter, sat crebre punctulatis. Corpus subtile subtiliter, crebre punctulatum, viridi-coeruleum, nitidum, tenuiter, breve albo-pubescent. Pedes lutei, tenuiter albo-pubescentes.

29. *DRYPTA Africana*: pallide testacea, pubescens, antennarum articulis 1:0 apice, 3:0 toto, fuscis; prothorace

sat crebre punctato, tenuiter canaliculato; elytris evidenter punctato-striatis, interstitiis convexis, subtiliter, crebre punctulatis, sutura abbreviata, postice dilatata, vitta intra-marginali, pectore abdomineque obscure violaceis. Long. 8, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo et similitudo *D. dorsalis*, antennarum articulis basalibus aliter coloratis, prothorace nonnihil crebrius punctato, elytrorum sutura antice latius vittaque intra-marginali obscure violaceis, ab illa distincta. *D. cylindricollis* adhuc propior videtur, sed vitta intra-marginali elytrorum a basi usque ad apicem continuata. Caput supra modice convexum, pallide testaceum, albido pubescens, medio remotius, ad oculos magis confertim, mediocriter punctatum; ore pallide testaceo; mandibulis apice obscurioribus; palpis dilutioribus; oculis rotundis, convexis, nigris. Antennae testaceae, articulo primo apice, tertio ferè toto, fuscis. Prothorax oblongus, pallide testaceus, breviter albido-pubescens, capite angustior, lateribus parum rotundato-ampliatum, ante basin leviter coarctatus, supra confertim, minus profunde punctatus, medio canalicula longitudinali, tenui, antice posticeque abbreviata. Scutellum oblongo-triangulari, nonnihil elevatum, confertim punctulatum, pallide testaceum. Elytra antice prothoracis basi plus quam duplo latiora, ad humeros rotundata, posterius sensim nonnihil ampliata, apice truncata, singulatim leviter rotundato-emarginata, supra modice convexa, pallide testacea, albido-pubescens, sat profunde striata, striis in fundo evidenter punctulatis, interstitiis convexis, subtiliter, crebre punctulatis, sutura a basi longe ultra medium sat late, ante apicem utrinque adhuc latius, vittaque intra marginali fere a basi usque ad apicem continuata, obscure violaceis. Pectus et abdomen subtiliter, creberrime punctulatis, obscure violaceis, sub-nitidis. Pedes flavo-testacei, tenuiter albo-pubescentes.

30. *DRYPTA thoracica*: violacea, sub-nitida, breviter parce pubescens; antennis rufo-testaceis, articulo primo longo, extrorsum nigro; ore palpisque rufo-testaceis; prothorace oblongo, rufo, violaceo-micante, subtiliter, sub-remote punctulato, tenuiter canaliculato; elytris evidenter punctato-striatis, interstitiis sub-convexis, vage punctulatis; pectore pedibusque rufo-testaceis, femoribus apice late nigris. Long. 11, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria interiore rarius.

Primo intuitu *D. ruficollis* simillima, sed nonnihil major, latior, prothorace brevior, latiore, postice magis angustato, supra minus convexo, subtiliter, remotius punctulato, dilute violaceo-micante, elytris evidenter punctato-striatis, interstitiis convexis, minus crebre, profundius punctulatis, ut et femoribus fere a medio ad apicem nigris. Caput crebre, mediocriter punctatum, violaceum, nitidum, breviter albo-pubescens, basi apiceque rufo-testaceum; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae, articulo primo longo, extrorsum sensim, modice incrassato, a medio ad apicem nigro-piceo, nitido, tertio basi leviter infuscato. Prothorax oblongus, rufus, dilute violaceo-micans, tenuiter albido-pubescens, apice truncatus, basi leviter rotundato-emarginatus, lateribus nonnihil rotundato-amplius; posterius sinuato-angustatus, supra paullo convexus, punctis sub-remotis, minus profundis, a latere visis confluentibus; medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum oblongo-triangulare, rufo-ferrugineum, punctatum. Elytra antice prothoracis basi plus quam duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus a basi fere ad apicem sensim perparum ampliata, apice truncata, singulatim leviter rotundato-emarginata, supra paullo convexa, violacea, sub-nitida, breviter, parce albo pubescentia, evidenter striata, striis in fundo subtiliter, confertim punctulatis, interstitiis modice convexis,

sat crebre, evidenter punctulatis. Corpus subtus rufo-testaceum, crebre punctulatum; abdomine violaceo. Pedes rufo-testacei, parce albo-pilosi; femoribus apice late nigris.

31. *ZUPHIUM bimaculatum*: rufo-testaceum, sub-opacum; capite nigro; prothorace subtiliter crebre punctulato, angulis posticis acutis, minus productis; elytris subtiliter coriaceis, tenuiter striatis, fuscis, anguste rufo-testaceo-marginatis, singulo pone basin macula ovata, rufo-testacea. Long. $12\frac{1}{2}$, lat. $4\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Z. olenti dimidio major, praesertim latior, elytris tantum macula antica minore, a basi nonnihil magis remota. Rufo-testaceum, opacum. Caput modice convexum, nigrum, parum nitidum, subtiliter sub-remote, ad oculos crebrius punctulatum, medio inter antennas rufo-piceum, collo tenui rufo-testaceo, antice infuscato. Prothorax sub-cordiformis, apice sub-truncatus, mox pone apicem, rotundato-amplius, lateribus tenuiter reflexo-marginatus, antice sensim, posterius citius angustatus, ibique utrinque sinuatus, postice medio leviter rotundato-emarginatus, utrinque oblique truncatus, angulis modice productis, acutis; supra planus, subtiliter, crebre punctulatus, medio tenuiter, antice evidenter canaliculatus. Scutellum triangulare, punctulatum. Elytra prothoracis basi plus duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, apice conjunctim truncata, angulo exteriori rotundata, supra plana, subtiliter coriacea, tenuiter striata, fusca, anguste rufo-testaceo marginata, macula in medio disci sat magna, ovata, quam in *Z. olenti* minore et magis a basi remota, rufo-testacea. Corpus subtus pedibusque rufo-testaceis.

32. *ZUPHIUM Caffer*: rufo-testaceum, sub-opacum; capite nigro, nitido, punctulato; prothorace subtiliter, crebre punctulato, angulis anticis rotundatis, posticis acutis,

productis; elytris subtiliter coriaceis, obsolete striatis, fuscis, tenuiter, apice latius rufo-testaceo-marginatis, singulo macula antica ovata, testacea. Long. 9, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Z. olenti magnitudine aequale et valde affine, prothoracis angulis basalibus magis productis, elytris vix vel obsolete striatis, subtiliter sed evidenter coriaceis, macula antica minore, apice, praesertim ad suturam late rufo-testaceo marginatis, ab illo distinctum. Caput modice convexum, nigrum, nitidum, subtiliter sub-remote, ad oculos crebrius punctatum, supra antenas et apice rufo-testaceum, collo tenui rufo-testaceo prothoraci adfixum; labro, mandibulis, palpis antennisque rufo-testaceis. Prothorax sub-cordiformis, basi apiceque, leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem rotundato-ampliatum, lateribus tenuiter reflexo-marginatus, antice sensim, posterius citius angustatus ibique sinuatus, angulis basalibus magis productis, acutis; supra planus, rufo-testaceus, subtiliter, sat crebre punctulatus, medio tenuiter, antice evidenter canaliculatus. Scutellum triangulare, punctulatum, rufo-testaceum. Elytra prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, apice conjunctim truncata, angulo exteriori rotundata, supra plana, confertim, evidenter coriacea, obsolete striata, fusca, opaca, extus undique, postice praesertim ad suturam latius rufo-testaceo marginata; singulo elythro macula sat magna, ovata, quam in *Z. olenti* minore, non procul a basi in medio disci posita, rufo-ferruginea. Corpus subtus cum pedibus rufo-testaceum.

33. *ZUPHIUM ustum*: testaceum, sub-nitidum; oculis nigris; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris confertim coriaceis, tenuiter striatis, sutura maculaque

maculaque magna, postica, communi, fuscis. Long. $7\frac{1}{4}$.
lat. 3 millim.

Zuphium id. KLUG. Jahrb. I. p. 67, 5.

Habitat in Caffraria interiore.

34. *ZUPHIUM brunneum*: supra dilute brunneum, subnitidum, subtus rufo-testaceum; capite nigro, nitido, punctulato; prothorace subtiliter, crebre punctulato, tenuiter canaliculato, angulis posticis acutis; elytris confertim subtiliter coriaceis, obsolete striatis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus Caffrariae interioris.

Z. Olenti vix angustius, sed nonnihil brevius. Supra dilute brunneum, immaculatum. Caput modice convexum, nigrum, nitidum, medio parce, ad latera crebrius punctulatum, apice et supra antennis rufo-ferrugineum, collo tenui brunneo prothoraci adfixum. Prothorax sub-cordiformis, apice sub-truncatus, mox pone apicem rotundato-ampliatum, lateribus tenuiter reflexo-marginatus, antice sensim, posterius citius angustatus, ibique sinuatus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, angulis basalibus modice productis, acutis; supra planus, subtiliter, confertim punctulatus, medio tenue, longitudinaliter canaliculatus. Scutellum triangulare, punctulatum. Elytra antice prothoracis basi plus quam duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta vel apicem versus perparum ampliata, apice conjunctim truncata, angulo exteriori rotundata, supra plana, tenuiter striata, interstitiis subtiliter, confertim coriacea, breviter et tenuiter albido pubescentia, sutura margineque dilutioribus. Corpus subtus cum pedibus rufo-testaceum.

35. *CYMINDIS deplanata*: nigro-picea, sub-opaca; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite subtiliter,

confertim aciculato; prothorace antice ampliato, postice rotundato, subtiliter confertim punctulato, canaliculato, lateribus tenuiter rufo-testaceo-marginato; elytris subtiliter punctato-striatis, interstitiis paullo convexis, sublaevibus. Long. 8, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Cyminde Faminii Dej. nonnihil major, prothorace latiore, angulis posticis rotundatis, pedibus flavo-testaceis ut et textura elytrorum, ab illa mox distincta. Caput supra paullo convexum, nigro-piceum, sub-opacum, subtiliter, crebre, longitudinaliter aciculatum, apice sublaevigatum; labro nigro-piceo, angulis anticis dilutioribus; palpis flavo-testaceis; oculis parvis, ovatis, paullo convexis, nigris. Antennae flavo-testaceae, parce pilosae. Prothorax latitudine antica brevior, apice late rotundato-emarginatus, angulis antrorsum prominulis, obtusis; mox pone apicem nonnihil ampliatus, dein citius angustatus, rotundatus, basi truncatus, supra parum convexus, subtiliter, crebre punctulatus, nigro-piceus; marginibus lateralibus leviter reflexis, tenuiter rufo-testaceis, medio canalicula longitudinali distincta. Scutellum cordatum, planum, confertim punctulatum. Elytra nigro-picea, opaca, antice prothoracis basi dimidio latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice sub-truncata, singulatim leviter sinuato-emarginata, supra fere plana, subtiliter punctato-striata, interstitiis parum convexis, sublaevibus, intra marginem punctis majoribus remotis in serie positis. Corpus subtus obsolete punctulatum, nigrum, nitidum, segmento ultimo apice rufo-testaceo-marginato. Pedes flavo-testacei, immaculati.

36. *CYMINDIS lineella*: flavo-testacea, sub-nitida; oculis nigris; capite prothoraceque sublaevibus; elytris tenuiter striatis, lineis quatuor antice evanescentibus, ad apicem connexis, fuscis Long. 5. lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

E minoribus. Flavo-testacea, sub-nitida. Caput medio cre, postice minus, anterie magis angustatum, supra paullo convexum, sub-laeve; oculis rotundis, modice convexis; nigris. Antennae capite cum prothorace longiores, parce fusco-pilosae. Prothorax longitudine parum latior, antice posticeque sub-truncatus, lateribus pone apicem sensim modice rotundato-ampliatus, versus basin modice angustatus, supra convexiusculus, sub-laevis, vel totus flavo-testaceus, vel vittis duabus longitudinalibus, antice abbreviatis, dilute fuscis, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum triangulare, dilutius flavo-testaceum, laeve. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, mox ad basin late rotundato-ampliata, dein lateribus fere ad apicem nonnihil ampliata, apice sub-oblique truncata, ad suturam singulatim rotundata, supra fere plana, tenuiter striata, interstitiis planis, laevibus, flavo-testacea, sub-nitida, lineis quatuor in interstitiis 1, 3, 5 et 7 positis, dilute fuscis, plus minusve distinctis, antice abbreviatis, apice connexis. Corpus subtus vix punctatum, flavo-testaceum; abdomine interdum basi ad latera infuscato. Pedes toti flavo-testacei.

37. *CALLEIDA jucunda*: angusta, rufo-ferruginea; antennarum articulis 4—10 apice infuscatis; capite remote punctulato, antice utrinque aciculato; prothorace antice modice ampliatus, sub-remote punctato; elytris obscure viridi-aeneis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis vage remote punctulatis, sutura antice latius margineque rufo-ferrugineis. Long. 10, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura fere *Calleidae angustatae* sed nonnihil latior, sutura margineque rufo-ferrugineis a conspeciebus facile distincta. Rufo-ferruginea, sub-nitida. Caput supra paullo convexum, postice subtiliter, valde remote punctulatum, antice ad oculos longitudinaliter striatum, collo sub-laevi prothoraci adfixum; labro, mandibulis palpisque rufo-

ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae rufo-ferrugineae, articulis 4—10 apice infuscatis. Prothorax latitudine vix longior, apice truncatus, mox pone apicem sensim modice rotundato-amplius, dein versus basin citius angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, supra paullo convexus, undique remote, disco utrinque nonnihil tamen parcius et subtiliter punctatus, medio canalicula longitudinali, distincta. Scutellum sub-triangulare, punctulatum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice truncata, singulatim vix emarginata, supra paullo convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis latioribus, fere planis, subtiliter, remote, vage punctatis; obscure viridi-aenea, sub-nitida, sutura antice latius, postice angustius, margineque exteriori tenuiter rufo-ferrugineis. Corpus subtus cum pedibus immaculatum.

38. *CALLEIDA cordicollis*: angusta, violacea, nitida; antennis nigris, basi rufo-ferrugineis; capite, scutello pedibusque rufo-ferrugineis; prothorace breviori, latiori, cordiformi, subtiliter sub-remote punctato, rufo-ferrugineo, violaceo-marginato; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, evidenter, crebrius, vage punctulatis. Long. 9, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

A conspeciebus pectore abdomineque violaceis, prothorace tenuiter violaceo-marginato, mox distincta. Caput supra modice convexum, rufo-ferrugineum, nitidum, remote, mediocriter punctatum, ad oculos et antice longitudinaliter striatum, collo laevi prothoraci adfixum; labro, mandibulis palpisque rufo-ferrugineis, palpis apice obscurioribus; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae nigrae, parce pilosae, articulis tribus primis totis, quarto ad basin rufo-ferrugineis. Prothorax sub-cordiformis, latitudine fere brevior, lateribus ab apice fere ad medium citius et magis rotundato-amplius, dein

versus basin valde angustatus, supra paullo convexus, medio longitudinaliter canaliculatus, ibique et ad latera crebrius, evidenter, disco utrinque parcius et subtiliter punctatus, rufo-ferrugineus, margine reflexo supra subtusque obscure violaceo. Scutellum triangulare, punctulatum, rufo-testaceum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, vel pone medium perparum ampliata, apice truncata, singulatim vix emarginata, supra paullo convexa, violacea, nitida, tenuiter punctato-striata, interstitiis latioribus, sat crebre, evidenter punctulatis. Corpus subtus violaceum, nitidum, pectore evidenter, ventre obsolete punctulatis. Pedes rufo-testacei; tarsi nigro-piceis.

39. *CALLEIDA elongata*: angusta, rufo-ferruginea; capite, abdomine antennisque nigris, illis basi rufo-ferrugineis; prothorace angusto, longo, remotius punctato; elytris viridi-aeneis, nitidis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis latioribus, subtiliter, evidenter, remote, vage punctulatis; femoribus apice, tibiis tarsisque nigris. Long. 10, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Primo intuitu *C. angustatae* Dej. simillima, sed differt: prothorace longiore, antice minus ampliata, elytris obsoletius striatis, interstitiis subtiliter, remotius punctulatis, femoribus apice latius, tibiis tarsisque nigris. Caput supra paullo convexum, nigrum, nitidum, sat profunde, sub-remote punctatum, utrinque infra oculos longitudinaliter striatum, collo sub-laeve, rufo-ferrugineo, prothoraci adfixum; labro, mandibulis palpisque nigropiceis, nitidis; oculis sub-rotundatis, modice convexis, glaucis, fusco-irroratis. Antennae nigrae, articulo primo toto, secundo et tertio basi rufo-ferrugineis. Prothorax latitudine media longior, apice truncatus, mox pone apicem fere ad medium sensim ampliatus, dein versus basin citius angustatus, postice leviter rotundato-emar-

ginatus, supra paullo convexus, remote punctatus, rufo-ferrugineus, nitidus, medio caualicula longitudinali, profundiori. Scutellum triangulare, punctulatum, rufo-ferrugineum. Elytra antice prothoracis basi plus quam duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice truncata, angulo exteriori rotundata, supra paullo convexa; viridi-aenea, nitida, tenuiter punctato-striata, interstitiis latioribus, sub-planis, subtiliter remote punctulatis. Corpus subtus rufo-ferrugineum; abdomine nigro, segmentis basalibus obscure ferrugineis. Pedes nigri; coxis et trochanteribus totis femoribusque longe ultra medium dilute rufo-ferrugineis.

40. *CALLEIDA angusticollis*: angusta, rufo-ferruginea; capite, abdomine antennisque nigris, illis basi rufo-ferrugineis; prothorace longo, remotius punctato, ante medium parum ampliato; elytris viridi-aeneis, nitidis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis latioribus, subtiliter, remote punctulatis; femoribus apice tibiisque basi nigris; tarsis nigro-piceis. Long. 9, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti simillima, antennarum articulis tribus basalibus totis quartoque basi rufo-ferrugineis, prothorace longiore, angustiore, anterius minus ampliato, elytrorum interstitiis remotius punctulatis, tibiis, basi excepta, rufo-testaceis, ab illa mox distincta. Caput supra paullo convexum, nigrum, nitidum, remote, sat profunde punctatum, infra oculos longitudinaliter striatum, collo sub-laevi, ferrugineo; labro mandibulisque nigris, nitidis, illis apice ferrugineis; palpis nigris, articulo ultimo apice testaceo; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis, fusco-irroratis. Antennae nigrae, articulis tribus basalibus totis, quarto basi, rufo-ferrugineis. Prothorax latitudine postica dimidio et ultra longior, antice truncatus, lateribus ante medium nonnihil ampliatus, dein versus

basin angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, supra paullo convexus, remote punctatus, rufo-ferrugineus, sub-nitidus, medio tenuiter, longitudinaliter canaliculatus. Scutellum triangulare, punctatum, rufo-ferrugineum. Elytra omnino ut in praecedenti constructa, viridi-aenea, nitida, interstitiis latis, sub-planis, adhuc subtilius et remotius punctulatis. Corpus subtus rufo-testaceum, nitidum; abdomine nigro-piceo. Pedes rufo-testacei; femoribus apice tibiisque basi nigris; tarsis nigro-piceis.

41. CALLEIDA *amabilis*: angusta, rufo-ferruginea; antennis medio nigro-fuscis; capite remote, mediocriter punctato; prothorace breviori, latiori, utrinque in dorso parcissime, subtiliter punctulato; elytris viridi-aeneis, nitidis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis latioribus, subtilissime, remote punctulatis; geniculis nigris; tarsis nigro-piceis. Long. $9\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedentibus simillima, nonnihil tamen latior; capite corporeque rufo-ferrugineis, prothorace disco utrinque valde remote, subtiliter punctato, interstitiis elytrorum subtilius punctulatis, ab illis facile distincta. *C. affini* CHAUD. propior videtur, sed prothoracis disco utrinque valde remote punctato, striis elytrorum tenuioribus et corpore subtus non dilutiore. Rufo-ferruginea, nitida. Caput supra paullo convexus, quam in affinibus magis remote, minus rude punctatum, ad oculos longitudinaliter striatum; labro palpisque rufo-ferrugineis, mandibulis obscurioribus; oculis rotundis, modice convexis, glaucis, antice fusco-irroratis. Antennae piceae; articulis tribus basalibus rufo-ferrugineis, extrorsum obscurioribus. Prothorax latitudine vix longior, sub-cordiformis, apice truncatus, mox pone apicem ante medium modice ampliatus, dein versus basin sinuato-angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, supra paullo convexus,

medio longitudinaliter canaliculatus, ad canaliculam et marginem evidenter, sub-remote, disco utrinque subtiliter, valde remote punctulatus. Scutellum triangulare, punctulatum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, apice truncata, singulatim leviter emarginata, supra paullo convexa, viridi-aenea, nitida, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, subtilissime, remote punctulatis. Corpus subtus subtiliter, sat crebre punctulatum. Pedes rufo-ferruginei, geniculis infuscatis; tarsis nigro-piceis.

42. *CALLEIDA picea*: angusta, picea, subnitida; antennis, ore pedibusque ferrugineis; prothorace profunde, sub-remote punctato, ante medium paullo rotundato-ampliato; elytris sat profunde punctato-striatis, interstitiis sub-convexis, subtiliter, remote, vage punctulatis. Long. 10, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus Caffrariae interioris.

Magnitudo *C. elongatae*, nonnihil tamen latior. Picea, sub-nitida. Caput supra paullo convexum, remote, sat profunde punctatum, ad oculos longitudinaliter striatum, collo sub-laevi prothoraci adfixum; labro, mandibulis basi palpisque ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae fusco-ferrugineae, articulis 3—10 apice leviter infuscatis. Prothorax latitudine parum longior, apice truncatus, mox pone apicem fere ad medium sensim paullo rotundato-ampliatius, dein versus basin angustatus, supra convexiusculus, sat profunde, sub-remote punctatus, medio canalicula longitudinali evidentiore; margine laterali reflexo, obscure ferrugineo. Scutellum triangulare, punctulatum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundata, apice truncata, singulatim leviter emarginata, supra paullo convexa, profundius punctato-striata, interstitiis modice convexis, subtiliter, remote, vage punctulatis.

marginē recto, inflexo, obscure ferrugineo. Corpus sub-
 tus piceum, prothorace dilutiore, cum pectore profun-
 dius punctato; abdomine subtilissime coriaceo. Pedes
 ferruginei.

43. *CALLEIDA castanea*: angusta, rufo-castanea, sub-ni-
 tida; antennis basi palpisque ferrugineis; prothorace
 oblongo, profunde, sat crebre punctato, lateribus an-
 tice parum ampliato; elytris sat profunde punctato-
 striatis, interstitiis sub-convexis, evidenter, sat crebre,
 vage punctulatis. Long. 7, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti proxima sed minor, prothorace antice
 minus ampliato, interstitiis elytrorum evidenter, crebrius
 punctulatis, colore dilutiore. Rufo-castanea, sub-nitida.
 Caput paullo convexum, sub-remote, sat profunde punc-
 tatum, antice ad oculos longitudinaliter striatum; palpis
 dilutioribus, ferrugineis; oculis rotundatis, modice con-
 vexis, nigris. Antennae piceae, articulis tribus basalibus
 totis quartoque basi dilutioribus, ferrugineis. Prothorax
 latitudine longior, apice truncatus, lateribus pone apicem
 fere ad medium sensim paullo ampliatius, dein versus
 basin modice angustatus, postice leviter rotundato-emar-
 ginatus, angulis parum prominulis; supra convexiusculus,
 sat profunde, minus crebre punctatus, medio canalicula
 longitudinali, distincta. Scutellum triangulare, ferrugi-
 neum, subtiliter punctulatum. Elytra antice prothoracis
 basi duplo latiora, ad humeros rotundata, apice trun-
 cata, singulatim leviter emarginata, supra paullo con-
 vexa, sat profunde punctato-striata, interstitiis sub-
 convexis, evidenter, etsi subtiliter, sat crebre, vage
 punctulatis; margine ferrugineo, fere ad apicem recto.
 Corpus subtus rufo-castaneum, nitidum; prothorace pe-
 ctoreque profunde punctatis; abdomine obsolete coriaceo,
 basi dilutiore. Pedes rufo-ferruginei.

44. *CALLEIDA amoenula*: angusta, violacea, nitida; antennis basi testaceis; prothorace profunde, minus crebre punctato; elytris smaragdinis, versus apicem ampliatis, basi profundius, dein subtiliter punctato-striatis, interstitiis sub-convexis, crebre, profunde, vage punctulatis. Long. 7, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura a praecedentibus nonnihil differt, elytris nempe antice magis angustatis, ad apicem usque sensim ampliatis. Violacea, nitida. Caput supra paullo convexum, sub-remote, sat profunde punctatum, antice ad oculos longitudinaliter striatum, collo sub-laevi prothoraci adfixum; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae nigro-violaceae, articulis tribus basalibus ultimoque interdum apice testaceis, primo supra saepe infuscato. Prothorax latitudine paullo longior, basi apiceque truncatus, mox pone apicem sensim modice rotundato-ampliatum, a medio versus basin citius angustatum, supra convexiusculum, profunde, minus crebre punctatum, medio canalicula longitudinali, distincta; subtus viridicoerulescens. Scutellum triangulare, subtiliter punctulatum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, ad humeros late rotundato-ampliata, dein usque ad apicem sensim ampliata, apice truncata, singulatim magis profunde, late rotundato-emarginata, supra paullo convexa, smaragdina, nitida, antrorsum profundius, posterius tenuiter punctato-striata, interstitiis angustis, sub-convexis, crebre, evidenter punctatis, margine exteriori certo situ viridicoerulescente micante. Prothorace subtus et pectus profundius, abdomen subtiliter punctata. Pedes remote punctulati; tarsi nigro-piceis.

II. HYSTRICHOPUS.

(ab ὑστρίξ seta et ποῦς pes.)

Antennae mediocres, filiformes, extrorsum sensim tenuiores, articulo secundo oblongo, tertio dimidio brevior.

Labrum breve, transversum, supra sub-planum, apice truncatum, lateribus rectis.

Mandibulae validae, arcuatae.

Mentum sinu simplici, absque dente.

Palpi: maxillares mediocres, articulis duobus basalibus brevissimis 3^o sequentibus paullo longiore et crassiore, 4^o ultimo parum brevior, basi angustato, ultimo sub-cylindrico, apice truncato; labiales nonnihil breviores, articulis duobus ultimis longitudine aequalibus, hoc in medio parum incrassato, illo basi paullo angustato, apice truncato.

Prothorax latitudine longior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, supra convexiusculus, versus basin angustatus.

Elytra oblonga, supra parum convexa, fere plana, apice truncata, abdomine nonnihil breviora.

Abdomen segmento ultimo truncato.

Tarsi dilatati, subtus dense tomentosi et setosi, articulis quatuor primis longitudine sensim decrescentibus, quarto apice emarginato; unguiculis divaricatis, subtus a basi fere ad apicem acute pectinatis.

Genus quoad habitum *Calleidae* vel *Glyciae* proximum, ab utroque structura tarsorum mox distinctum. Corpus oblongum, sub-depressum, medioeris magnitudinis. Caput mediocre, oblongo-quadratum, supra paullo convexum, collo crasso prothoraci adfixum; labro transverso, apice truncato, lateribus recto, supra fere plano, intra apicem punctis quatuor transversim positis impresso; mandibulis validis, apice acuminatis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis. Antennae dimidio corpore longiores, minus tenues, filiformes, extrorsum sensim tenuiores; articulo primo reliquis crassiore, sub-cylindrico, 2^o tertio dimidio brevior, reliquis longitudine aequalibus, ultimo apice sub-acuminato. Prothorax latitudine longior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, supra paullo convexus, medio tenuiter canaliculatus. Scutellum parvum,

triangulare, planum. Elytra vel oblonga, vel oblongo-quadrata, basi ultra medium sensim ampliata, apice late truncata, supra parum convexa, abdomine nonnihil breviora. Pedes mediocres; femoribus medio modice incrassatis; tibiis rectis; tarsis omnibus dilatatis, subtus dense tomentosus et setulosus, articulis 1—4 longitudine sensim decrescentibus, 1^o elongato, 2—4 sub-triangularibus, 4^o apice emarginato; unguiculis divaricatis, subtus acute pectinatis.

45. *HYSTRICHOPUS angusticollis*: elongatus, niger, nitidus; prothorace longo, angusto, evidenter, crebre, transversim aciculato, posterius sensim angustato; elytris opacis, sat profunde punctato-sulcatis, interstitiis convexis, sub-laevis, secundo punctis quinque impresso. Long. 17, lat. 6 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Niger nitidus. Caput ovatum, paullo convexum, remote, obsolete, irregulariter aciculatum, infra oculos impressum, longitudinaliter rugosum; fronte medio leviter foveolata; labro extrorsum piceo-marginato; palpis nigris, nitidis, basi articuloque ultimo apice testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae basi nitidae, dein breviter pallido pubescentes et parce pilosae. Prothorax latitudine multo longior, antice truncatus, capite vix latior, mox pone apicem paullo ampliatus, dein versus basin sensim nonnihil angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis obtusis; supra modice convexus, transversim crebre, evidenter aciculatus, medio canalicula tenuissima, longitudinali, antice posticeque nonnihil abbreviata. Scutellum triangulare, obsolete, crebre punctulatum. Elytra antice prothorace vix duplo latiora et illo triplo longiora, ad humeros late rotundata, lateribus a basi fere ad apicem sensim ampliata, apice truncata, vix emarginata, supra paullo convexa, opaca, sat late et profunde sulcata, sulcis in fundo distincte,

sat crebre punctulatis, interstitiis convexis, sub-laevibus, secundo a sutura punctis quinque remotis insculpto, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus subtiliter coriaceum. Tarsi subtus dense brunneo pubescentes et setosi. Variat elytris rufo-castaneis; abdomine testaceo; forte nuper exclusus.

46. *HYSTRICHOPUS femoralis*: niger, nitidus; prothorace oblongo, antice modice rotundato-ampliato, posterius angustato, supra subtiliter, minus crebre, transversim aciculato; elytris sulcato-punctatis, interstitiis angustis, convexis, sub-laevibus, secundo punctis nonnullis insculpto; femoribus flavo-testaceis, basi apiceque infuscatis. Long. 15, lat. 5 millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

Hystrichopo angusticollis nonnihil brevior et angustior; prothorace antice magis ampliato, subtiliter, transversim aciculato ut et colore femorum, mox distinctus. Niger, nitidus. Caput ovatum, supra paullo convexum, sub-laeve, ad oculos striis nonnullis longitudinalibus; vertice transversim, tenuiter canaliculato; palpis nigris, nitidis, articulo ultimo apice testaceo; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae basi nitidae, extrorsum pallido-pubescentes, articulis ultimis obscure ferrugineis. Prothorax latitudine longior, antice capite vix angustior, late, leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatus, versus basin sensim angustatus, postice parum rotundato-emarginatus, angulis obtusis, rotundatis, supra paullo convexus, subtiliter, minus crebre, transversim aciculatus, ad latera evidenter, irregulariter punctatus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum triangulare, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi vix duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus ultra medium nonnihil ampliata, dein apicem versus perparum angustata, apice singulatim oblique truncata, quam lata duplo longiora, supra paullo

convexa, sat profunde sulcata, sulcis in fundo subtiliter, minus crebre punctulatis; interstitiis angustis, convexis, sub-laevis, secundo a sutura punctis 4 vel 5 et intra marginem serie punctorum pupillatorum, impressis. Corpus subtus obsolete coriaceum. Pedes nigri, nitidi; femoribus flavo-testaceis, basi apiceque anguste infuscatis; tarsis subtus dense brunneo-pubescentibus et setosis.

47. *HYSTRICHOPUS rufipennis*: niger, nitidus; antennis extrorsum ferrugineis; prothorace brevi, ante medium utrinque rotundato-ampliato, posterius citius angustato, supra obsolete, minus crebre aciculato; elytris obscure sanguineis, antice angustius, postice latius nigro-marginatis, sulcato-punctatis, interstitiis convexis, sub-laevis, secundo punctis nonnullis insculpto. Long. 14—16, lat. $5\frac{1}{2}$ —6 millim.

Dolichus rufipennis? DEJ. Spec. Gen. V. p. 706. N:o 6.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Praecedentibus nonnihil latior; prothorace breviori, latiori, elytris aliter coloratis, margine subrecto, ab illis mox distinctus. Niger, nitidus. Caput ovatum, paullo convexum, sub-laeve, ad oculos parce, breviter, longitudinaliter striatum, antice utrinque impressum; labro brevi, transverso, extrorsum piceo-marginato; palpis nigris, nitidis, articulo ultimo apice testaceo; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae parce pilosae, articulis tribus primis nigris, nitidis, reliquis ferrugineis, pubescentibus. Prothorax latitudine vix longior, antice leviter rotundato-emarginatus, capite nonnihil latior, mox pone apicem rotundato-ampliatum, pone medium versus basin angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis sub-obtusis, supra nonnihil convexus, obsolete, transversim, minus crebre aciculatus, extrorsum irregulariter punctulatus, medio canalicula longitudinali, parum profunda, antice posticeque haud abbreviata. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum.

Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, apice truncata, vix emarginata, extrorsum rotundata, supra paullo convexa, obscure sanguinea, antice et ad latera angustius, postice latius nigro-marginata, sat profunde, late sulcata, sulcis in fundo mediocriter punctatis, interstitiis convexis, sublaevibus, secundo a sutura punctis sex remotis insculpto, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obsolete coriaceum. Tarsi subtus dense brunneo-pubescentes et setosi.

48. COPTOPTERA *angusticollis*: angusta, flavo-testacea, sub-nitida; oculis nigris; prothorace angusto, subtilissime, transversim striato; elytris tenuiter striatis, interstitiis sub-planis, laevibus, alternis pone medium obsolete fusco-maculatis, sutura leviter infuscata. Long. 7, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Demetriade elongatulo dimidio major, praesertim longior et gracilior. Flavo-testacea, parum nitida. Caput mediocre, oblongo-ovatum, antice posticeque angustatum, supra paullo convexum, sub-laeve; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae capite cum prothorace longiores, sub-tenuis, filiformes, parce pilosae, articulis 3 - 11 elongatis. Prothorax latitudine postica longior, basi apiceque truncatus, lateribus mox pone apicem paullo rotundato-ampliatum, dein versus basin nonnihil angustatus, angulis omnibus obtusis; supra parum convexus, subtilissime, transversim striatus, medio canalicula longitudinali, postice obsolete. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, ad humeros rotundata, posterius perparum ampliata, apice truncata, singulatim late rotundato-emarginata, supra fere plana, pallide flavo-testacea, tenuiter punctato-striata, interstitiis sub-planis, alternis 2, 4 et 6 pone medium maculis sub-quadratis,

interdum obsoletis, fuscis notatis, sutura medio evidenter, antice posticeque obsolete infuscata. Corpus subtus pallide flavo-testaceum, subtilissime, crebre punctulatum. Pedes flavo-testacei.

49. *COPTOPTERA tenella*: angusta, pallide flavo-testacea, nitida; oculis nigris; capite ferrugineo; prothorace angusto, sub-quadrato, posterius paullo angustato, subtilissime, transversim striato, elytris subtilissime punctato-striatis, interstitiis planis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Longitudo fere *Demetriadis elongatuli*, sed dimidio angustior. Pallide flavo-testacea, nitida. Caput mediocre, antice posticeque angustatum, supra modice convexum, sub-laeve, rufo-ferrugineum, inter oculos leviter infuscatum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae capite cum prothorace longiores, sub-tenues, filiformes, parce pilosae, articulis 3—11 elongatis. Prothorax latitudine postica haud longior, basi apiceque truncatus, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatum, dein versus basin paullo angustatus, angulis anticis obtusis, posticis sub-rectis; supra parum convexus, obsolete, transversim striatus, medio canalicula longitudinali, tenui. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice truncata, singulatim vix emarginata, prothorace triplo longiora, supra fere plana, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, sub-laevibus. Corpus subtus subtilissime punctulatum, saturatius coloratum. Pedes pallide flavo-testacei.

50. *DROMIUS plagiatus*: rufo-testaceus, sub-nitidus; prothorace brevi, posterius sensim angustato, subtilissime transversim striato; elytris tenuiter striatis, interstitiis

stitiis parum convexis, laevibus; singulo elytro plaga magna longitudinali, antice attenuata, abbreviata, nigro-fusca; abdomine extrorsum infuscato. Long. 7, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

D. testaceo ERICHS. nonnihil major. Caput ovatum, sat magnum, postice angustatum, supra paullo convexum, sub-laeve, rufo-testaceum, nitidum; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae longitudine capitis prothoracisque, rufo-ferrugineae, tenuiter pilosae. Prothorax latitudine antica brevior, basi apiceque truncatus, antice utrinque leviter rotundato-ampliat, dein lateribus versus basin angustatus, angulis posticis obtusis; supra haud convexus, rufo-testaceus, sub-nitidus, subtilissime, transversim striatus, medio longitudinaliter canaliculatus, canalicula postice tenuiori. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve. Elytra prothoracis basi duplo latiora, mox pone basin late rotundato-ampliata, lateribus fere recta, apice truncata, singulatim leviter rotundato-emarginata, prothorace triplo longiora, supra fere plana, tenuiter striata, interstitiis haud convexis, laevibus; rufo-testacea, singulo elytro plaga magna longitudinali, antice attenuata et ante basin desinente, postice dilatata, disco fere toto occupante, nigro-fusca. Corpus subtus rufo-testaceum, vix punctatum, segmentis ultimis abdominis obscurioribus, fuscis. Pedes rufo-testacei, immaculati.

51. *DROMIUS flavosignatus*: oblongo-ovatus, piceus, parum nitidus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace brevi, sub-cordiformi, subtilissime punctulato; elytris tenuiter striatis, antice plaga magna, laterali, sub-triangulari fasciaque pone medium undulata, communi, flavo-testaceis. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Dromio quadrisignato longitudine fere aequalis, sed nonnihil latior. Piceus, parum nitidus. Caput mediocre, antice posticeque angustatum, supra modice convexum, vix vel obsoletissime punctulatum; mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae capite cum prothorace parum longiores, subtenues, flavo-testaceae, parce pilosae. Prothorax latitudine brevior, antice posticeque truncatus, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-amplius, dein versus basin angustatus, angulis posticis obtusis, rotundatis; supra paullo convexus, obsoletissime punctulatus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum parvum, triangulare, rufo-testaceum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice truncata, singulatim leviter rotundato-emarginata, supra parum convexa, tenuiter striata, interstitiis planis, antice plaga magna, sub-triangulari, ad marginem dilatata, introrsum ramulum brevem ad suturam retrorsum ductum emittente et longe pone medium fascia, medio antrorsum flexa, flavo-testaceis. Corpus subtus subtilissime punctulatum, piceum; abdomine medio longitudinaliter, late flavo-testaceo. Pedes toti flavo-testacei.

52. *LEBIA sanguinea*: dilute sanguinea, parum nitida; antennis, pectore, abdomine basi pedibusque nigris; capite ferrugineo, confertim, sat profunde, longitudinaliter prothoraceque crebre, transversim aciculatis; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis planis, remote, vage punctulatis. Long. $8\frac{1}{2}$, lat. 5 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Lebia chlorocephala dimidio major. Caput mediocre, paullo convexus, rufo-ferrugineum, parum nitidum, sat profunde, crebre, longitudinaliter aciculatum, collo obsolete punctulato prothorace adfixum; labro, mandibulis

palpisque nigris; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae nigrae, basi nitidae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine brevior, basi apiceque truncatus, mox pone apicem sensim valde rotundato-ampliatum, dein lateribus haud angustatus, angulis posticis rectis, sub-acuminatis; supra paullo convexus, dilute sanguineus, parum nitidus, evidenter, transversim, irregulariter aciculatus, medio canalicula longitudinali, tenui. Scutellum parvum, triangulare, obsolete punctulatum, cum prothorace similiter coloratum. Elytra sub-quadrata, prothorace duplo et ultra latiora, ad humeros rotundata, lateribus versus apicem nonnihil ampliata, apice truncata, extrorsum singularim sat profunde rotundato-emarginata; supra paullo convexa, evidenter striata, striis mediocriter, crebre punctatis, interstitiis planis, remote, vage punctulatis; tota sanguinea, parum nitida. Corpus subtus obsolete punctulatum, sanguineum; pectore nigro, abdomine basi nigropiceo. Pedes nigri, sub-nitidi.

53. *LEBIA modesta*: rufo-testacea, sub-nitida; antennis nigris, basi apiceque rufo-testaceis; capite prothoraceque confertim, sat profunde aciculatis; elytris nigro-piceis, macula magna, basali, oblongo-quadrata margineque rufo-testaceis, profunde striatis, interstitiis convexis, subtilissime coriaceis; abdomine basi medio infuscato. Long. 8, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Primo intuitu *Lebiae nobili* simillima, sed nonnihil major; capite rufo-testaceo cum prothorace profunde aciculato, elytris magis oblongo-quadratis, profunde striatis, ut et macula basali apice exacte truncata, ab illa mox distincta. Rufo-testacea, sub-nitida. Caput mediocre, antice posticeque vix angustatum, supra paullo convexum, postice transversim, anterieus longitudinaliter et irregulariter, sat profunde aciculatum, superne inter oculos sub-laeve; mandibulis palpisque apice leviter infuscatis;

oculis rotundis, convexis, glaucis, fusco-irroratis. Antennae nigro-piceae, parce pilosae, articulis tribus basalibus ultimoque apice rufo-testaceis. Prothorax latitudine dimidio fere brevior, antice posticeque truncatus, mox pone apicem subito rotundato-ampliat, lateribus pone medium leviter sinuato-angustatus, basi utrinque perparum excisus, angulis lateralibus parum prominulis, sub-rectis; supra paullo convexus, transversim crebre, sat profunde, irregulariter aciculatus, medio canalicula longitudinali, postice nonnihil abbreviata. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus ultra medium perparum ampliata, apice truncata, singulatim late rotundato-emarginata, ad suturam conjunctim leviter et triangulariter emarginata; supra nonnihil convexa, profunde striata, striis in fundo antice obsolete, sub-remote punctulatis, interstitiis convexis, subtilissime et confertim coriaceis; nigro-picea, macula magna, basali, oblongo-quadrata, in disco exteriori, ad medium extensa margineque tenuiter rufo-testaceis. Corpus subtus obsolete, remote punctulatum, segmentis basalibus abdominis medio leviter infuscatis. Pedes rufo-testacei.

54. *LEBIA nobilis*: rufo-testacea, sub-nitida; capite abdomineque nigris; antennis extrorsum fuscis; prothorace lato, transversim, subtiliter, crebre aciculato; elytris tenuiter punctato-striatis, nigris, plaga magna, humerali, oblongo-quadrata margineque rufo-testaceis, interstitiis sub-laevibus, anterie paullo convexas. Long. 7, lat. 3 $\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Lebia chlorocephala vix latior, sed nonnihil longior. Caput mediocre, supra paullo convexus, subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, sub-nitidum, collo interdum ferrugineo; labro nigro-piceo; mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexas nigris. An-

tennae fuscae, parce pilosae, articulis tribus basalibus totis, quarto basi rufo-testaceis. Prothorax latitudine brevior, basi apiceque truncatus, lateribus mox pone apicem cito, valde rotundato-ampliatum, angulis posticis vix prominulis, sub-obtusis; supra convexiusculus rufo-testaceus, nitidus, subtiliter, confertim, transversim aciculatus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum parvum, triangulare, rufo-testaceum. Elytra antice prothorace fere duplo latiora et illo triplo longiora, lateribus fere recta, vel apicem versus perparum ampliata, apice truncata, singulatim leviter rotundato-emarginata, supra paullo convexa, tenuiter striata, striis subtilissime sub remote punctulatis, interstitiis anterieus sub-convexis, dein planis, sub-laevibus; nigra, macula magna humerali oblongo-quadrata, a basi fere ad medium extensa marginique laterali tenuiter rufo-testaceis. Abdomen nigrum, subtiliter, remote punctulatum. Pedes rufo-testacei.

55. *LEBIA immaculata*: picea sub-nitida; antennis basi et apice, labro, palpis apice pedibusque ferrugineis; capite sub-remote punctulato; prothorace subtiliter, minus crebre, transversim aciculato; elytris profunde striatis, interstitiis convexis, subtilissime, remote, vage punctulatis. Long. 8, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Picea, sub-nitida. Caput mediocre, antice posticeque parum angustatum, supra nonnihil convexum, postice remote, subtiliter, antice paullo evidentius et crebrius punctulatum, apice ferrugineo-marginatum; labro piceo, extrorsum ferrugineo-marginato; palpis nigro-piceis, articulo ultimo a medio ad apicem rufo-ferrugineo; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae parce pilosae, articulis duobus basalibus totis ultimoque apice ferrugineis. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice posticeque truncatus, mox pone apicem subito rotundato-ampliatum, lateribus pone medium sensim perparum angustatus,

postice utrinque leviter excisus, angulis rectis, sub-acutis; supra nonnihil convexus, subtiliter et irregulariter, minus crebre, transversim aciculatus, obscure ferrugineo-marginatus, medio canalicula longitudinali, tenui. Scutellum triangulare, vix punctatum. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus apicem versus perparum ampliata, apice truncata, singulatim late rotundato-emarginata, supra paullo convexa, sat profunde striata, striis in fundo subtiliter, sat crebre punctatis, interstitiis convexis, subtilissime, remote, vage punctulatis. Corpus subtus obsolete, remote punctulatum; pectore dilutiore, obscure ferrugineo. Pedes rufo-ferruginei, tibiis tarsisque obscurioribus.

56. *LEBIA thoracica*: cyanea vel viridi-aenea; antennis basi, prothorace femoribusque a basi fere ad apicem rufo-testaceis; prothorace transversim, subtiliter aciculato; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis subtiliter, vage punctulatis Long. 6, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Lebiae cyanocephalae simillima, nonnihil tamen major; antennarum articulis tribus basalibus totis quartoque basi rufo-testaceis; prothorace mox pone apicem magis rotundato-ampliato, interstitiis elytrorum subtilissime punctulatis ut et colore pedum, ab illa bene distincta. Caput mediocre, modice convexum, subtiliter, crebre punctulatum, viridi-aeneum, nitidum, antice posticeque obscure violaceo-micans, ad oculos longitudinaliter, tenuiter aciculatum; labro sub-laeve, nigro-violaceo; mandibulis palpisque nigro-violaceis, illis apice obscure ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae nigrae, parce pilosae, articulis tribus basalibus totis quartoque basi rufo-testaceis. Prothorax latitudine brevior, apice truncatus, lateribus mox pone apicem subito, valde rotundato-ampliatum, angulis posticis parum

prominulis, obtusis; basi medio retrorsum late productus, ibique truncatus, utrinque excisus, supra paullo convexus, subtiliter, transversim aciculatus, rufo-testaceus, sub-nitidus, medio distincte canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, obsolete punctulatum, cyaneum. Elytra sub-quadrata, prothorace fere duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, vel in medio perparum ampliata, apice truncata, singulatim leviter rotundato-emarginata, supra paullo convexa, tenuiter punctato-striata, viridi-aeneo-coerulescentia, nitida, interstitiis planis, subtilissime, vage, sub-remote punctulatis. Corpus subtus violaceum, obsolete punctulatum, prothorace subtus rufo-testaceo. Pedes nigro-fusci; femoribus fere totis, apice excepto, rufo-testaceis; tibiis anticis interdum ferrugineis.

57. *LEBIA plagiata*: flavo-testacea, sub-nitida; oculis nigris; abdomine apice fusco; prothorace lato, subtiliter, confertim rugoso-punctato; elytris fuscis, antice maculis duabus, magnis, ovatis, postice tertia sub-rotundata, communi, pallide flavo-testaceis; sat profunde striatis, interstitiis convexis, sub-laevibus. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. 2 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Lebia haemorrhoidali FABR. magnitudine aequalis. Caput mediocre, paullo convexum, flavo-testaceum, sub-nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae parce pilosae, rufo-testaceae, articulis 2 et 3 tenuioribus. Prothorax mox pone apicem valde rotundato-ampliatum, dein posterius haud angustatum, basi utrinque truncatus, medio retrorsum modice productus et truncatus, angulis sub-rectis; supra convexusculus, flavo-testaceus, sub-nitidus, subtiliter, crebre ruguloso-punctatus, medio canalicula longitudinali. Scutellum parvum, triangulare, flavo-testaceum, obsolete punctulatum. Elytra

prothorace fere duplo latiora, antice ad humeros rotundato-ampliata, lateribus pone medium nonnihil ampliata, apice singulatim oblique truncata, vix emarginata, supra paullo convexa, sat profunde striata, striis in fundo subtiliter punctulatis, interstitiis anterieus convexis, posterius planis, sub-laevibus; supra antice macula magna, ovata, a basi ultra medium continuata et mox pone illam altera mediocri, sub-rotunda, communi, pallide flavo-testaceis. Corpus subtus obsolete punctulatum, flavo-testaceum, sub-nitidum, segmentis quatuor ultimis abdominis nigro-fuscis. Pedes flavo-testacei.

58. *AXINOSOPHUS umbraculatus*: ferrugineus, sub-nitidus; pectore abdomineque basi rufo-ferrugineis; capite rugoso-punctato, antice in medio sub-laeve, ad oculos striato; prothorace confertim, transversim aciculato; elytris sat profunde striatis, interstitiis modice convexis, subtilissime coriaceis, postice plaga magna, transversa, communi, nigro-picea. Long. 7, lat. 3½ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Lebia chlorocephala angustior et longior, magis depressus. Ferrugineus, sub-nitidus. Caput medioere, antice posticeque nonnihil angustatum, supra paullo convexum, sat crebre, evidenter rugoso-punctatum, antice in medio sub-laeve, utrinque ad oculos longitudinaliter striatum; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae parce pilosae, articulo basali dilutiore, rufo-ferrugineo. Prothorax latitudine brevior, apice truncatus, mox pone apicem ad medium valde rotundato-amplius, dein lateribus perparum angustatus, postice in medio nonnihil rotundatus, utrinque leviter excisus, angulis lateralibus retrorsum parum productis, acutis, supra tenuiter, oblique carinatis; paullo convexus, evidenter, crebre, irregulariter, transversim aciculatus, medio canalicula longitudinali insculptus, margine laterali

dilutiore. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum. Elytra antice prothoracis basi dimidio latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, apice truncata, singulatim leviter rotundato-emarginata, supra paullo convexa, ferruginea, sub-nitida, pone medium plaga magna, transversa, fere ad apicem dilatata, nigro-picea, sat profunde striata, fere sulcata, striis in fundo subtiliter, crebre punctulatis, interstitiis anterieus magis quam postice convexis, subtilissime coriaceis. Corpus subtus subtiliter punctulatum, rufo-ferrugineum, segmentis ultimis abdominis margine apicali infuscatis. Pedes dilutius rufo-ferruginei.

59. *AXINOSOPHUS transversus*: rufo-testaceus, sub-nitidus; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris pallidioribus, sat profunde punctato-striatis, interstitiis planis, laevibus, pone medium fascia lata, transversa, communi, nigra. Long. 5, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Lebiae turcicae magnitudine et statura sub-similis. Rufo-testacea, sub-nitida. Caput modice convexum, postice in medio parcius, antice et inter oculos crebrius punctulatum; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae parce pilosae. Prothorax latitudine brevior, antice truncatus, mox pone apicem subito rotundato-ampliatus, dein lateribus versus basin nonnihil angustatus, postice utrinque leviter excisus, medio truncatus, angulis lateralibus acutis, supra paullo convexus, subtiliter, sub-remote, angulo antico adhuc remotius punctulatus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice evanescente. Scutellum parvum, sub-triangulare, laeve. Elytra prothoracis basi fere duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, vel pone medium perparum ampliata, apice singulatim oblique truncata, laud emarginata, supra paullo convexa, dilutius flavo-testacea, longe pone medium fascia sat lata, communi, extrorsum longe

ante marginem desinente, postice utrinque leviter emarginata, nigra vel fusca, sat profunde punctato-striata, striis in fundo evidenter, mediocriter punctatis, interstitiis planis, sub-laevibus. Corpus subtus vix punctatum, segmentis ultimis abdominis apice interdum leviter infuscatis. Pedes flavo-testacei.

60. *COPTODERA notata*: flavo-testacea, sub-nitida; capite prothoraceque piceis, illo brevi, supra subtiliter, transversim aciculato; elytris piceis, sat profunde punctato-sulcatis; singulo macula magna basali, fascia lata apicali, inaequali margineque flavo-testaceis. Long. 6, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Lebia crux minor nonnihil major, praesertim longior. Caput mediocre, piceum, antice posticeque haud angustatum, supra paullo convexum; vertice obsolete, crebre punctulato; fronte subtilissime, crebre, longitudinaliter aciculata; labro rufo-testaceo, medio leviter infuscato; mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae rufo-testaceae, parce pilosae. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice truncatus, mox pone apicem subito, valde rotundato-ampliatum, lateribus dein versus basin parum angustatum, postice in medio sub-rotundatum, angulis non productis, sub-obtusis; supra paullo convexum, subtiliter, confertim et transversim aciculatum, medio longitudinaliter, tenue canaliculatum, dorso toto piceum, lateribus late flavo-marginatum. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum, rufo-ferrugineum. Elytra prothoracis basi vix duplo latiora, ad humeros rotundata, quam lata fere dimidio longiora, lateribus haud ampliata, apice singulatim oblique truncata, late, evidenter rotundato-emarginata, supra paullo convexa, sat late et profunde sulcata, sulcis in fundo evidenter, crebre punctulatis, interstitiis convexis, subtilissime, crebre coriaceis; picea, pone basin macula sat

magna, irregulari, antice posticeque undulata, saepe cum margine flavo-testaceo confluyente fasciaque sat lata transversa, flexa, juxta apicem locata, interdum posterius dilatata et tunc apicem totum occupante, maculas interdum nonnullas parvas, piceas includente, flavo-testaceis. Corpus subtus flavo-testaceum, nitidum, pectore utrinque abdomineque apice plus minusve infuscatis. Pedes flavo-testacei.

61. *COPTODERA equestris*: nigro-picea, sub-nitida; antennis, mandibulis, palpis pedibusque rufo-testaceis; capite profunde, crebre, irregulariter aciculato; prothorace brevi, transversim, subtiliter aciculato, testaceo-marginato; elytris sat profunde sulcato-punctatis, macula disci a basi remota fasciaque postica tenuiori, undulata, flavis; tenuiter ferrugineo-marginatis. Long. 7, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo et summa similitudo *Coptoderae notatae*; corpore subtus nigro-piceo, capite profunde aciculato, elytris macula antica minore, a basi et margine magis remota ut et fascia postica tenuiore ab illa diversa. Nigro-picea, sub-nitida. Caput mediocre, supra paullo convexum; vertice subtiliter, crebre punctulato; fronte irregulariter, profundius, confertim aciculata; labro rufo-testaceo, medio infuscato, apice longitudinaliter profunde canaliculato; mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae, parce pilosae. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice sub-truncatus, mox pone apicem subito, valde rotundato-ampliatum, dein lateribus versus basin sensim, perparum angustatus, postice late rotundatus, angulis haud prominulis, vix acutis; supra paullo convexus, subtiliter, crebre, transversim aciculatus, lateribus sat late testaceo-marginatus. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum. Elytra prothoracis basi vix duplo latiora, ad

humeros rotundata, lateribus in medio nonnihil rotundato-ampliata, quam lata fere dimidio longiora, apice singulatim oblique truncata, leviter rotundato-emarginata, supra paullo convexa, late et profunde sulcata, sulcis in fundo crebre punctulatis, interstitiis convexis, sublaevibus vel obsoletissime coriaceis, sat longe pone basin inter strias 2 et 7 macula irregulari, transversa, magna, intus latiore et versus apicem fascia transversa, tenuiore, communi, intus recurva, non usque ad marginem extensa, flavo-testaceis. Corpus subtus obsolete punctulatum. Pedes flavo-testacei.

62. *COPTODERA amoenula*: flavo-testacea, sub-nitida; oculis nigris, prothorace brevi, supra subtilissime, transversim aciculato; elytris nigro-piceis, sat profunde punctato-sulcatis, singulo macula magna, sub-triangulari, fascia lata apicali. inaequali margineque flavo-testaceis. Long. 6, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura omnino praecedentium, nonnihil tamen minor, praesertim brevior; capite prothoraceque rufo-testaceis, elytris macula basali majore, sub-triangulari, ab illas facile distincta. Caput médiocre, rufo-testaceum, antice posticeque paullo angustatum, supra parum convexum, postice subtilissime, crebre punctulatum; fronte confertim, longitudinaliter et tenuiter aciculata, ante apicem utrinque transversim, obsolete canaliculata; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae rufo-testaceae, parce, breviter pilosae. Prothorax latitudine duplo brevior, antice sub-truncatus, mox pone apicem subito rotundato-ampliatus, dein lateribus versus basin nonnihil angustatus, postice in medio paullo rotundatus, angulis sub-obtusis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, sub-nitidus, subtiliter, crebre, transversim aciculatus, medio longitudinaliter, tenue canaliculatus. Scutellum triangulare, obsolete

punctulatum, flavo-testaceum. Elytra prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim oblique truncata et late distincte rotundato-emarginata, supra paullo convexa, sat late, profunde sulcata, sulcis in fundo crebre punctulatis, interstitiis convexis, subtilissime coriaceis; nigra, nitida, mox pone basin macula magna, irregulari, sub-triangulari, extrorsum latiore, fascia transversa juxta apicem, undulata, inaequali, communi margineque flavo-testaceis. Corpus subtus vel flavo-testaceum, vel piceum, nitidum. Pedes flavo-testacei.

63. COPTODERA *fasciata*: nigro-picea, sub-nitida; mandibulis, palpis antennisque rufo-testaceis; prothorace brevi, subtilissime, transversim aciculato, testaceo-marginato; elytris sat profunde sulcato-punctatis, fascia postica tenuiori, undulata, flava insignitis, margine ferrugineis; pedibus rufo-piceis. Long. 6, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo praecedentis, aliter vero colorata. Nigro-picea, nitida. Caput mediocre, antice posticeque haud angustatum, supra paullo convexum, postice obsolete, crebre, antice confertim, subtiliter punctulatum; labro rufo-testaceo, medio infuscato; mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae parce pilosae, rufo-testaceae. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice sub-truncatus, mox pone apicem subito rotundato-amplius, dein versus basin nonnihil angustatus, postice in medio sub-rotundatus, angulis parum prominulis, sub-obtusis; supra paullo convexus, subtilissime, crebre, transversim aciculatus, medio longitudinaliter, tenue canaliculatus, lateribus sat late sordide testaceo-marginatus. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum. Elytra prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad

humeros rotundata, lateribus in medio perparum ampliata, apice singulatim oblique truncata, minus profunde quam in praecedentibus rotundato-emarginata, supra paullo convexa, sat late et profunde sulcata, sulcis in fundo crebre punctulatis, interstitiis convexis, subtilissime, crebre coriaceis; intra medium et apicem fascia transversa, inaequali, retrorsum incurva, extus abbreviata, flava, margine laterali anguste ferrugineo. Corpus subtus obsolete punctulatum. Pedes rufo-picei, femoribus obscurioribus.

III. HAPLOPEZA.

(ab ἀπλοῦς simplex et πῆξα pes)

Antennae minus tenues, articulis oblongis, secundo tertio dimidio breviores.

Labrum breve, supra planum, apice truncatum.

Mandibulae parvae, arcuatae, apice acuminatae.

Palpi maxillares articulis duobus basalibus brevissimis, tertio oblongo, reliquis crassiore, basi apiceque nonnihil angustato, quarto angusto, apicem versus paullo ampliato, quinto antecedenti nonnihil longiore et crassiore, apicem versus angustato apice ipso sub-truncato; labiales articulo penultimo angusto, oblongo, ultimo sub-fusiformi, apice acuminato.

Prothorax brevissimus, transversus, latitudine duplo brevior, apice leviter emarginatus, lateribus medio modice rotundato-ampliatum, posterius nonnihil angustatum, basi leviter rotundatum.

Elytra oblongo-quadrata, antice singulatim leviter rotundato-emarginata, supra haud convexa, apice singulatim sinuata, ad suturam nonnihil producta, conjunctim rotundata.

Pedes mediocres; femoribus modice incrassatis; tibiis rectis; tarsi longis, tenuibus, subtus rigide setosis,

articulis longitudine sensim decrescentibus; unguiculis tenuibus, divaricatis, simplicibus.

Statura et similitudo *Lebiae* et *Coptoderae*, ab illis tarsis tenuioribus, linearibus, unguiculisque simplicibus, mox distincta. Caput breviter rotundatum, paullo convexum; oculis rotundatis, valde convexis. Antennae longitudine fere elytrorum, articulo primo sub-obconico, reliquis crassiore, secundo brevi, apicem versus sensim incrassato, tertio et sequentibus oblongis, apice parce pilosis, ultimo acuminato. Prothorax latitudine duplo brevior, antice leviter emarginatus, lateribus ante medium modice rotundato-ampliatum, dein posterius nonnihil angustatum, basi modice rotundatus, angulis anticis obtusis, rotundatis, posticis sub-obtusis, supra paullo convexus, medio canaliculatus. Scutellum triangulare. Elytra oblongo-quadrata, antice singulatim rotundato-emarginata, prothoracis basi nonnihil latiora, ad humeros rotundato-ampliata, lateribus recta, apice singulatim sinuata, ad suturam producta, conjunctim rotundata, supra paullo convexa.

64. *HAPLOPEZA violacea*: violacea, nitida; ore, antennis extrorsum, tibiis tarsisque nigro-piceis; capite viridicoeruleo, obsolete punctulato; prothorace brevi, lato, subtiliter, crebre rugoso-punctato, dorso antico tenuiter aciculato; elytris mediocriter striatis, interstitiis planis, obsolete punctulatis. Long. 7, lat. 4 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Lebia nobili non longior, nonnihil vero latior. Tota violacea, nitida, glabra. Caput breve, rotundatum, supra paullo convexum, viridicoeruleum, nitidum, obsolete, remote punctulatum; labro brevi, apice truncato, nigropiceo; mandibulis palpisque nigro-piceis; oculis dilute brunneis. Antennae nigrae, pubescentes, parce pilosae, articulis basalibus nitidis, violaceo-micantibus. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice leviter rotundato-

emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatum, posterius nonnihil angustatum, basi sub-rotundatum, angulis anticis rotundatis, posticis sub-obtusis; supra paullo convexus, sat crebre, subtiliter rugoso-punctatus, dorso tenuiter, transversim aciculatus, medio distincte canaliculatus, postice utrinque late, sat profunde impressus. Scutellum triangulare, sub-laeve, obscure violaceum, nitidum. Elytra antice prothoracis basi latiora, singulatim rotundato-emarginata, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundato-ampliatum, dein lateribus recta, apice singulatim sinuata, ad suturam nonnihil producta, supra paullo convexa, mediocriter profunde striata, interstitiis planis, obsoletissime punctulatis, intra marginem nigra, serie e punctis sat magnis, parum profundis, medio abrupta, impressa. Corpus subtus obsolete, sub-remote punctulatum. Pedes nigro-picei; femoribus violaceis.

65. *ORTHOgonius Caffer*: latior, supra nigro-piceus, nitidus, subtus cum pedibus ferrugineus; antennis, labro extus palpisque rufo-ferrugineis; capite sat crebre, mediocriter punctato, medio sub-laeve; prothorace brevi, punctulato, subtiliter et irregulariter aciculato, angulis posticis sub-rectis; elytris punctato-sulcatis, interstitiis convexis, subtiliter, minus crebre punctulatis; tibiis intermediis incurvis. Long. 15, lat. $7\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Nigro-piceus, nitidus. Caput sub-rotundatum, antice posticeque angustatum, supra modice convexus, mediocriter, sat crebre punctatum, ad oculos longitudinaliter et minus regulariter striatum, medio area parva, sub-laevi; labro nigro, sub-laevi, extrorsum rufo-ferrugineo marginato; mandibulis nigris, nitidis; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae rufo-ferrugineae, breviter parce pilosae, articulis tribus basalibus,

basalibus, piceis, apice dilutioribus. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice posticeque sub-truncatus, mox pone apicem rotundato-ampliatum, infra medium versus basin nonnihil angustatus, angulis anticis rotundatis, posticis sub-rectis; supra paullo convexus, subtiliter et irregulariter aciculatus, lateribus sat crebre rugoso-punctatus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, sub-laeve. Elytra sub-oblongo-quadrata, antice prothoracis basi nonnihil latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim late rotundata, quam lata vix dimidio longiora, supra paullo convexa, sat late, mediocriter profunde sulcata, sulcis in fundo subtiliter, crebre punctulatis, interstitiis convexis, praesertim dorsalibus, subtiliter, remote, vage punctulatis, sexto a sutura reliquis multo angustiore. Corpus subtus ferrugineum, nitidum, sub-laeve; pectore utrinque punctato. Pedes ferruginei; coxis tarsisque dilutioribus; tibiis intermediis modice incurvis.

66. *ORTHOgonius capucinus*: angustior, supra piceus, sub-nitidus, corpore, antennis basi, labro palpisque rufo-ferrugineis; capite irregulariter, crebre ruguloso; prothorace confertim, subtiliter rugoso-punctato, ferrugineo-marginato; elytris punctato-sulcatis, interstitiis convexis, sub-laevibus, sutura margineque ferrugineis. Long. 12, lat. $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti brevior et praesertim angustior. Caput sub-rotundatum, supra modice convexus, nigro-piceum, sub-nitidum, irregulariter, crebre rugulosum, antice in medio longitudinaliter aciculatum, margine apicali rufo-ferrugineum; labro palpisque rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae piceae, pubescentes, articulis tribus basalibus nitidis, glabris, primo rufo-ferrugineo. Prothorax piceus, sub-nitidus, extrorsum ferrugineo-

marginatus, latitudine fere duplo brevior, antice truncatus, mox pone apicem ad medium rotundato-ampliatum, dein versus basin nonnihil rotundato-angustatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis obtusis, sub-rotundatis; supra paullo convexus, parum profunde, sat crebre rugoso-punctatus, medio longitudinaliter, tenue canaliculatus. Scutellum triangulare, planum, laeve, piceum. Elytra oblongo-quadrata, prothoracis medio nonnihil latiora, ad humeros sub-rotundata, lateribus recta, apice conjunctim late rotundata, quam lata dimidio longiora, supra paullo convexa, mediocriter profunde sulcata, sulcis in fundo subtiliter, crebre punctulatis, interstitiis praesertim dorsalibus convexis, omnibus sub-laevibus; picea sub-nitida, sutura tenuiter margineque latius ferrugineis. Corpus subtus vix punctatum, rufo-ferrugineum, sub-nitidum. Pedes rufo-ferruginei; tibiis omnibus rectis.

67. *HELLUO* (*ACANTHOGENIUS*) *grandis*: ater, nitidus; labro magno, sub-porrecto, laevigato; capite profunde, antice in medio remote punctato; prothorace supra profunde, disco utrinque parcius punctato; elytris elongatis, breviter nigro-pubescentibus, sulcatis, interstitiis convexis, utrinque sub-seriatim, dorso remote margineque crebre, irregulariter punctatis. Long. 25, lat. 8 millim.

Helluo grandis. DEJ. Iconogr. I. p. 150. t. 19. f. 3. — Spec. Gen. V. p. 400. 8.

Acanthogenius grandis. REICHE Ann. de la Soc. Entom. XI. p. 335. 2.

Habitat in Caffraria interiore.

68. *HELLUO* (*ACANTHOGENIUS*) *biplagiatus*: rufo-testaceus, sub-nitidus, pube erecta, pallida adpersus; labro sub-porrecto; antennis ferrugineis, articulo primo dilutiore; capite profunde punctato; prothorace rude, disco utrinque parcius punctato; elytris, sat profunde sulcatis, interstitiis convexis, utrinque sub-seriatim punctulatis, nigris,

ante medium macula magna, rotunda, flavo-testacea. Long. $13\frac{1}{2}$, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Rufo-testaceus, nitidus, pallido-pubescent. Caput mediocre, antice posticeque nonnihil angustatum, supra paullo convexum, undique profunde, remote, postice lateribusque crebrius punctatum, inter antennas transversim canaliculatum; labro sub-porrecto, antice rotundato, supra subtilissime, sat crebre punctulato, utrinque ad basin longitudinaliter impresso, elevato-marginato; mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae ferrugineae, parce pilosae, articulo basali diluore. Prothorax latitudine fere brevior, antice truncatus, mox pone apicem valde rotundato-amplius, dein lateribus angustatus, sinuatus, postice late, leviter rotundato-emarginatus, angulis oblique truncatis; supra paullo convexus, undique profunde, sat crebre, disco tamen utrinque remotius punctatus, medio longitudinaliter impressus et tenuiter canaliculatus, postice ad angulos sat profunde foveolatus. Scutellum triangulare, profunde crebre punctatum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, quam lata duplo longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta; apice conjunctim late rotundata, supra parum convexa, minus late sulcata, sulcis in fundo subtiliter punctata, interstitiis convexis, bi-seriatim punctata, intra marginem crebrius, vage punctata, serie e punctis majoribus; nigro-picea, mox ante medium in singulo elytro macula magna, sub-rotunda, rufo-testacea. Corpus subtile sat crebre punctulatum. Pedes rufo-testacei, immaculati; tarsi paullo obscurioribus.

69. *APTINUS nigripennis*: niger, sub-nitidus; capite, antennis, prothorace pedibusque rufis; elytris costatis, apice tenuiter albedo-marginatis. Long. 17, lat. 7 millim.

Brachinus nigripennis. SCHN. Syn. Ins. I. p. 230. N:o 5.

Aptinus nigripennis. ДЪЛ. Spec. Gen. I. p. 291. N:o 1.

Habitat in Caffraria parce.

70. *APTINUS Halteri*: niger, parum nitidus; capite, antennis, prothorace angusto, rufis, illo linea laterali distincta margineque basali obsoletiori, nigris; elytris costatis, apice tenuiter albido-marginatis. Long. 15, lat. 6 millim.

Aptinus Halteri CHAUDOIR Bull. de MOSCOU 1837. III. p. 6. N:o 4.

Habitat in Caffraria interiore.

Observ. Magnitudo et fere statura praecedentis, colore rufo obscuriore, prothorace angustiori, ad latera et postice nigro-marginato, ab illo mox distinctus.

IV. CREPIDOGASTER.

(a *Κρηπίς* margo elevatus et *γαστήρ* venter)

Antennae breves, minus tenues, articulis 4—10 brevibus, sub-rotundis.

Labrum breve, transversum, supra planum, apice leviter rotundato-emarginatum.

Mandibulae sat longae, validae, arcuatae, apice acuminatae.

Palpi: maxillares mediocres, articulis duobus basilibus brevissimis, 3^o oblongo, extrorsum sensim incrassato, 4^o brevi, sub-obconico, 5^o magno, sub-ovato; labiales articulo penultimo tenui, extrorsum paullo incrassato, ultimo magno, securiformi.

Prothorax angustus, latitudine paullo longior, antice posticeque truncatus.

Elytra versus apicem sensim ampliata, latitudine nonnihil longiora, abdomine multo breviora, apice conjunctim profunde, late emarginata.

Tarsi validi, articulis brevibus, longitudine sensim decrescentibus; unguiculis tenuibus, divaricatis, simplicibus.

Genus quoad habitum *Aptino* proximum, structura vero palporum et antennarum, articulisque tarsorum brevioribus, ab illo abundè distinctum. Caput oblongo-ovatum, supra paullo convexum, antice utrinque leviter

impressum, collo crasso prothoraci adfixum; oculis lateralibus, mediocribus, ovatis, modice convexis. Antennae dimidio corpore haud longiores, minus tenues, filiformes, articulo primo sub-obconico, secundo brevi, basi angustato, apice truncato, 3^o antecedenti dimidio longiore, sensim incrassato, 4—10 brevibus, sub-rotundatis, moniliformibus, ultimo oblongo, acuminato. Prothorax latitudine paullo longior, antice posticeque truncatus, supra parum convexus, medio longitudinaliter, tenue canaliculatus. Scutellum sat magnum, sub-triangulare. Elytra a basi ultra medium sensim ampliata, quam lata paullo longiora, supra parum convexa, apice conjunctim profunde emarginata, abdomine multo breviora. Abdomen supra elevato-marginatum, segmento ultimo apice rotundato. Pedes mediocres, sat validi; femoribus medio modice incrassatis; tibiis rectis, basi nonnihil tenuioribus; tarsis brevibus, crassis, subtus parce setosis, articulo primo longitudine duobus sequentibus aequali, 2—4 brevibus, longitudine sensim decrescentibus, omnibus apice truncatis; unguiculis tenuibus, simplicibus, divaricatis.

71. CREPIDOGASTER *bimaculatus*: flavo-testaceus, sub-opacus; oculis mandibulisque apice nigris; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris subtiliter, confertim granulatis, nigro-fuscis, basi maculisque duabus magnis versus apicem, rotundis, flavo-testaceis, dorso leviter sulcatis. Long. 7, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Minoribus *Aptini Pyrenaei* speciminibus magnitudine aequalis. Flavo-testaceus, sub-opacus. Caput ovatum, supra paullo convexum, subtiliter, crebre punctulatum, antice utrinque leviter impressum, supra antennas callo parvo, obscure brunneo; mandibulis apice nigro-piceis; oculis sub-rotundatis, parum convexis, nigris. Antennae breviter, parce albo-pubescentes. Prothorax latitudine longior, antice late rotundato-emarginatus, capite parum

latior, mox pone apicem modice rotundato-ampliatum, dein posterius angustatum, leviter sinuatum, postice fere truncatum, angulis rectis; supra parum convexus, subtiliter, crebre punctulatus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque nonnihil abbreviata. Scutellum triangulare, confertim punctatum. Elytra abdomine multo breviora, antice prothoracis basi nonnihil latiora, mox pone basin ad medium sensim rotundato-ampliata, dein apicem versus perparum angustata, apice conjunctim profunde emarginata, supra parum convexa, confertim granulata, dorso leviter, obsolete, late sulcata; nigro-fusca, basi ad suturam latius margineque inflexo tenuiter, maculaque magna, rotunda, versus apicem, margine magis appropinquante, flavo-testaceis. Corpus subtus subtiliter, confertim punctulatum; abdomine supra pone elytra vel nigro-piceo, apicibus segmentorum tenuiter testaceis, vel flavo-testaceo, segmentis ante apicem transversim infuscatis, margine apicali dilute flavo-testaceo. Pedes flavo-testacei; unguiculis ferrugineis.

72. *CREPIDOGASTER infuscatus*: flavo-testaceus, sub-opacus; oculis mandibulisque apice nigris; capite prothoraceque crebre punctatis; elytris subtiliter, confertim granulatis, plaga magna, dorsali, introrsum ad suturam usque ad apicem extensa, nigro-fusca; abdomine supra nigro-piceo. Long. 5, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Aptinus infuscatus? DEJ. Spec. Gen. I. p. 296. No 7.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura omnino praecedentis, sed minor, elytris aliter coloratis, dorso non sulcatis. Flavo-testaceus, sub-opacus. Caput ovatum, supra paullo convexum, subtiliter, crebre punctulatum, antice utrinque leviter impressum; mandibulis apice nigro-piceis; oculis sub-rotundatis, parum convexis, nigris. Antennae breviter, parce albo-pubescentes. Prothorax latitudine longior, antice late rotundato-emarginatus, capite parum latior, mox pone apicem modice

rotundato-ampliatum, dein posterius sat angustatum, leviter sinuatum, postice fere truncatum, angulis rectis; supra parum convexus, subtiliter, crebre punctulatus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque nonnihil abbreviata. Scutellum triangulare, confertim punctatum. Elytra abdomine multo breviora, ut in praecedenti constructa, undique crebre, subtiliter granulata, dorso non sulcata, in disco plaga magna, antice rotundata, introrsum ad suturam continuata ibique usque ad apicem fere dilatata, nigro-fusca, apice extrorsum late rotundato-emarginata. Corpus subtiliter, crebre punctulatum; abdomine supra nigro-piceo, segmentis apice tenuiter testaceo-marginatis, subtus testaceo, ad latera et apice plus minusve infuscato. Pedes flavo-testacei; unguiculis ferrugineis.

73. *BRACHINUS insignis*: niger, parum nitidus; capite, antennis prothoraceque flavo-testaceis, illo angusto, undique nigro-marginato; elytris costatis, singulo macula parva humerali fasciaque brevi, transversa, sinuata mox ante medium, flavo-testaceis; pedibus flavo-testaceis, femoribus apice nigris. Long. 15, lat. $6\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Brachino africano magnitudine aequalis. Caput mediocre, ovatum, flavo-testaceum, postice paullo angustatum, supra parum convexus; vertice crebre, obsolete rugoso-granulato; fronte medio subtilissime, remote, ad oculos evidenter, longitudinaliter aciculata, utrinque in medio longitudinaliter impressa; labro palpisque flavo-testaceis; mandibulis nigris, basi extus in medio flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae rufo-testaceae, pallido-pubescentes. Prothorax angustus, latitudine paullo longior, antice posticeque truncatus, mox pone apicem nonnihil ampliatum, dein versus basin parum angustatum, angulis posticis non prominulis, rectis; supra convexiusculus, subtiliter, trans-

versim aciculatus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque abbreviata insculptus; flavo-testaceus, undique nigro-marginatus, nigredine basi apiceque medio sub-angulatim dilatata; subtus antice postice et ad insertionem pedum anticorum nigro-marginatus. Scutellum triangulare, nigrum, parum profunde, sat crebre ruguloso-punctatum, antice in medio leviter carinatum. Elytra prothoracis basi dimidio latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere ad apicem sensim ampliata, apice conjunctim truncata, angulis exterioribus rotundata, supra paullo convexa, nigra, sub-opaca, subtilissime coriacea, longitudinaliter costata, costis supra nitidis; singulo elytro macula parva, sub-rotundata in angulo humerali, fascia transversa, brevi, sinuata, inter costis 2 et 6, vel angusta vel latiore, flavo-testaceis; margine apicali costisque versus apicem pallide testaceis. Corpus subtus nigro-piceum, magis nitidum, subtiliter, crebre punctulatum; pectore flavo-testaceo-variegato. Pedes flavo-testacei; femoribus anterioribus subtus ad apicem anguste, posticis apice toto nigris; tarsis obscurioribus, dilute ferrugineis.

74. *BRACHINUS Caffer*: rufo-testaceus, sub-nitidus, fere glaber; prothorace subtiliter, transversim aciculato, antice latiori, angulis posticis acutis, prominulis; elytris costatis, nigris, macula disci postica irregulari, altera humerali magna, introrsum ad apicem extensa et apicali minore, illis margine lato, concolore, cohaerentibus, rufo-testaceis; pectore utrinque, abdomine lateribus apiceque fuscis. Long. 12, lat. 6 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Brachino armigero similis, dimidio tamen major, latior, sub-glaber; prothorace praesertim antice latiore, subtiliter, transversim aciculato, elytris nitidioribus, nigris, maculis rufo-testaceis majoribus, aliter formatis etc. ab illo abunde distinctus. Rufo-testaceus, nitidus, fere glaber. Caput ovatum, modice convexum, postice utrinque

subtilissime, transversim aciculatum, medio sub-laeve, inter oculos utrinque longitudinaliter, sat late impressum; mandibulis apice infuscatis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae breviter pubescentes, articulis 5—11 obscurioribus. Prothorax latitudine antica parum longior, capite latior, antice posticeque sub-truncatus, mox pone apicem modice rotundato-amplius, dein lateribus citius sinuato-angustatus, angulis posticis productis, acutis; supra paullo convexus, transversim, subtiliter, sat crebre aciculatus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque profundiori. Scutellum triangulare, subtiliter punctulatum. Elytra prothoracis basi fere triplo latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus fere ad apicem paullo ampliata, apice singulatim oblique truncata, supra nonnihil convexa, subtilissime, crebre coriacea, evidenter costata, nigra, subnitida, fere glabra vel pube tantum brevissima, pallida adpersa, extrorsum macula magna, basali, apice nonnihil producta, maculam parvam humeralem fuscam, includente, altera apicali ad marginem exteriorem, minore, sub-rotunda, cum margine lato, concolore cohaerentibus, tertiaque in disco postico inter carinas 1—4, sat magna, antice rotundata, postice emarginata, rufo-testaceis. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, dilutius rufo-testaceum, lateribus apiceque plus minusvé infuscatum. Pedes rufo-testacei, immaculati.

75. *BRACHINUS armiger*: rufo-testaceus, sub-opacus, pallido-pubescentis; prothorace angusto, sub-remote punctato, angulis posticis acutis, prominulis; elytris subcostatis, nigro-fuscis, macula disci postica, sub-rotundata, altera humerali ovata et apicali minore, illis margine tenui, concolore, cohaerentibus, rufo-testaceis; pectore utrinque abdomineque fuscis. Long. 8, lat. 4 millim.
Brachinus armiger DEJ. Spec. Gen. V. p. 418. N:o 55.

Habitat in Caffraria meridionali.

76. *BRACHINUS parvulus*: rufo-testaceus, sub-nitidus, parce pallido-pubescentis; prothorace angusto, sub-remote, obsoletius punctato, angulis posticis angustissimis, prominulis; elytris leviter costatis, nigro-fuscis, macula disci postica, sub-rotundata, altera humerali ovata et apicali minore, illis margine tenui, concolore, cohaerentibus, rufo-testaceis, singulo elytro apice sat oblique truncato; corpore subtus piceo, plaga magna pectorali rufo-testacea. Long. 6—7, lat. 3—3½ millim.

Brachinus parvulus CHAUD. Bull. de Moscou 1843. p. 713. N:o 4.

Habitat in Caffraria interiore.

77. *MASTAX ornatellus*: nigro-fuscus, sub-opacus; capite nigro, nitido; antennis basi, palpis prothoraceque rufo-testaceis; elytris leviter costatis, macula parva basali, oblonga prope scutellum, flavo-testacea, binisque lateralibus albidis; abdomine testaceo, basi apiceque nigro-fusco; pedibus albidis, geniculis tibiisque apice infuscatis. Long. 4, lat. 2¼ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Parvus. Caput mediocre, nigrum, nitidum, interdum rufo-testaceum, supra paullo convexum, postice obsolete punctulatum, ad oculos et in medio longitudinaliter, tenue aciculatum; labro brevi, nigro, apice late emarginato; mandibulis palpisque rufo-testaceis, illis apice leviter infuscatis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae nigro-fuscae, articulo primo et secundo rufo-testaceis, illo apice infuscato. Prothorax antice capite vix latior, latitudine haud longior, apice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem parum rotundato-amplius, lateribus posterius citius angustatus, sinuatus, basi truncatus, angulis posticis parum prominulis, sub-acutis; supra paullo convexus, confertim, subtiliter punctulatus, rufo-testaceus, sub-opacus, medio late, minus profunde, longitudinaliter sulcatus. Scutellum triangulare, subtiliter punctulatum, rufo-testaceum. Elytra antice

prothoracis basi fere triplo latiora, quam lata nonnihil longiora, ad humeros rotundata, lateribus in medio nonnihil rotundato-ampliata, apice singulatim oblique truncata, supra modice convexa, leviter costata; nigro-fusca, opaca, basi juxta scutellum macula parva, oblonga, flavo-testacea et intra marginem maculis binis albidis, prima inter basin et medium, transversa, oblongo-quadrata, interdum semilunari, altera longe pone medium sub-rotunda, postice emarginata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, nigro-fuscum; abdomine flavo-testaceo, basi apiceque nigro-fusco. Pedes albidii; geniculis tibiisque apice nigro-fuscis; tarsis pallide testaceis.

V. PLAGIOPYGA.

(a *πλάγιος* transversus et *πύγη* pyga.)

Antennae tenues, filiformes, articulo secundo oblongo, tertio dimidio breviora.

Labrum breve, transversum, supra sub-planum, apice leviter rotundato-emarginatum, angulis rotundatis.

Mandibulae validae, arcuatae, apice acuminatae.

Mentum sinu simplici absque dente.

Palpi: maxillares mediocres, articulis duobus basilibus brevissimis, 3^o et 5^o longitudine aequalibus, hoc versus apicem modice incrassato, 4^o sequenti nonnihil breviora, sensim incrassato: labiales articulo penultimo oblongo, sub-cylindrico, sensim incrassato, ultimo longitudine antecedentis, cylindrico, apice truncato.

Prothorax parvus, latitudine paullo brevior, antice posticeque leviter emarginatus, supra convexiusculus, medio canaliculatus.

Elytra oblongo-quadrata, paullo convexa, apice truncata, singulatim leviter rotundato-emarginata, abdomine nonnihil breviora.

Abdomen segmento ultimo apice late truncato.

Tarsi subtus breviter pubescentes et setulosi; anteriores parum dilatati, postici tenuiores, articulis quatuor primis longitudine sensim decrescentibus.

Media quasi inter *Dyscolum* et *Promecopterum*. Corpus oblongo-ovatum, sub-depressum. Caput oblongo-ovatum, supra paullo convexum, collo crasso prothoraci adfixum; labro parvo, transverso, supra fere plano, apice leviter rotundato-emarginato, angulis leviter rotundatis, lateribus rectis; intra apicem serie transversa e punctis mediocribus; oculis parvis, rotundatis, paullo convexis. Antennae dimidio corpore haud longiores, tenues, filiformes, extrorsum nonnihil tenuiores, articulo primo valido, secundo tertio dimidio brevioribus, 3—4 sequentibus nonnihil longioribus, ultimo acuminato. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice late, postice leviter rotundato-emarginatus, supra convexiusculus, medio tenuiter canaliculatus. Scutellum mediocre, triangulare, planum. Elytra oblongo-quadrata, lateribus recta, supra paullo convexa, apice late truncata, singulatim leviter emarginata. Pedes mediocres, graciles; femoribus medio modice incrassatis; tibiis rectis, anticis apice uni-posterioribus bispinosis: tarsis anterioribus paullo dilatatis, articulo 1^o elongato, 2—4 sub-triangularibus, longitudine sensim decrescentibus, 4^o apice leviter emarginato, posticis tenuioribus, articulis longitudine sensim decrescentibus; unguiculis divaricatis, simplicibus.

78. *PLAGIOPYGA ferruginea*: rufo-ferruginea, parum nitida; mandibulis totis palpisque articulo ultimo basi nigro-piceis; prothorace transversim aciculato; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, sub-laevibus. Long. 15, lat. 6 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Dolicho flavicorni paullo minor: Rufo-ferruginea, parum nitida. Caput sub-laeve vel subtilissime, crebre coriaceum, ad oculos breviter, tenue, longitudinaliter

striatum, inter antenas utrinque leviter impressum, palpis articulo ultimo a basi ultra medium infuscato, piceo; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum breviter pallido-pubescentes et pilosae. Prothorax latitudinē fere brevior, antice subtruncatus, angulis antrorsum prominulis, sub-acutis; mox pone apicem modice rotundato-ampliatum, dein versus basin sensim angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis obtusis; supra parum convexus, subtiliter et irregulariter, transversim aciculatus, antice posticeque transversim impressus, medio canalicula tenui, antice nonnihil abbreviata, postice utrinque in medio longitudinaliter impressus. Scutellum triangulare, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra antice singulatim leviter rotundato-emarginata, prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim suboblique truncata, vix emarginata, quam lata dimidio et ultra longiora, supra paullo convexa, tenuiter striata, striis in fundo vix punctatis, interstitiis latis, planis, sublaevibus vel obsoletissime, crebre coriaceis, intra marginem serie e punctis majoribus, remotis. Corpus subtus dilutius, subtiliter coriaceum. Pedes rufo-ferruginei; tarsi subtus brunneo-setulosi.

79. *THYREOPTERUS flavosignatus*: nigro-piceus, sub-opacus, breviter pubescens; prothorace quadrato, confertim, parum profunde aciculato; elytris tenuiter striatis; interstitiis latis, planis, sat crebre, parum profunde punctatis, maculis tribus sinuatis, duabus ante medium, tertia postica, communi, fulvis; femoribus, apice excepto, flavo-testaceis. Long. 10, lat. 5 millim.

Thyreopterus flavosignatus DEL. Spec. Gen. V. p. 447. 1.

Habitat in Caffraria orientali.

80. *THYREOPTERUS limbatus*: flavo-testaceus, sub-opacus; prothorace subtiliter, transversim, crebre aciculato, disco infuscato; elytris nigro-piceis, testaceo-marginatis,

tenuiter striatis, interstitiis planis, sub-laevibus; pectore utrinque nigro-fusco. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Stature fere *T. flavosignati*, sed minor; prothorace posterius magis angustato. Caput mediocre, antice posticeque angustatum, supra paullo convexum, obsolete punctulatum, rufo-testaceum; labro palpisque flavo-testaceis; mandibulis nigro-piceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis, medio infuscatis. Antennae flavo-testaceae, extrorsum breviter pubescentes et parce pilosae. Prothorax latitudine vix brevior, capite nonnihil latior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus in medio nonnihil rotundato-ampliatus, versus basin modice angustatus, postice sub-truncatus, angulis obtusis, rotundatis; supra convexiusculus, transversim, subtiliter, crebre aciculatus, medio longitudinaliter, sat distincte canaliculatus; rufo-testaceus, dorso toto late infuscatus. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum, nigro-piceum. Elytra prothorace duplo latiora, quam lata nonnihil longiora, ad humeros rotundata, lateribus haud ampliata, apicem versus paullo angustata, apice singulatim oblique truncata, leviter rotundato-emarginata, supra parum convexa, nigro-picea, opaca, extrorsum undique tenuiter testaceo-marginata; subtiliter striata, interstitiis latis, planis, sub-laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus, pupillatis. Corpus subtus flavo-testaceum, obsolete punctulatum; pectore ad latera nigro-fusco. Pedes flavo-testacei.

81. *CATASCOPUS affinis*: (WESTERMANN) supra viridi-aeneo coerulescens, nitidus, subtus niger; antennis basi pedibusque ferrugineis; prothorace brevi, confertim, evidenter, transversim aciculato; elytris sat profunde punctato-striatis, interstitiis inaequalibus, tertio latiore, plano, quarto angustiore, magis convexo. Long. 9, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Catascopto eleganti FABR. magnitudine aequalis, colore viridi - aeneo - coerulescenti, nec viridi-cupreo, pedibus ferrugineis ut et textura elytrorum, ab illo mox distinctus. Caput magnum, paullo convexum, viridi-aeneum, nitidum, postice subtiliter punctulatum; fronte sat crebre, longitudinaliter aciculata, utrinque impressa, antice transversim, subtiliter canaliculata, apice confertim punctulata; labro mandibulisque nigro-piceis; palpis piceis, articulis omnibus apice dilutioribus; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae fuscae, breviter pubescentes, articulis 2 vel 3 basalibus rufo-ferrugineis. Prothorax latitudine brevior, antice capite paullo angustior, late, leviter rotundato-emarginatus, angulis sub-obtusis, lateribus mox pone apicem citius ampliatus, dein sub-sinuatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis rectis, acutis; supra modice convexus, evidenter, transversim aciculatus, viridi-aeneo coerulescens, nitidus, extrorsum tenuiter violaceo-marginatus, antice posticeque transversim impressus, medio profunde, longitudinaliter canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, obsolete punctulatum, nigrum, nitidum. Elytra antice prothorace duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, versus apicem nonnihil angustata, apice sat profunde, late rotundato-emarginata, singulatim oblique truncata, ad suturam conjunctim sub-acuminata, quam lata dimidio longiora, supra modice convexa, sat profunde punctato-striata, interstitiis sub-laevibus, inaequalibus, interioribus convexis, 3^o a sutura reliquis nonnihil latiore, sub-plano, 5 et 7 angustioribus, hoc anterius magis convexo, illo sub-carinato, secundo punctis tribus profundioribus insculpto; tota viridi-aeneo-coerulescentia, nitida, margine exteriori violaceo. Corpus subtus obsolete punctulatum, nigro-piceum. Pedes ferruginei; tibiis tarsisque interdum obscurioribus, nigro-piceis.

82. *GRAPHIPTERUS Westwoodii*: niger; antennis basi rufo-ferrugineis; capite magno, utrinque vitta longitudinali

ochraceo-pubescente; prothorace dense ochraceo pubescente, medio vitta lata atra; elytris atris, margine, macula basali sub-triangulari, altera apicali sub-cordata, communi, fasciaque lata pone medium, cum margine cohaerentibus, ochraceo-pubescentibus. Long. 18—19, lat. 9 millim.

Graphipterus Westwoodii DE BERME Ann. Entom. de France II. Ser. II. p. 291 tab. VII. f. 6.

Habitat in Caffraria interiore.

83. *GRAPHIPTERUS Wahlbergii*: niger, supra dense, subtus parce pubescens; antennis basi rufo-ferrugineis; capite utrinque vitta longitudinali prothoraceque fulvo-pubescentibus, illo medio vitta lata atra; elytris dilute ochraceo-pubescentibus, sutura antice late et plaga magna pone medium, communi, postice utrinque leviter emarginata, ad suturam acuminata, atro-pubescentibus. Long. 13, lat. 6½ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Graphiptero cordigero certe affinis et magnitudine aequalis, elytris tamen antice ad humeros latius rotundatis ut et colore prothoracis, facile distinctus. Caput sat magnum, mediocriter, crebre punctatum, nigrum, nitidum, utrinque vitta lata, longitudinali, dense fulvo-pubescente, antice cum opposita interdum confluenta; vertice longitudinaliter, tenue carinato; labro sub-laeve, mandibulis palpisque nigro-piceis, nitidis; oculis ovatis, parum convexis, glaucis. Antennae nigrae, nitidae, extrorsum dense pubescentes, articulis tribus primis rufo-ferrugineis. Prothorax antice utrinque leviter sinuatus, capite nonnihil latior, angulis antrorsum prominulis, acutis; mox pone apicem oblique paullo ampliatus, dein versus basin subito angustatus, postice levissime rotundato-emarginatus, angulis obtusis, rotundatis; supra convexiusculus, confertim punctulatus, pube densa, depressa, fulva

fulva tectus, medio vitta sat lata, lineari, longitudinali, atro-pubescente. Scutellum parvum, triangulare, nigrum, subtiliter, crebre punctulatum, glabrum. Elytra prothorace duplo et ultra latiora, mox ad basin late rotundato-ampliata, apice conjunctim sub-truncata, extrorsum rotundata, quam lata nonnihil longiora, supra parum convexa, subtiliter, confertim punctulata, obsolete striata, nigra, pube dilute ochracea dense tecta, sutura ad tertiam partem, late atro-pubeccente cum plaga magna, communi, concolore, sub-quadrata, transversa, posterius perparum angustata, ante apicem desinente, ibique utrinque leviter emarginata, ad suturam nonnihil sub-acuminato producta cohaerente. Corpus subtus pube albida parce adpersum, prothorace pectoreque nigris, confertim punctulatis; abdomine rufo-ferrugineo, basi et ad latera subtiliter, minus crebre ruguloso-punctato. Pedes nigri, nitidi, parce setulosi.

84. *GRAPHIPTERUS cordiger*: niger; antennis basi piceis, articulo secundo rufo-ferrugineo; capite utrinque vitta longitudinali prothoraceque ochraceo-pubescentibus, illo medio vitta lata, atra; elytris dilute ochraceo-pubescentibus, sutura antice late plagaque magna, communi, sub-cordata, pone medium, postice ad suturam acuminata, atro-pubescentibus. Long. 13, lat. 6 millim.

Graphipterus cordiger DEJ. Spec. Gen. V. p. 461. N:o 10.

Habitat in Caffraria meridionali.

85. *GRAPHIPTERUS hamatus*: niger; antennis basi rufo-piceis; capite utrinque vitta longitudinali prothoraceque silaceo-pubescentibus, illo medio vitta lata, atra; elytris silaceo-pubescentibus, sutura antice late plagaque maxima, communi, antice extrorsum angulariter excurrente, postice utrinque emarginata, ad suturam

acuminata, atro-pubescentibus. Long. 14, lat. 6½ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo et fere statura *G. cordigeri*, plaga elytrorum multo majori, extrorsum antice angulariter plus minusve producta, apice utrinque profundius emarginata, ab illa distincta. Caput sat magnum, modice convexum, mediocriter, crebre punctatum, nigrum, nitidum, utrinque vitta longitudinali, silaceo-pubescente; labro sublaevi; mandibulis palpisque nigro-piceis, nitidis; oculis ovatis, parum convexis, glaucis. Antennae nigrae, basi nitidae, extrorsum pubescentes, articulis duobus basalibus rufo-ferrugineis. Prothorax antice capite nonnihil latior, utrinque leviter sinuatus, angulis antrorsum productis, sub-obtusis; mox pone apicem oblique ampliatus, dein versus basin citius angustatus, postice sub-truncatus, angulis obtusis, rotundatis, supra paullo convexus, subtiliter, confertim punctulatus, dense silaceo-pubescentis, medio vitta lata, longitudinali, sub-lineari, atro-pubescente. Scutellum parvum, triangulare, confertim punctulatum, nigrum, glabrum. Elytra prothorace duplo et ultra latiora, mox ad basin citius rotundato-ampliata, apice conjunctim sub-truncata, extus rotundata, quam lata nonnihil longiora, supra paullo convexa, subtilissime, crebre punctulata, nigra, pube depressa, silacea tecta, sutura antice ad quartam partem late atro-pubescente, cum plaga maxima communi, concolore, subquadrata, cohaerente, antice ad marginem exteriorum in angulum plus minusve acutum excurrente, postice utrinque sat profunde rotundato-emarginata, juxta suturam acute producta. Corpus subtus pube brevi, albida parce adpersum; prothorace pectoreque nigris, subtiliter, crebre punctulatis; abdomine rufo-ferrugineo, ad latera subtilissime, minus crebre punctulato. Pedes nigri, nitidi, parce setulosi.

86. *GRAPHIPTERUS plagiatus*: niger; antennis basi rufo-ferrugineis; capite utrinque vitta longitudinali prothoraceque dilute ochraceo-pubescentibus, illo medio vitta lata, atra; elytris dilute ochraceo-pubescentibus, singulo vitta longitudinali, lata, atra, postice abbreviata, extus antice lineola ochracea, longitudinali. Long. 13, lat. $6\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo praecedentis, elytris ad basin citius rotundato-ampliatis, aliter coloratis. Caput sat magnum, supra modice convexum, mediocriter, crebre punctatum, nigrum, nitidum, vitta utrinque longitudinali, ochraceo-pubescente; labro sub-laevi, mandibulis palpisque nigropiceis, nitidis; oculis ovatis, parum convexis, nigris, nitidis. Antennae nigro-piceae, basi nitidae, extrorsum pubescentes, articulis duobus basalibus rufo-ferrugineis. Prothorax ut in praecedenti omnino constructus, supra confertim punctatus, medio obsolete carinatus; niger, ochraceo-pubescentis, medio vitta lata, lineari, atra, subdenudata. Scutellum parvum, triangulare, confertim punctulatum, nigrum, glabrum. Elytra prothorace duplo latiora, mox ad basin subito rotundato-ampliata, apice conjunctim sub-truncata, extus rotundata, quam lata nonnihil longiora, supra paullo convexa, singulo vitta lata, longitudinali, atro-pubescente, extus antice posticeque rotundata, apicem versus interdum leviter emarginata, margine elytrorum, basi excepta, latius, sutura angustius lineolaque antica, longitudinali, ochraceo-pubescentibus. Corpus subtus antice parce albo-setulosum, prothorace pectoreque nigris, subtiliter, sub-remote punctulatis; abdomine ferrugineo, basi lateribusque subtiliter, crebre coriaceo. Pedes nigri, nitidi, parce, tenuiter setulosi.

87. *GRAPHIPTERUS elegantulus*: niger; antennis basi rufo-testaceis; capite utrinque vitta longitudinali prothoraceque fulvo-pubescentibus, illo extrorsum silaceo-mar-

ginato, medio linea angusta, denudata; elytris silaceo-pubescentibus, singulo dorso vitta angustiori, extus cum linea abbreviata connexa, atris. Long. 12, lat. 6 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura praecedentis, nonnihil tamen minor; prothorace fulvo-pubescente, linea media angusta, nigra, ut et signaturis elytrorum, ab illo distinctus. Caput sat magnum, modice convexum, mediocriter, sat crebre punctatum, nigrum, nitidum, utrinque vitta longitudinali fulvo-pubescente, medio linea angusta, sub-laevi; labro, mandibulis palpisque nigro-piceis, nitidis; oculis subovatis, paullo convexis, nigro-brunneis. Antennae nigrae, sub-nitidae, parce pubescentes, articulis tribus basalibus rufo-ferrugineis. Prothorax antice capite nonnihil latior, utrinque leviter sinuatus, angulis antrorsum modice prominulis, sub-obtusis; mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatum, dein lateribus versus basin citius angustatus, postice sub-truncatus, angulis obtusis, rotundatis; supra convexiusculus, confertim, mediocriter punctatus, niger, pube densa, depressa, fulva, ad margines silacea obsitus, medio linea angusta, longitudinali, denudata. Scutellum parvum, triangulare, confertim punctulatum, nigrum, glabrum. Elytra prothorace duplo latiora, quam lata nonnihil longiora, mox ad basin citius rotundato-ampliata, apice conjunctim truncata, extus rotundata, supra paullo convexa, sub-striata, confertissime punctulata, nigra, ochraceo-pubescentia, singulo non procul a sutura vitta angustiori, longitudinali, antice parum, postice magis abbreviata, lineaque exteriori utrinque valde abbreviata, pone medium cum vitta late connexa, atris, antice in vitta lineola tenui, longitudinali, ochracea. Corpus subtus antice parce albo-setulosum; prothorace nigro, remote punctato; pectore abdomineque rufo-ferrugineis, ad latera obsoletius et remotius punctulatis. Pedes nigro-picei, nitidi, parce, breviter setulosi.

88. *GRAPHIPTERUS vittipennis*: niger; antennis basi rufo-ferrugineis; capite prothoraceque fulvo-pubescentibus, medio longitudinaliter denudatis; elytris fulvo-pubescentibus, sutura late vittisque duabus disci postice cohaerentibus, atris. Long. 13, lat. 6 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

G. plagiato magnitudine aequalis, nonnihil tamen angustior. Caput sat magnum, medioeriter, crebre punctatum, nigrum, nitidum, utrinque vitta lata, longitudinali fulvo-pubescente, postice linea media sub-laevi; labro, mandibulis palpisque nigro-piceis, nitidis; oculis sub-ovatis, paullo convexis, glaucis, fusco-irroratis. Antennae nigrae, parce pubescentes, articulis tribus basalibus rufo-ferrugineis. Prothorax antice capite latior, utrinque leviter sinuatus, angulis antrorsum prominulis, obtusis; mox pone apicem oblique ampliatus, dein versus basin subito angustatus, postice sub-truncatus vel leviter tantum rotundato-emarginatus, supra parum convexus, medioeriter, crebre punctatus, niger, pube densa, fulva obsitus, medio vitta angustiori, atra. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum, nigrum, glabrum. Elytra prothorace duplo latiora, quam lata nonnihil longiora, mox ad basin subito rotundato-ampliata, apice conjunctim truncata, extus rotundata, supra paullo convexa, confertim punctulata nigra, fulvo-pubescentia, sutura sat lata, antice vix, postice perparum abbreviata vittisque duabus tenuioribus, longitudinalibus, utrinque nonnihil abbreviatis, ante apicem cohaerentibus, atris, illis linea angusta fulva divisis. Corpus subtus nigro-piceum; prothorace pectoreque sat crebre punctatis, parce albo-setulosis; abdomine subtilissime, sub-remote punctulato. Pedes nigro-picei, nitidi, parce, breviter setulosi.

89. *GRAPHIPTERUS velutinus*: niger; supra dilute brunneo-pubescentis, ochraceo-marginatus; antennis basi tibisque ferrugineis; elytris sub-striatis, confertissime

punctulatis, ad basin citius rotundato-ampliatis. Long. 12, lat. 6 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Magnitudo et fere statura *G. cordigeri*. Caput sat magnum, modice convexum, crebre, mediocriter punctatum, nigrum, nitidum, postice dilute brunneo-pubesceus, antice glabrum; fronte antice parce punctata; labro mandibulisque nigro-piceis, nitidis; palpis nigropiceis, basi ferrugineis; oculis ovatis, modice convexis, glaucis. Antennae nigrae, parce, breviter pubescentes, articulis tribus basalibus rufo-ferrugineis, nitidis. Prothorax antice capite latior, utrinque leviter sinuatus, angulis antrorsum productis, sub-obtusis, mox pone apicem valde rotundato-ampliatum, dein versus basin subito, oblique angustatum, postice leviter rotundato-emarginatum, angulis sub-rectis; supra paullo convexus, mediocriter, crebre punctulatus, niger, dense, dilute brunneo pubescens, lateribus ochraceo-marginatus. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum, nigrum, glabrum. Elytra prothorace duplo latiora, quam lata nonnihil longiora, mox ad basin subito rotundato-ampliata, apice conjunctim sub-truncata, extus rotundata, supra paullo convexa, tenuiter striata, confertissime punctulata, nigra, pube densa, depressa, dilute brunnea, ad marginem exteriorem dilute ochracea tecta. Corpus subtus nigrum, nitidum, prothorace pectoreque sub-remote punctulatis, parce albo-etulosis; abdomine ad latera obsoletius punctulato. Pedes nigri, nitidi, parce setulosi; tibiis ferrugineis, posticis saepe obscurioribus.

90. *GRAPHIPTERUS frontalis*: niger, sub-nitidus; fronte macula magna, albo-pubescente; prothorace brevi, confertim punctato, dense dilute brunneo, ad latera anguste albedo-pubescente; elytris ovatis, sub-striatis, confertim punctulatis, dilute brunneo-margine tenuiter

albo-pubescentibus, ad basin latius rotundato-ampliatis. Long. 12—14, lat. 5—6 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura fere praecedentis, antennis totis nigris, prothorace minus lato, elytris angustioribus, ad humeros latius rotundatis, ut et colore ab illo distinctus. Niger, sub-nitidus. Caput sat magnum, confertim punctulatum, medio modice elevatum, sub-laeve, utrinque ad oculos longitudinaliter, antice transversim impressum, postice utrinque ad oculos pube dilute brunnea parce, antice in impressione pube alba, dense obsitum; oculis sub-rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennae nigrae, basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax antice capite nonnihil latior, utrinque leviter sinuatus, latitudine dimidio fere brevior, lateribus ante medium perparum ampliatus, dein versus basin citius oblique angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum parum prominulis, sub-obtusis, posticis rotundatis; supra nonnihil convexus, sat crebre, mediocriter punctatus, pube densa, depressa, dilute brunnea tectus, medio longitudinaliter, tenue canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, confertim punctulatum. Elytra sub-ovata, quam lata longiora, antice prothoracis basi nonnihil latiora, mox pone basin latius rotundato-ampliata, apicem versus paullo angustata, apice singulatim sub-oblique truncata, ad suturam tenuiter emarginata, supra fere plana, confertim punctulata, obsoletius striata, pube densa, depressa, dilute brunnea tecta, extus tenuiter albo-marginata. Corpus subtus magis nitidum; prothorace sub-laeve, antice utrinque albo-piloso; pectore lateribusque abdominis subtiliter punctulatis. Pedes nitidi, parce setulosi.

91. GRAPHIPTERUS *obtusus*: niger; capite postice medio longitudinaliter laevigato, utrinque vitta dilute brunneo-pubescente; prothorace parvo, angustiori, confertim

rugoso-punctato, brunneo-pubescente; elytris minus latis, sub-striatis, brunneo-pubescentibus, ad basin citius rotundato-ampliatis. Long. 15, lat. $6\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Affinis certe *G. velutino*, sed antennis totis nigris, prothorace minus lato, elytris angustioribus, margine haud dilutioribus, ab illo mox distinctus. Caput sat magnum, modice convexum, crebre, medioeriter punctatum, nigrum, nitidum, in medio a basi longe ultra medium laevigatum, utrinque vitta sat lata, parce, dilute brunneo-pubescente; labro, mandibulis palpisque nigris, nitidis; oculis sub-ovatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae nigro-piceae, basi nitidae, glabrae, extrorsum breviter pubescentes. Prothorax anticecapite nonnihil latior, utrinque leviter sinuatus, latitudine paullo brevior, quam in praecedentibus angustior, lateribus mox pone apicem oblique sub-ampliatus, dein versus basin citius angustatus, postice evidenter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum nonnihil prominulis, sub-obtusis, posticis rotundatis; supra convexiusculus, confertim rugoso-punctatus, medio tenuiter canaliculatus; niger, sub-nitidus, pube depressa, dilute brunnea, minus dense obsitus. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum, nigrum, nitidum, glabrum. Elytra antice conjunctim rotundato-emarginata, prothorace duplo latiora; quam lata longiora, ad basin citius rotundato-ampliata, apice singulatim nonnihil truncata, extrorsum rotundata, supra parum convexa, tenuiter striata, interstitiis confertim rugoso-punctulatis; nigra, pube depressa, brevi, brunnea, ad latera dilutiori, obsita. Corpus subtus nigrum, nitidum, antice evidenter, postice ad latera obsoletius, subtiliter, sub-remote punctulatum. Pedes nigri, nitidi, parce setulosi.

92. *GRAPHIPTERUS lateralis*: niger; antennis et palpis basi tibiisque rufo-testaceis; capite utrinque vitta dilute

brunneo - pubescente; prothorace parvo, angustiori, confertim rugoso-punctato, brunneo-pubescente, extus silaceo-marginato; elytris minus latis, sub-striatis, brunneo-pubescentibus, albido-marginatis, basi citius rotundato-ampliatis. Long. 11, lat. $5\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Forma prothoracis praecedenti similis, minor, antennis et palpis basi tibiisque rufo-testaceis, prothorace subtus crebrius et profundius punctato etc. ab illo bene distinctus. Caput sat magnum, modice convexum, crebre, medio parcius rugoso-punctatum, nigrum, nitidum, utrinque vitta longitudinali, dilute brunneo-pubescente; labro mandibulisque nigris, nitidis; palpis rufo-testaceis, articulis duobus ultimis nigris; oculis sub-ovatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae nigrae, pubescentes, articulis tribus primis rufo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax antice capite nonnihil latior, utrinque leviter sinuatus, latitudine brevior, lateribus mox pone apicem nonnihil oblique ampliatus, dein versus basin citius angustatus, postice evidenter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum nonnihil prominulis, sub-obtusis, posticis fere rectis; supra paullo convexus, confertim rugoso-punctatus, niger, sub-nitidus, pube depressa, dilute brunnea, ad latera dilutiore, obsitus. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum, nigrum, glabrum. Elytra antice conjunctim vix emarginata, prothorace duplo latiora, quam lata nonnihil longiora, ad basin citius rotundata, supra parum convexa, tenuiter striata, interstitiis subtiliter, confertim rugoso-punctulatis; nigra, pube densa, depressa, brunnea, margine sordide albida, tecta. Corpus subtus nitidum, antice nigrum, evidenter, crebrius punctatum, parce albo-setulosum; abdomine rufo-piceo, obsoletius et remotius punctulato. Pedes nigri, nitidi, parce setulosi; tibiis geniculisque anticis rufo-ferrugineis.

93. *GRAPHIPTERUS bivittatus*: niger; antennis, palpis basi tibiisque obscure ferrugineis; capite utrinque vitta cinereo-pubescente; prothorace parvo, angustiori, confertim rugoso-punctato, cinereo-pubescente; elytris substriatis, dilute ochraceo-pubescentibus, vitta dorsali, lata, longitudinali, brunnea. Long. 12, lat. $5\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

G. cordigero nonnihil minor. Caput sat magnum, modice convexum, confertim rugoso-punctatum, nigrum, cinereo-pubescentem, linea media, longitudinali, sub-elevata, denudata, obsolete punctata; labro mandibulisque nigris, nitidis; palpis nigris, basi rufo-piceis; oculis sub-ovatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae nigrae, basi nitidae, extrorsum breviter pubescentes, articulis duobus basalibus rufo-piceis. Prothorax antice capite nonnihil latior, utrinque leviter sinuatus, latitudine brevior, lateribus mox pone apicem nonnihil oblique ampliatus, dein versus basin citius angustatus, postice evidenter, parum profunde rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum parum prominulis, obtusis, posticis sub-rectis; supra paullo convexus, confertim rugoso-punctatus, niger, pube densa, depressa, cinerea, obsitus. Scutellum ut in praecedentibus. Elytra antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, prothoracis basi duplo latiora, quam lata nonnihil longiora, mox ad basin citius rotundato-ampliata, apice singulatim sub-oblique truncata, extus rotundata, ad suturam conjunctim triangulariter emarginata, supra parum convexa, tenuiter striata, confertim, subtiliter rugoso-punctata, nigra, dilute ochraceo-pubescentia, singulo non longe a sutura vitta lata, longitudinali, antice posticeque paullo abbreviata, brunnea. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum; prothorace pectoreque subtiliter, sat crebre punctulatis; abdomine ad latera obsolete, sub-remote punctulato. Pedes nigri, nitidi, parce setulosi; tibiis obscure ferrugineis.

94. *GRAPHIPTERUS macrocephalus*: oblongus, niger, parum nitidus; capite magno, utrinque vitta griseo pubescente; prothorace confertim rugoso-punctato, breviter griseo-pubescente, antice lato, supra medio canaliculato; elytris oblongo-sub-quadratis, leviter striatis, tenuiter griseo-pubescentibus. Long. 10—12, lat. 4—5 millim.

Habitat in Boschjesmanns Rand.

Praecedentibus angustior. Statura *G. obsoleti*, nonnihil major, elytris undique, etsi parce pubescentibus, pone basin latius rotundato-ampliatas. Caput magnum, modice convexum, nigrum, confertim rugoso-punctatum, medio longitudinaliter parcius punctatum, utrinque vitta griseo-pubescente; labro, mandibulis palpisque nigris, nitidis; oculis sub-ovatis, modice convexis, glaucis. Antennae nigrae, basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax antice capite nonnihil latior, utrinque leviter sinuatus, latitudine brevior, lateribus mox pone apicem nonnihil oblique ampliatas, dein versus basin citius angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum parum prominulis, obtusis, posticis rotundatis; supra paullo convexus, confertim, mediocriter rugoso-punctatus, niger, parum nitidus, pube brevi, depressa, grisea obsitus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum, nigrum, glabrum. Elytra antice conjunctim leviter emarginata, prothorace dimidio latiora, quam lata dimidio fere longiora, mox ad basin latius rotundato-ampliatas, apice singulatim oblique truncata, extus rotundata, ad suturam triangulariter, parum profunde emarginata, supra paullo convexa, confertim ruguloso-punctulata, tenuiter striata, nigra, sub-opaca, pube tenui, grisea, in striis densiore et longiore obsita. Corpus subtus nigrum, nitidum; prothorace pectoreque subtilissime, sub-remote, abdomine vix punctatis. Pedes nigri, nitidi, parce setulosi.

95. *PIEZIA angusticollis*: nigra, sub-nitida, parce albido-pubescentis; prothorace longo, angusto, sat crebre punctato, canaliculato, utrinque vitta albo-pubescente; elytris piceis, profunde punctato-striatis, interstitiis confertim punctulatis, antice valde angustatis; lineola basali maculaque parva disci longe ante medium posita, dilute ochraceo-sutura apice albo-pubescentibus. Long. $19\frac{1}{2}$, lat. $7\frac{3}{4}$ millim.

Mas: prothorace nonnihil latiori, elytris basi minus angustatis, tarsis anticis magis dilatatis.

Femina: prothorace angustiori, elytris basi angustioribus, tarsis omnibus tenuioribus.

Habitat in Caffraria interiore.

Anthia tabida vix longior, sed in elytris latior. Caput sat magnum, nigrum, sub-nitidum, crebre, mediocriter punctatum, utrinque vitta tenui, parce albo-pubescente, vittis antice saepe confluentibus; labro, mandibulis palpisque nigris, nitidis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae nigrae, breviter pubescentes, basi nitidae, articulis 4—11 latis, compressis. Prothorax latitudine longior, antice capite paullo latior, sub-truncatus, pone medium citius angustatus, sub-sinuatus, postice leviter emarginatus, angulis anticis non productis, posticis rectis; supra modice convexus, sat crebre, mediocriter punctatus, niger, sub-nitidus, utrinque vitta longitudinali e pube tenui, brevi, albida, medio distincte canaliculatus. Scutellum triangulare, confertim punctatum, nigrum, sub-opacum. Elytra antice truncata, prothorace nonnihil latiora, a basi ultra medium sensim rotundato-ampliata, versus apicem nonnihil angustata; apice singulatim oblique truncata, leviter rotundato-emarginata, prothorace fere triplo longiora, supra paullo convexa, profunde, sat late striata, striis in fundo sub-punctatis, interstitiis convexis, confertim punctulatis; picea, parum nitida, pube brevi, depressa, albida, parce adspersa, in apice suturae magis condensata, basi prope suturam lineola brevi et disco

longe ante medium in interstitiis 3 et 5 maculis duabus, parvis, rotundis, dilute ochraceo-pubescentibus, exteriore interdum deficiente. Corpus subtus nigrum, magis nitidum; prothorace subtus pectoreque crebre punctulatis, dense albo-pubescentibus. Pedes nigri, nitidi, parce, breviter setulosi.

96. *PIEZIA laticollis*: nigra, parum nitida; prothorace brevi, lato, crebre punctato, canaliculato; elytris parce, breviter atro-pubescentibus, sulcatis, interstitiis confertim punctulatis, basi lineolis duabus maculaque parva disci ante medium, dense ochraceo-pubescentibus. Long. $16\frac{1}{2}$, lat. $6\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti primo intuitu simillima, prothorace latiori, breviori, non albo-vittato, elytris sulcatis, ad basin minus angustatis, ab illa mox distincta. Nigra, parum nitida. Caput sat magnum, confertim, mediocriter punctatum; fronte plana, utrinque impressa, medio nonnihil elevata, breviter canaliculata, ad oculos breviter, tenue, albido-pubescente; oculis sub-rotundis, modice convexis, glaucis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine paullo brevior, antice capite nonnihil latior, sub-truncatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatum, dein versus basin citius angustatum, sub-sinuatum, postice leviter rotundato-emarginatum, angulis anticis antrorsum perparum prominulis, sub-acutis, posticis rectis; supra modice convexus, confertim, mediocriter punctatus, medio longitudinaliter, tenue canaliculatus, basi utrinque ad latera sat profunde impressus. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, mox pone basin citius rotundato-ampliata, versus apicem paullo angustata, apice singulatim oblique truncata, medio leviter rotundato-emarginata, prothorace fere triplo longiora, supra paullo convexa, mediocriter sulcata,

interstitiis convexis, crebre punctulatis; pube brevi, atra adpersa, basi non procul a scutello lineolis duabus brevibus, longitudinalibus, approximatis maculisque binis, parvis longe ante medium, in interstitiis 3 et 5, ochraceo-pubescentibus, macula exteriori interdum vel dificiente, vel minutissima. Corpus subtus magis nitidum; prothorace pectoreque parce albo-pubescentibus, crebre punctulatis; abdomine subtiliter, remote aciculato, glabro, ad latera obsoletius punctulato. Pedes nitidi, parce setulosi.

97. *PIEZIA circumcincta*: nigra, sub-nitida; capite utrinque vitta longitudinali albo-pubescente; prothorace brevi, confertim punctato, extus pube albida marginato; elytris ovatis, confertim punctulatis, striatis, breviter fusco-pubescentibus, albo-marginatis. Long. 11—14, lat. 5—6½ millim.

Habitat ad montes Makkalienses in Caffraria interiore.

Variat magnitudine. *G. cordigero* saepe nonnihil major. Nigra, sub-nitida. Caput sat magnum, crebre, medio parce, irregulariter punctatum; vertice convexo; fronte plana, utrinque impressa, ante apicem transversim elevata, vittis duabus, sat latis, antice interdum cohaerentibus, albo-pubescentibus; oculis sub-rotundis, modice convexis, glaucis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice capite paullo latior, truncatus, lateribus pone apicem nonnihil ampliatus, dein citius oblique angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum parum prominulis, obtusis, posticis rotundatis; supra convexiusculus, crebre, mediocriter punctatus, parcissime, breviter fusco pubescens, ad latera pube densa, albida marginatus, medio distincte, longitudinaliter canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, confertim punctulatum. Elytra sub-ovata, antice prothoracis basi paullo latiora, quam lata longiora, mox ad basin citius rotundato-

ampliata, versus apicem perparum angustata, apice singulatim oblique truncata, vix emarginata, supra fere plana, evidenter, parum profunde striata, interstitiis haud convexis, confertim punctulatis, breviter fusco-pubescentia, vitta angusta, marginali, e pube densa alba. Corpus subtus nitidum; prothorace pectoreque subtiliter, subremote punctulatis, hoc ante insertionem pedum vitta obliqua e pilis longis, albidis; abdomine ad latera subtiliter, medio obsolete, remote aciculato. Pedes nitidi, parce setulosi.

98. *PIEZIA lineolata*: nigra, sub-nitida; capite utrinque vitta longitudinali albo-pubescente; prothorace brevi, confertim punctato, extus pube albida marginato; elytris oblongo-ovatis, striatis, confertim punctulatis, striis margineque albo-pubescentibus. Long. 9—13½, lat. 4—5½ millim.

Habitat ad montes Makkalienses in Caffraria interiore.

Magnitudo praecedentis, sed in elytris nonnihil angustior. Nigra, parum nitida. Caput sat magnum, confertim punctulatum, medio modice elevatum, sub-laeve, utrinque ad oculos longitudinaliter, antice transversim impressum, impressionibus pube albida obsitis; oculis sub-rotundatis, modice convexis, nitidis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes, articulis duobus basalibus saepe piceis. Prothorax antice capite nonnihil latio, truncatus, latitudine paullo brevior, lateribus ante medium nonnihil ampliatus, dein versus basin citius oblique angustatus, postice evidenter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum parum prominulis, obtusis, posticis rotundatis; supra modice convexus, crebre, medio-criter punctatus, lateribus pube densa, alba marginatus, medio longitudinaliter, tenue canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi paullo latiora, quam lata dimidio fere longiora, mox pone basin latius rotundato-

ampliata, versus apicem paullo angustata, apice singulatim sub-oblique truncata, supra fere plana, parum profunde striata, confertim punctulata, sub-opaca, in striis pube sub-erecta, albida et ad margines pube densa, depressa, concolore obsita. Corpus subtus nitidum; prothorace pectoreque subtiliter, sub-remote punctulatis, hoc antice utrinque albo-piloso; abdomine subtiliter, remotius, ad latera evidentem aciculato. Pedes nitidi, parce setulosi, interdum nigro-picei.

99. *PIEZIA lateralis*: nigra, sub-nitida; capite utrinque vitta longitudinali fulvo-pubescente; prothorace brevi, confertim punctato, vitta utrinque laterali fulvo-extus silaceo pubescente; elytris confertim punctulatis, obsolete striatis, lateribus late, dense fulvo-pubescentibus. Long. 11—15, lat. 5—6½ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo et fere statura *Pieziae circuminctae*. Nigra, sub-nitida. Variat interdum colore pubescentiae ochraceo. Caput sat magnum, crebre, irregulariter punctulatum, medio modice elevatum, sub-laeve, utrinque ad oculos longitudinaliter, antice transversim impressum, impressionibus pube fulva, vel ochracea obsitis, oculis subrotundatis, modice convexis, nigris. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax ut in praecedenti omnino constructus, supra modice convexus, crebre, mediocriter punctatus, ad latera pube densa, depressa, intus fulva, extus silacea marginatus, medio longitudinaliter, tenue canaliculatus. Scutellum ut in praecedentibus. Elytra ovata, antice prothoracis basi paullo latiora, quam lata dimidio fere longiora, mox pone basin latius rotundato-ampliata, versus apicem paullo angustata, apice singulatim sub-oblique truncata, ad suturam conjunctim leviter emarginata, supra fere plana, confertim punctulata, obsoletius striata, pube densa, depressa fulva
vel

vel ochracea tecta, vitta lata, longitudinali, communi, apicem versus nonnihil angustata, nigra, opaca, breviter fusco-pubescens. Pygidium fulvo-pubescens, medio denudatum, atrum, longitudinaliter carinatum. Corpus subtus nitidum; prothorace pectoreque subtiliter, remote punctulatis, hoc antice utrinque albo-piloso; abdomine basi lateribusque subtiliter, irregulariter punctulato et aciculato, medio sub-laeve. Pedes nitidi, parce setulosi.

100. *PIEZIA limbatella*: nigra, sub-nitida; antennis tenuioribus; capite utrinque vitta longitudinali ochraceo-pubescens; prothorace parvo, brevi, confertim punctato, dilute brunneo-extrorsum albo-pubescens; elytris ovatis, confertim punctulatis, umbrino-margine albo-pubescentibus. Long. 9, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti dimidio minor; prothorace parvo, brevi, elytris non striatis, ut et colore a conspeciebus distincta. Nigra, sub-nitida. Caput sat magnum, confertim punctulatum, medio elevatum, sub-laeve, ad oculos longitudinaliter, antice transversim impressum, in impressionibus dense ochraceo-pubescens; oculis sub-rotundatis, modice convexis, nitidis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum modice incrassatae, pubescentes. Prothorax parvus, antice capite nonnihil latior, utrinque sub-sinuatus, latitudine multo brevior, lateribus ante medium paullo rotundato-amplius, dein versus basin subito oblique angustatus, postice sub-truncatus, angulis anticis antrorsum parum prominulis, obtusis, posticis sub-rectis; supra modice convexus, confertim, medioeriter punctatus, pube dilute brunnea ad latera albida obsitus, medio longitudinaliter, tenui canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, confertim punctulatum. Elytra ovata, quam lata nonnihil longiora, antice prothoracis basi paullo latiora, mox ad basin latius rotundato-ampliata, acris apicem nonnihil

angustata, apice singulatim sub-oblique truncata, ad suturam tenuiter emarginata, supra sub-plana, confertim punctulata, pube brevi, depressa, umbrina, in margine albida obsita. Corpus subtus nitidum, prothorace vix punctato, antice utrinque parce albo-piloso; pectore abdomineque lateribus subtilissime punctulatis et aciculatis. Pedes nitidi, parce setulosi.

101. *ANTHIA thoracica*: atra, sub-nitida; capite prothoraceque remote, parum profunde punctatis, illo utrinque macula magna, laterali, ovata, dense silaceo-pubescente; elytris striato-punctulatis, interstitiis evidenter, remote punctulatis, marginibus albo-tomentosis. Long. 34—46, lat. 13—17 millim.

Mas.: angustior, prothorace postice producto, medio emarginato, supra sat late impresso.

Femina.: latior, prothorace postice sub-rotundato.

Anthia thoracica SCHH. Syn. Ins. I. p. 232. N:o 3. — DEJ. Spec. Gen. I. p. 340. N:o 2. — LEQUIEN Guerin Mag. de Zool. 1832. N:o 2. — GORY Guer. Mag. de Zool. 1839. N:o 3.

Habitat in Caffraria sat frequens.

Observ. Variat mas prothorace postice plus minusve retrorsum producto, profundius vel leviter emarginato, angulis vel acutis, vel obtusis.

102. *ANTHIA cinctipennis*: atra, parum nitida; capite remote punctulato, postice sub-laevi; prothorace remote, parum profunde punctato; elytris subtiliter punctato-striatis, interstitiis remote, vage punctulatis, marginibus latius albo-tomentosis. Long. 38—44, lat. 13—17 millim.

Mas.: angustior; prothorace postice producto, medio emarginato, supra late profundeque impresso; elytris evidenter punctato-striatis.

Femina.: prothorace postice sub-rotundato; elytris obsoletius punctato-striatis.

Anthia cinctipennis LEQUIEN Guer. Mag. de Zool. 1832. N:o 3.
Ins. pl. 38. — GORY Guer. Mag. de Zool.
1839. N:o 4.

Habitat in Caffraria interiore.

Observ. Variat mas interdum prothoracis angulis posticis modice productis, rotundato-emarginatis, extus obtusis.

103. *ANTHIA marginipennis*: atra, sub-nitida; capite remote punctulato, postice sub-laevi; prothorace remote, parum profunde punctato; elytris brevioribus, subtilissime striato-punctatis, interstitiis remote, vage punctulatis, marginibus angustius albo-tomentosis. Long. 29—34, lat. 11—14 millim.

Mas: angustior; prothorace postice producto, medio emarginato, supra late profundeque impresso; elytris evidentem striato-punctatis.

Femina: prothorace postice subrotundato; elytris obsoletius striato-punctatis.

Anthia marginipennis, GORY. DELAPORTE Etud. Entom. fasc. 2. (suppl.) p. 149. — GORY Guer. Mag. de Zool. 1839. N:o 2. Ins. pl. 14.

Habitat in Caffraria orientali.

Individuis minoribus *Anthiae cinctipennis* simillima et magnitudine aequalis, colore nonnihil nitidiori; elytris ut videtur brevioribus, vix vel obsoletissime striatis, margine laterali albo-tomentoso multo angustiore distincta. An specie diversa?

104. *ANTHIA Burchelli*: atra, sub-nitida, parce pilosa; capite mediocriter, remote punctato, postice laevi; prothorace profunde inaequaliter punctato, utrinque macula magna, oblonga, postice abbreviata, silaceo-pubescente; elytris profunde sulcatis, sulcis dilute silaceo-pubescentibus. Long. 45—49, lat. 15—17½ millim.

Anthia Burchelli, HOPE. GRIFFITH the Animal Kingd. XIV. p. 270. pl. 13. f. 1. — LEQUIEN Guer. Mag. de Zool. 1832. N:o 7. — GORY Guer. Mag. de Zool. 1839. N:o 8.

Habitat in Caffraria interiore.

105. *ANTHIA Massilicatzii*: nigra, parum nitida; labro utrinque emarginato, capite undique remote, postice parcius punctato; prothorace convexo, mediocriter et inaequaliter, parce punctato, utrinque in medio dorsi area sub-laevis; elytris punctato-sulcatis, interstitiis convexis, sub-costatis, margine albo-tomentoso, angulum humeralem non attingente. Long. 41, lat. 15½ millim.

Anthia Massilicata, GUERIN-MENEVILLE Revue Zool. 1845. p. 285.
N:o 2.

Habitat in Caffraria interiore.

Anthia Burchelli nonnihil brevior et latior. Nigra, parum nitida. Caput sat magnum, oblongo-quadratum, sub-planum, remote, parum profunde, postice parcius punctatum, antice utrinque impressum, medio subtiliter aciculatum; labro magno, laevi, antice rotundato, utrinque emarginato, postice transversim, profunde impresso; oculis parvis, rotundatis, convexis, glaucis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes, articulis duobus basalibus supra in medio ochraceo-pubescentibus. Prothorax latitudine media vix longior, antice truncatus, lateribus mox pone apicem valde rotundato-amplius, a medio ad basin subito angustatus, sub-sinuatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis non prominulis, obtusis, posticis fere rectis; supra modice convexus, remote, inaequaliter et mediocriter punctatus, dorso utrinque area sat magna, laevi, intra apicem transversim leviter impressus, medio canalicula longitudinali. Scutellum triangulare, sub-laeve, apice reflexo. Elytra antice truncata, prothoracis basi nonnihil latiora, mox pone basin sensim rotundato-ampliata, apicem versus oblique angustata, apice conjunctim obtusa, supra convexa, sat profunde sulcata, sulcis in fundo punctis minoribus, sat crebris, interstitiis convexis, sub-costatis, utrinque subtiliter, sub-remote punctulatis; intra marginem punctis majoribus, minoribus intermixtis impressa,

vitta laterali minus lata, angulum humeralem non attingente, albo-tomentosa. Corpus subtus magis nitidum, sat crebre, mediocriter punctatum. Pedes nitidi, pubescentes; tibiis intermediis extus apice helvolo-tomentosis.

106. *ANTHIA Mellyi*: atra, parum nitida; capite remote punctato, postice laevi; prothorace convexo, inaequaliter, remote punctulato, dorso medio sub-laevi; elytris subtiliter punctato-striatis, interstitiis parce, evidenter punctulatis; singulo elytro macula magna humerali vittaque intra-marginali albo-tomentosis. Long. 36—38, lat. 12—15 millim.

Anthia Melly DE BREME ANN. Entom. de France II. Ser. II. p. 292. t. VII. f. 4.

Habitat in Caffraria interiore.

107. *ANTHIA melanaria*: nigra, nitida, glabra, modice convexa; capite inaequaliter, sat profunde, prothorace parce, irregulariter punctato, utrinque medio sub-laevi, pone apicem sub-angulatim ampliato, dorso sulcato, canaliculato, antierius ad latera longitudinaliter impresso; elytris profunde striatis, interstitiis modice convexis, sub-laevibus. Long. 24, lat. 9 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

A. costatae GORY affinis, sed elytris immaculatis, brevioribus, latioribus et minus alte costatis. Nigra, nitida, immaculata. Caput sat magnum, oblongo-quadratum, profunde, remote, inaequaliter punctatum; vertice nonnihil convexo; fronte utrinque longitudinaliter, profunde impressa, medio elevata, ibique foveola sub-triangulari insculpta; labro brevi, transverso, laevi, antice utrinque oblique truncato, basi bi-foveolato; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae parce pubescentes, basi nitidae, glabrae articulis tribus primis supra tenuiter albido-pubescentibus. Prothorax latitudine vix brevior, antice capite non latior, truncatus, transversim anguste impressus, lateribus mox pone apicem oblique

breviter ampliatus, tum versus basin subito angustatus, sub-sinuatus, postice truncatus, reflexo-marginatus, intra basin transversim, utrinque anguste impressus, supra modice convexus, parce, sat profunde, irregulariter punctatus, utrinque area sat magna, sub-laevi, praeditus, medio late sulcatus, sulco canaliculato. Scutellum sat magnum, triangulare, crebre punctulatum. Elytra in mare oblongo-ovata, in femina ovata, in utroque sexu antice prothoracis basi paullo latiora, mox pone basin late rotundato-ampliata, apicem versus nonnihil angustata, apice conjunctim, late rotundata, quam lata dimidio longiora, supra modice convexa, profunde striata, striis in fundo remote, seriatim punctulata, interstitiis modice convexis, sub-laevibus, versus basin angustioribus, magis elevatis, margine exteriori seriatim, remote, subtiliter punctulata. Corpus subtus magis nitidum; pectore toto prothoraceque medio sub-remote punctatis; abdomine parce, longitudinaliter, tenue aciculato. Pedes parce setulosi.

108. *ANTHIA limbata*: elongata, modice convexa, nigra, sub-nitida, pube ochracea parce adspersa; capite magno, antice medio carinato, infra oculos vitta utrinque albo-pubescente; prothorace supra inaequaliter et mediocriter punctato, medio late sulcato, canaliculato; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, rectis, antice carinatis, bifariam subtiliter punctulatis, macula parva antice margineque ibi abbreviata, albo-tomentosis. Long. 24, lat. $7\frac{3}{4}$ —9 millim.

Anthia limbata DEJ. Spec. Gen. V. p. 466. 15.

Habitat in Caffraria interiore.

Observ. Variat interdum macula elytrorum cum margine laterali cohaerente.

109. *ANTHIA cephalotes*: elongata, parum convexa, nigra, sub-nitida; capite magno, antice medio carinato, utrinque vitta ochraceo-infra oculos macula elongata,

albo-pubescente; labro utrinque leviter emarginato; prothorace inaequaliter et mediocriter punctato, medio late sulcato, canaliculato, ochraceo-pubescente; elytris sat profunde striatis, striis antice flexis, interstitiis convexioribus, macula parva, communi, basali, ochraceo, altera magna ante medium leviter impressa, sublaevi, silaceo-margineque postice albo-tomentosis. Long. 28, lat. $8\frac{1}{2}$ millim.

Anthia cephalotes GUERIN REV. CUVER. 1845. p. 285. N:o 3.

Habitat in Caffraria interiore.

Pracedenti simillima, sed magis elongata, labro utrinque emarginato, elytris minus convexis, striis non-nihil profundioribus, antice arcuatis, interstitiis convexioribus ut et macula magna, ovata, libera, sub-impressa, laevi, dilute silacea, ab illa bene distincta. Nigra, subnitida. Caput magnum; oblongo-quadratum, utrinque subtiliter, crebre punctulatum, pube ochracea obsitum, ad antennis macula parva et infra oculos vitta longitudinali albo-tomentosis; vertice modice convexo; fronte utrinque longitudinaliter, late impressa, medio elevata, sub-carinata; labro laevi, apice late rotundato, utrinque leviter, distincte emarginato; oculis sub-rotundatis, modice convexis, glaucis, fusco-marmoratis. Antennae tenuiter nigro-articulis quatuor basalibus supra dense albo-pubescentibus. Prothorax latitudine haud longior, antice capite non latior, truncatus, lateribus mox pone apicem rotundato-amplius, dein versus basin citius angustatus, sinuatus, postice truncatus, supra modice convexus, mediocriter et inaequaliter, dorso utrinque parce punctatus, medio late, longitudinaliter impressus, canaliculatus, in impressione ochraceo-pubescentibus. Scutellum triangulare, laeve. Elytra antice truncata, prothoracis basi paullo latiora, mox pone basin late rotundato-ampliata, lateribus paullo ampliata, apice singulatim oblique angustata, quam lata duplo longiora, supra convexiuscula, dorso

sub-plana, striata, striis antice profundioribus, pone basin arcuatis, posterius tenuioribus, interstitiis antice magis convexis, posterius latioribus, parum convexis, utrinque seriatim, subtiliter punctulatis, puncto singulo setula depressa, fusca munito; signaturis variis pubescentibus insignita, nempe in ipsa basi pone scutellum macula parva, communi, triangulari, ochracea, longe pone basin inter strias 4—8 macula magna, ovata, libera, leviter impressa, fundo laevi, silacea, margineque tenuiter albo, longe ante basin abbreviato. Corpus subtus inaequaliter punctulatum prothorace utrinque late, pectore angustius albotomentosis. Femoribus supra plus minusve dense albo-pubescentibus.

110. *ANTHIA truncatipennis*: oblonga, parum convexa, nigra; capite magno, confertim punctulato, pube ochracea variegato; prothorace brevi, lato, supra plano, inaequali, confertim ruguloso-punctato, medio et ad latera ochraceo-pubescente, angulis posticis rectis; elytris sulcatis, sulcis ochraceo-pubescentibus, interstitiis angustis, convexis, sexto reliquis magis elevato; singulo elytro lineola brevi ad scutellum, macula parva humerali alteraque intra apicem silaceo-pubescentibus, apice late truncatis. Long. 25, lat. 9 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Anthiae septemguttatae FABR. (*sexnotatae* DEJ.) affinis, sed dimidio major, prothorace longiori, posterius minus angustato, angulis posticis rectis elytrisque aliter maculatis. Nigra, parum nitida. Caput magnum, antice posticeque angustatum, utrinque pube ochracea inaequaliter obsitum, pilis nonnullis longis, fuscis adpersum, ante oculos transversim impressum; vertice confertim punctulato, pone oculos sub-laevi; fronte confertim rugoso-punctata, supra oculos valde, in medio modice elevata; labro transverso, laevi, apice utrinque leviter emarginato, supra basi transversim impresso, margine antico

punctis quatuor profundis, piliferis; palpis apice ferrugineis; oculis sat magnis, sub-rotundatis, convexis, brunneis, antice leviter rotundato-emarginatis. Antennae basi nitidae, glabrae, articulis quatuor primis supra silaceo-pubescentibus. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice capite parum latior, truncatus, lateribus pone apicem modice rotundato-amplius, dein paullo angustatus, sub-sinuatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis obtusis, posticis fere rectis; supra sub-planus, inaequalis, confertim rugoso-punctulatus, ad latera reflexo-marginatus, medio tenuiter canaliculatus, longitudinaliter, parum profunde, antice posticeque transversim impressus, pube depressa, nigra, medio et ad latera dilute ochracea obsitus. Scutellum sat magnum, punctulatum, dilute ochraceo-pubescentibus. Elytra antice sub-truncata, prothoracis basi nonnihil latiora, mox pone basin sensim, modice ampliata, apicem versus perparum angustata, apice singulatim late, sub-oblique truncata, quam lata dimidio longiora, supra parum convexa, dorso fere plana, medioeriter septem-sulcata, sulcis in fundo ochraceo-pubescentibus, interstitiis convexis, sexto a sutura reliquis magis elevato; singulo elytro basi in sulco primo lineola brevi, infra angulum humeralem macula parva, ovata et intra apicem in medio altera sub-rotunda, silaceo-pubescentibus, in illaesis sutura margineque etiam dilutius pubescentibus. Corpus subtus magis nitidum; prothorace subtus in medio punctato, parce nigro-piloso; pectore subtiliter, sat crebre, abdomine remotius punctulatis. Pedes nitidi, parce albo-pubescentes.

111. *ANTHIA pilosa*: oblonga, parum convexa, nigra, pilosa; capite magno, confertim punctato, pube fulvescenti variegato; prothorace brevi, lato, supra sub-plano, inaequali, confertim ruguloso-punctato, medio et ad latera fulvescenti-pubescente, versus basin citius angustato, angulis basalibus rotundatis; elytris sulcatis,

sulcis fulvescenti-pubescentibus, interstitiis aequalibus, angustis, convexis; singulo elytro ad scutellum lineola brevi, macula parva supra-humerali alteraque intra apicem fulvo-pubescentibus; apice oblique truncatis. Long. 21, lat. $8\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Primo intuitu praecedenti similis, nonnihil tamen brevior, longe, parce atro-pilosa; prothorace posteriori citius angustato, angulis posticis obtusis, rotundatis; elytris dorso convexioribus, apice magis oblique, minus late truncatis, interstitio sexto reliquis aequali etc. ab illa abunde distincta. Nigra, sub-nitida. Caput magnum, confertim punctulatum, antice posticeque nonnihil angustatum, utrinque pube fulvescenti variegatum, pilis longis, nigris adpersum; vertice modice convexo, pone oculos sub-laevi; ante oculos transversim impresso; fronte utrinque longitudinaliter impressa, ad oculos valde, medio modice elevata; labro transverso, laevi, apice sub-rotundato, non emarginato, supra basi transversim impresso, margine antico punctis quatuor profundis, piliferis; palpis nigris, nitidis; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, brunneis, fusco-irroratis, antice leviter rotundato-emarginatis. Antennae basi nitidae, articulis quatuor primis silaceo-pubescentibus. Prothorax latitudine multo brevior, antice capite parum latior, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem modice rotundato-ampliatius, dein versus basin citius, oblique angustatus, postice parum profunde rotundato-emarginatus, angulis omnibus, rotundatis; supra parum convexus, confertim rugoso-punctulatus, ad latera modice reflexo-marginatus, medio tenuiter canaliculatus, longitudinaliter parum profunde, antice posticeque transversim impressus, pube depressa, nigra, medio et ad latera fulvescenti obsitus pilisque longis, nigris adpersus. Scutellum sat magnum, triangulare, punctulatum, fulvescenti-pubescentibus. Elytra antice

prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus medio paullo ampliata, apicem versus perparum angustata, apice singulatim oblique truncata, supra nonnihil convexa, parce nigro-pilosa, mediocriter septem-sulcata, sulcis fulvescenti pubescentibus, interstitiis omnibus convexis, aequalibus; singulo elytro basi in sulco primo lineola brevi, supra humeros macula parva, ovata, et intra apicem, fere in medio, altera minuta, rotunda, dense fulvescenti-pubescentibus. Corpus subtus inagis nitidum, parce pilosum; prothorace medio evidenter, crebrius, pectore abdomineque remotius punctulatis. Pedes validi, albo-pubescentes; femoribus subtus dense nigro-pilosis.

112. *ANTHIA alveolata*: elongata, nigra, parum convexa; capite magno, inaequali prothoraceque oblongo subtiliter, sat crebre punctatis, illo medio et basi utrinque longitudinaliter, antice transversim impresso; elytris nitidis, quadri-costatis, costis ante apicem obliterated, interstitiis alveolatis, alveolis fundo brunneo-pubescentibus. Long. 25—33, lat. 7—11 millim.

Anthia alveolata DE BRÊME Ann. Entom. de France II. Ser. II. p. 293. tab. VII. f. 5.

Habitat in Caffraria interiore.

113. *ANTHIA Graphipteroides*: oblonga, depressa, nigra, parum nitida, postice ampliata; vitta longitudinali in medio capitis prothoracisque, basi suturae, scutello maculisque duabus transversis, sub-obliquis pone medium elytrorum, dilute silaceo-pubescentibus; capite prothoraceque confertim punctulatis, illo medio et basi utrinque longitudinaliter impresso; elytris ultra medium costatis, seriatim foveolatis. Long. 24—26, lat. 9—9½ millim.

Anthia Graphipteroides GUÉRIN-MÉNÉVILLE Rev. Zool. 1845. p. 285. No 4.

Habitat in Caffraria interiore.

Minoribus *A. alveolatae* individuis brevior et in elytris latior. Nigra, sub-nitida. Caput sat magnum, oblongo-quadratum, haud convexum, supra inaequale, confertim punctatum, medio pube depressa, dilute silacea adpersum, collo sat lato prothoraci adfixum; fronte utrinque postice foveolata, antice longitudinaliter impressa, ad oculos parum, medio modice elevata; labro brevi, transverso, apice sub-truncato, supra postice transversim impresso, antice utrinque parce punctulato, lateribus setulis brevibus, fulvescentibus obsito; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum breviter pubescentes, articulis tribus primis supra dilute silaceo-pubescentibus. Prothorax latitudine nonnihil longior, antice truncatus, capite parum latior, mox pone apicem rotundato-amplius, dein sensim, versus basin citius angustatus, postice rotundato-emarginatus, extrorsum tenuiter reflexo-marginatus, angulis anticis rotundatis, posticis sub-obtusis; supra paullo convexus, confertim punctulatus, medio longitudinaliter, leviter impressus, tenuiter canaliculatus, in impressione dense, dilute silaceo-pubescentibus, postice utrinque foveola elongata, profunda, basin non attingente. Scutellum sat magnum, punctulatum, dilute silaceo-pubescentibus. Elytra antice prothoracis basi vix duplo latiora, ad humeros rotundata, lateribus fere ad apicem sensim ampliata, apice singulatim oblique truncata, prothorace triplo longiora, supra parum convexa, confertim granulata, a basi ultra medium sub-sulcata, apice subtiliter, intra marginem profunde punctato-striata; sulcis in fundo foveolis sat magnis, rotundis, impressis, interstitiis angustis, nitidioribus, alternis magis elevatis, rectis, alternis sub-undulatis; sutura ad tertiam partem maculaeque in disco, transversa, sat magna, sub-obliqua, dense dilute silaceo-pubescentibus. Corpus subtus magis nitidum; prothorace parcius pectoreque crebrius punctulatis, albo-pubescentibus; abdomine glabro, obsoletius et remotius punctulato. Pedes

tenuiter pallido-pubescentes; tibiis intermediis extus apice fulvo-setulosis.

114. *ANTHA exarata*: elongata, modice convexa, nigra, parum nitida; vitta longitudinali capitis prothoracisque, scutello, basi suturae, maculaque apicali, communi, oblonga elytrorum, albo-pubescentibus; capite prothoraceque confertim punctatis, illo medio et utrinque basi longitudinaliter impresso; elytris quinque-costatis, costis longe ante apicem oblitteratis, interstitiis alveolatis, alveolis fundo brunneo-pubescentibus. Long. 19—23, lat. $5\frac{1}{4}$ —8 millim.

Habitat in Caffraria frequens.

Anthiae macilentae OLIV. affinis, capite prothoraceque medio, suturae basi apiceque albo-pubescentibus. Mas angustior, femina nonnihil latior. Nigra, sub-nitida. Caput sat magnum, oblongo-quadratum, haud convexum, inaequale, confertim punctulatum, medio pube depressa, albida obsitum, utrinque longitudinaliter impressum, ad oculos magis, medio modice elevatum, collo sat lato prothoraci adfixum; labro laevi, apice truncato, basi transversim impresso; oculis parvis, sub-rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes, articulis quatuor basalibus supra albedo-pubescentibus. Prothorax latitudine nonnihil longior, apice truncatus, antice modice rotundato-amplius, capite parum latior, dein versus basin angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis rotundatis, posticis sub-rectis; supra paullo convexus, confertim punctulatus, punctis hinc inde confluentibus, medio longitudinaliter, parum profunde impressus, tenuiter canaliculatus, ibique dense albo-pubescentibus, utrinque postice canalicula brevi, profunda, basin non attingente, marginibus paullo elevatis. Scutellum sat magnum, punctulatum, albo-pubescentibus. Elytra oblonga, mox pone basin fere ad medium sensim modice rotundato-ampliata,

apice conjunctim rotundata, quam lata fere duplo longiora, supra nonnihil convexa, quinque-costata, costis angustis, nitidis, a basi longe ultra medium continuatis, dein versus apicem evanescentibus, interstitiis foveolis magnis, profundis, rotundatis, fundo brunneis, seriatim insculptis, anterieus minoribus, intra marginem biseriatim, profunde punctata, interstitio plano, angusto, sub-seriatim punctulato, parce, breviter albo-pubescente; apice subtiliter, crebre granulata; sutura basi breviter, angustius, ad apicem nonnihil longius et latius albo-pubescente. Corpus subtus magis nitidum, antice parce albo-pubescentis, subtiliter, sat crebre, posterius obsoletius punctulatum. Pedes tenuiter et breviter albo-pubescentes.

115. *ANTHIA amabilis*: elongata, nigra, parum nitida, paullo convexa; vitta angusta longitudinali in medio capitis prothoracisque, scutello, basi suturae, maculaque minore, cordata, communi, ante apicem elytrorum, albo-pubescentibus; capite prothoraceque confertim punctatis, illo medio et basi utrinque longitudinaliter impresso; elytris quinque-costatis, costis mox pone medium oblitteratis, interstitiis alveolatis. Long 19—22, lat. $6\frac{1}{4}$ — $7\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Praecedenti similis, nonnihil minor, minus convexa, elytris a basi parum ultra medium costatis, foveolis concoloribus, sutura brevius albo-pubescente, macula postica suturali minore, cordata, apicem non attingente, ab illa facile distincta. Nigra, sub-nitida. Mas angustior, femina nonnihil latior. Caput sat magnum, oblongo-quadratum, haud convexum, confertim punctulatum, medio parce albo-pubescentis, postice medio profunde, antice utrinque longitudinaliter impressum, ad oculos magis, antice medio minus elevatum, collo mediocri prothoraci adfixum; labro transverso, apice truncato, basi transversim impresso, intra marginem apicalem punctis quatuor magnis impresso; oculis parvis, sub-rotundatis,

modice convexis, glaucis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes, articulis quatuor basalibus supra albo-pubescentibus. Prothorax latitudine nonnihil longior, apice truncatus, mox pone apicem capite non latior, modice rotundato-ampliatas, dein versus basin angustatus, postice sub-truncatus, angulis anticis rotundatis, basalibus sub-rectis; supra modice convexus, sat crebre punctulatus, medio longitudinaliter sulcatus et canaliculatus ibique parce, anguste albido pubescens; utrinque ante basin canalicula sat profunda, marginibus lateralibus paullo elevatis. Scutellum sat magnum, punctulatum, dense albo-pubescentis. Elytra antice prothoracis basi dimidio latiora, mox pone basin fere ad medium sensim rotundato-ampliata, apice conjunctim rotundata, quam lata duplo longiora, supra paullo convexa, a basi nonnihil ultra medium anguste quinque-carinata, interstitiis foveolis magnis, rotundis, impressa, pone carinas confertim coriacea, opaca, haud striata, intra marginem bi-seriatim profunde punctata, macula parva, communi, basali, oblongo-quadrata alteraque parva, sub-cordata, communi, ante apicem, dense albo-pubescentibus. Corpus subtus cum pedibus ut in praecedenti.

116. *ANTHIA spuria*: elongata, parum nitida, nigra, depressa; capite magno, lato, medio tenuiter, scutello, basi suturae maculisque duabus prope suturam ante apicem elytrorum, albo-pubescentibus; prothorace antice ampliato, postice oblique angustato, supra confertissime punctato, medio et basi utrinque longitudinaliter impresso; elytris quinque-costatis, costis mox pone medium oblitteratis, interstitiis alveolatis. Long. 22, lat. 7 millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand in Caffraria orientali.

Praecedenti simillima et ab illa aegre distinguenda; capite tantum majore, latiore, prothorace antice magis ampliato, lateribus postice minus, fere oblique angustato,

haud sinuato, supra crebrius, nonnihil profundius et evidenter punctulato, macula postica elytrorum velut divisa, e maculis duabus, parvis, ovatis constructa, ab illa distincta; cetera omnino ut in praecedenti, quare ulterior descriptio superflua.

117. *ANTHIA gracilis*: elongata, nigra, parum nitida, modice convexa, pube tenui, in capite et prothoracis medio densiore, albida, adpersa; prothorace angusto, oblongo-ovato, confertim, mediocriter punctato, postice modice angustato, supra medio et utrinque longitudinaliter impresso; elytris sulcatis, sulcis punctis magnis insculptis, interstitiis angustis, carinatis; apice singulatim oblique truncatis, ad suturam leviter emarginatis. Long. 15, lat. 5 millim.

Anthia gracilis DEJ. Spec. Gen. V. p. 468. 17. — LEQUIEN GUER. Mag. de Zool. 1832. 21. — GORY GUER. Mag. de Zool. 1839. p. 7. N:o 24.

Habitat sat frequens in Caffraria tota.

118. *ANTHIA formicaria*: elongata, depressa, nigra, sub-opaca, palpis apice tarsisque ferrugineis; capite magno, oblongo-ovato; prothorace longo, angusto, sub-cylindrico, confertim punctato, longitudinaliter tri-impresso; elytris punctulatis, bifariam punctato-striatis, interstitiis alternis elevatis, carinatis; apice oblique truncatis. Long. 9—13, lat. $3\frac{1}{2}$ —4 millim.

Anthia formicaria ERICH. Archiv für Naturg. IX. I. p. 214. N:o 10.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

119. *ANTHIA rugosopunctata*: elongata, sub-depressa, nigra, parum nitida, pube tenui, brunnea obsita; prothorace cordiformi, sat crebre, mediocriter punctato, supra fere plano, medio longitudinaliter, antice sub-triangulariter impresso, tenuiter canaliculato; elytris subtiliter punctulatis, sulcatis, sulcis mediocriter punctatis,

etatis, interstitiis alternis elevatioribus; apice oblique truncatis, leviter rotundato-emarginatis. Long. 20, lat. $6\frac{1}{2}$ millim.

Anthia rugosopuntata SCHH. Syn. Ins. I. p. 234. 17. — LEQUIEN Guér. Mag. de Zool. 1832. pl. 40. — GORY Guér. Mag. de Zool. 1839. p. 6. N:o 20.

Habitat ad Portum Elisabethae.

120. *ANTHIA atrata*: oblonga, parum convexa, atra, subnitida, glabra; capite sub-remote punctato, postice transversim, antice utrinque longitudinaliter impresso; prothorace cordiformi, evidenter punctato, medio late impresso, tenuiter canaliculato; elytris punctato-sulcatis, interstitiis angustis, carinatis, subtiliter, sat crebre punctulatis. Long. 17, lat. 6 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

A. tabida minor, prothorace profundius punctato, elytris convexioribus, punctato-sulcatis, interstitiis omnibus angustis, elevatis, ab illa mox distincta. Atra, subnitida, glabra. Caput sat magnum, oblongo-quadratum, mediocriter, minus crebre punctatum, postice transversim, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro transverso, laevi, apice sub-truncato, supra pone medium utrinque impresso; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae basi sub-nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine vix brevior, antice truncatus, capite nonnihil latior, mox pone apicem parum rotundato-ampliatus, dein versus basin sensim oblique angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum nonnihil prominulis, obtusis, basalibus fere rectis; supra paullo convexus, mediocriter, sat crebre punctatus, medio longitudinaliter, late, antice transversim impressus, utrinque basi canalicula brevi, parum profunda, marginibus modice reflexis. Scutellum sat magnum, confertim punctulatum. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi nonnihil latiora, pone basin sensim,

late rotundato-ampliata, posterius sub-recta, apice singulatim oblique truncata, leviter rotundato-emarginata, supra paullo convexa, mediocriter sulcata, sulcis in fundo punctis sat magnis, parum profundis, interstitiis omnibus angustis, carinatis, sub-remote, vage punctulatis. Corpus subtus magis nitidum; prothorace remotius, evidenter, abdomine subtiliter punctulatis. Pedes punctulati; tibiis parce, breviter setulosis*).

* *Species novae boreali-africanae.*

ANTHIA Hedenborgi: oblonga, atra, nitida, parce pilosa; labro magno, apice utrinque emarginato, prothorace convexo, profunde, remote, inaequaliter punctato, longitudinaliter canaliculato; elytris mediocriter sulcatis, sulcis in fundo irregulariter punctatis, interstitiis convexis, macula sat magna, rotunda, antica, altera parva versus apicem margineque antice abbreviato, albo-tomentosis. Long. 35, lat. 13 millim.

Habitat in Sennaar ad Bahr el Abiad.

A. Nimrod proxima, illa nonnihil minor, praesertim angustior. Tota atra, nitida, supra parce nigro-pilosa, subtus fusco-pubescentis. Caput sat magnum, oblongo-quadratum, profunde, remote punctatum, pone oculos transversim leviter, antice utrinque longitudinaliter, impressum; labro magno, laevi, apice rotundato, utrinque leviter emarginato; oculis sat magnis, rotundis, convexis, glaucis. Antennae supra basi albo-pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil brevior, apice truncatus, lateribus mox pone apicem rotundato-ampliatus, posterius subito, oblique angustatus, ad basin sub-rectus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis rotundatis, basalibus sub-rectis; supra modice convexus, profunde, remote, inaequaliter punctatus, antice et intra basin transversim impressus, medio canaliculatus, extus tenuiter reflexo-marginatus. Scutellum magnum, triangulare, transversim aciculatum. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi nonnihil latiora, mox pone basin latius rotundato-ampliata, dein lateribus fere recta, apice singulatim oblique truncata, quam lata dimidio et ultra longiora, supra convexa, mediocriter profunde sulcata, sulcis in fundo irregulariter punctatis, interstitiis convexis, marginibus et dorso hinc inde punctis remotis, inter strias 3—6 macula sat magna, rotundata, sub-impressa, a basi remota, altera, parva intra apicem, in interstitio 3^o, margineque antice abbreviato, albo-tomentosis. Corpus subtus crebre rugoso-pun-

121. *SIAGONA Caffra*: nigra, nitida, glabra; capite antice sub-laevi, tenuiter et longitudinaliter impresso, postice subtiliter, remote punctulato; prothorace antice posticeque parce punctato; elytris planis, punctis parvis, valde remotis, vagis; tibiis tarsisque piceis, brunneo-pubescentibus. Long. 19, lat. 6 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Statura *Siagonae europaeae* sed duplo major et ultra. Nigra, nitida, glabra. Caput magnum, sub-quadratum, supra parum convexum, postice valde remote punctulatum, antice sub-laeve, medio tenuiter et longitudinaliter impressum, collo lato, sub-laevi prothoraci adfixum; labro parvo, apice leviter emarginato; mandibulis validis, supra basi elevatis, apice inflexis, acuminatis, extus basi inferne rugoso-punctatis; palpis maxillaribus nigro-piceis, apice dilutioribus, labialibus ferrugineis; oculis parvis, rotundatis, parum convexis, glaucis. Antennae brunneo-pubescentes, basi parce pilosae. Prothorax latitudine brevior, antice sub-truncatus, capite nonnihil latior, late-

ctatum, dense fusco-pubescentibus, lateribus prothoracis sub-laevibus. Pedes parce, breviter setulosi.

ANTHIA intermedia: elongata, nigra, parum nitida, paullo convexa, parce pilosa; vitta longitudinali in medio capitis prothoracisque, basi suturae, scutello, elytris pone medium maculis duabus transversis, obsoletis apiceque dilute silaceo-pubescentibus; prothorace angusto, crebrius et profundius punctato, antice parum ampliato, medio et basi utrinque longitudinaliter impresso; elytris a basi longe ultra medium costatis, mediocriter foveolatis. Long. 24, lat. 8 millim.

Habitat in Sennaar ad Bahr el Abiad.

Anthiae Graphipteroidi simillima et longitudine aequalis, sed multo angustior; pube sat longa, erecta, nigra adspersa, capite prothoraceque angustioribus, illo antice parum ampliato, supra profunde punctato, elytris costis omnibus aequalibus, rectis, interstitiis minus profunde foveolatis, postice evidenter punctato-striatis, macula disci obsoletiori, non tam longe a medio remota, apiceque albo-pubescentibus; cetera omnino ut in illa.

ribus ad medium non ampliatus, dein valde, subito rotundato-angustatus, postice truncatus, angulis anticis antrorsum nonnihil prominulis, obtusis, posticis sub-rectis; supra planus, antice evidenter, postice subtiliter punctulatus, longitudinaliter tri-caniculatus, canalicula media antice minus, postice magis, abbreviata, lateralibus apice extrorsum flexis, margine apicali pallido-setuloso. Scutellum triangulare, laeve. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, dein lateribus sub-recta, versus apicem paullo angustata, apice conjunctim rotundata, supra fere plana, depressa, punctis parvis, valde remotis, basi apiceque crebrioribus. Corpus subtus piceum, vel obscure ferrugineum, subtiliter punctulatum. Pedes picei; femoribus saepe nigris; tibiis tarsisque brunneo-pubescentibus.

122. *SCARITES linearis*: elongatus, niger, sub-nitidus; capite subtilissime coriaceo, antice utrinque longitudinaliter, profunde aciculato; prothorace subtilissime coriaceo, lateribus postice dente parvo, obtuso instructo, angulis anticis rotundatis; elytris elongatis, parallelis, mediocriter striatis, interstitiis obsolete coriaceis; intra marginem subtiliter, crebre granulatis, puncto postico impressis; tibiis anticis extus pone medium tri-denticulatis, dein versus apicem acute valide tri-dentatis. Long. 33, lat. $10\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura *S. proceri* KLUG sed minor, capite minore. Niger, sub-nitidus, glaber. Caput magnum, sub-quadratum, supra modice convexum, postice subtilissime coriaceum; fronte depressa, utrinque sat profunde, longitudinaliter impressa, ibi apiceque distincte, longitudinaliter aciculato; mandibulis magnis, validis, oblique, transversim striatis, medio carinula longitudinali; oculis parvis, glaucis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum brunneo-pubescent-

tes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, capite nonnihil latior, lateribus versus basin perparum angustatus, ibique dente parvo, brevi, obtuso instructus, postice utrinque oblique truncatus, medio leviter emarginatus, angulis anticis non productis, rotundatis; supra modice convexus, obsolete, transversim, remote aciculatus, medio parum profunde canaliculatus, intra apicem stria transversa distincta; marginibus lateralibus et postice modice reflexus. Scutellum magnum, apice rotundatum, subtiliter, crebre rugosopunctatum. Elytra antice fere truncata, prothorace nonnihil angustiora, quam lata duplo fere longiora, ad humeros sub-rotundata, lateribus longe ultra medium recta, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, mediocriter striata, interstitiis sub-convexis, subtilissime coriaceis; intra marginem sulco profundiori, latiori, crebre subtiliter granulato, serie e punctis mediocribus insculpto; in stria secunda a sutura, ante apicem puncto parvo, evidentiori. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum; abdomine versus apicem ferrugineo-variegato. Pedes validi; coxis anticis rufo-ferrugineis; tibiis brunneo-pilosis, anticis extus mox pone medium tri-denticulatis, dein versus apicem acute, valide tri-dentatis, dente apicali longo, inflexo; intermediis extus apicem versus bi-spinosis.

123. *SCARITES natalensis*: oblongus, niger, nitidus; capite sub-lacvi, antice utrinque longitudinaliter aciculato; prothorace sub-lacvi, lateribus postice dente obsolete instructo, angulis antrorsum prominulis, sub-acutis; elytris convexioribus, latius striatis, interstitiis modice convexis, puncto postico impressis; tibiis anticis extus pone medium uni-denticulatis, dein sat valide, acute tri-dentatis. Long. 27, lat. 9 millim.

Habitat in Caffraria australi ad Portum Natalense.

Praecedenti parum angustior, sed brevior, magis convexus. Niger, nitidus, glaber. Caput magnum, sub-

quadratum, paullo convexum, laeve, antice utrinque sat late et profunde impressum, ibique et apice longitudinaliter aciculatum; mandibulis sat magnis, transversim oblique striatis, medio carinula longitudinali; oculis parvis, parum convexis, nigris. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum tenuiter fusco-pubescentes. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice sub-truncatus, capite latior, lateribus pone apicem perparum rotundato-ampliatum, dein versus basin sensim angustatus, ibique dente parvo, obsoleto instructus, postice utrinque oblique truncatus, medio leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum prominulis, sub-acuminatis; supra modice convexus, sub-laeve, margine laterali et basali anguste reflexus, medio parum profunde canaliculatus, intra apicem stria transversa, distincta. Scutellum crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra antice truncata, prothorace angustiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, pone medium nonnihil angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, sat late striata, interstitiis modice convexis, laevibus; intra marginem serie e punctis parvis et in interstitio secundo, longe ante apicem, puncto evidentiori. Corpus subtus obsoletissime, remote punctulatum. Pedes validi; tibiis parce brunneo-pilosis, anticis extus mox infra medium denticulo brevi, obtuso, dein versus apicem acute valide tri-dentatis, dente apicali, longo, inflexo; intermediis extus apicem versus bi-spinosis.

124. *SCARITES nigrinus*: elongatus, niger, nitidus; capite antice utrinque haud impresso, longitudinaliter aciculato; prothorace sub-laevi, lateribus mutico, stria transversa intra-apicali obsoleta; elytris elongatis, sub-parallelis, mediocriter striatis, interstitiis sub-convexis, punctis posticis tribus; tibiis anticis extus pone medium sat valide tri-dentatis, dente superiori brevi, sub-obtuso. Long. 22, lat. 7½ millim.

Habitat in Caffraria interiore ad montes Makkalienses.

Statura fere *S. linearis*, sed dimidio minor. Caput magnum, latum, supra paullo convexum, sub-laeve, antice utrinque parum late, leviter impressum, ibi apiceque longitudinaliter, profunde aciculatum; mandibulis sat validis, supra longitudinaliter striatis, basi bi-carinatis, carinis ante medium cohaerentibus; oculis parvis, rotundatis, glaucis. Antennae basi nitidae, glabrae, extrorsum fusco-pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice capite nonnihil latior, sub-truncatus, lateribus rectus, postice utrinque late rotundatus, in medio leviter rotundato-emarginatus, supra modice convexus, sub-laevis, medio parum profunde canaliculatus, intra apicem stria transversa, obsoleta; margine laterali et basali anguste reflexis. Scutellum confertim punctulatum, apice rotundatum. Elytra antice truncata, prothorace dimidio angustiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, versus apicem sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, sat late striata, interstitiis sub-convexis, laevibus, pone medium in stria tertia a sutura punctis tribus, remotis, distinctis; intra marginem subtilissime, crebre granulata, serie e punctis mediocribus. Corpus subtus subtiliter coriaceum. Pedes validi; tibiis anticis extus pone medium dentibus tribus sat validis, primo brevi, obtuso, secundo mediocri, acuto, tertio apicali, longo, flexo; intermediis extus versus apicem hispinosis.

125. *SCARITES rugiceps*: elongatus, niger, nitidus; capite antice subtiliter, crebre, longitudinaliter striolato, utrinque leviter impresso; prothorace laevi, tenuiter canaliculato; elytris oblongis, parallelis, sub-sulcatis, interstitiis convexis, laevibus, punctoque postico impresso; tibiis anticis pone medium obtuse bi-denticulatis, dein valide acute bi-dentatis. Long. 17, lat. 5½ millim.

Scarites rugiceps WIEDEM. Zool. Mag. II. I. p. 37. N:o 50. —
DEJ. Spec. Gen. I. p. 389. N:o 23.

Habitat ad Portum Natalense.

126. *SCARITES depressus*: elongatus, niger, sub-nitidus; capite postice subtiliter punctulato, antice medio tenuiter, utrinque evidenter striolato et impresso; prothorace sub-laevi, lateribus versus basin dente obsoleto instructo, medio longitudinaliter, antice transversim canaliculato; elytris oblongis, parallelis, parum convexis, punctato-striatis, interstitiis subplanis, punctis quatuor impressis; tibiis anticis pone medium obtuse bi-denticulatis, dein valide, acute tri-dentatis. Long. $12\frac{1}{2}$, lat 4 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

E minoribus. Praecedenti dimidio minor et in elytris minus convexus. Niger, sub-nitidus, glaber. Caput sat magnum, sub-quadratum, supra paullo convexum, postice transversim, subtiliter punctulatum, antice utrinque longitudinaliter impressum, evidenter, medio tenuiter striolatum, collo lato, postice laevi prothoraci adfixum; mandibulis supra longitudinaliter et irregulariter striatis, basi carinatis; oculis parvis, rotundatis, parum convexis, glaucis. Antennae nigro-piceae, basi nitidae, glabrae, extorsum fusco-pubescentes. Prothorax latitudine dimidio fere brevior, antice sub-truncatus, capite nonnihil latior, lateribus fere rectus, ad basin dente minutissimo, obtuso instructus, postice utrinque oblique truncatus, medio leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis baud prominulis, obtusis; supra paullo convexus, sub-laevis, medio longitudinaliter, intra apicem transversim, distincte canaliculatus, lateribus et postice anguste reflexo-marginatus. Scutellum subtiliter, crebre punctulatum. Elytra antice prothorace nonnihil angustiora, quam lata fere duplo longiora, ad humeros sub-rotundata, lateribus fere ad apicem recta, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis subplanis, laevibus, stria tertia a sutura punctis quatuor impressis, 2 ante et 2 pone medium. Corpus subtus sub-

tilissime, crebre punctulatum. Pedes validi; tibiis brunneo-setulosis, anticis pone medium denticulis duobus brevibus, obtusis, dein apicem versus acute, valide tridentatis; intermediis extus apicem versus uni-spinosis; tarsis nigro-piceis.

127. *CLIVINA gigantea*: elongata, nigra, nitida; antennis, palpis pedibusque posterioribus ferrugineis; fronte striata, medio profunde canaliculata, prothorace breviter sub-quadrato, laevi, postice utrinque oblique truncato, supra medio et intra apicem canaliculato; elytris oblongis, parallelis, mediocriter punctato-striatis, interstitiis parum convexis, laevibus, punctisque quatuor impressis. Long. 17—21, lat. $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria australi et meridionali.

Gigas in hoc genere. *Clivinae rugosae* KLUG statura sub-similis, sed duplo major et ultra. Nigra, nitida, glabra. Caput magnum, sub-rotundatum, supra paullo convexum, postice laeve, antice utrinque leviter impressum, longitudinaliter striolatum, medio canalicula brevi, profunda, postice attenuata insculptum; mandibulis sat validis, supra basi carinatis; palpis ferrugineis, articulo ultimo saepe obscuriori, nigro-piceo; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae ferrugineae, extrorsum tenuiter pubescentes. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, antice capite nonnihil latior, medio late rotundato-emarginatus, utrinque ad angulos sub-emarginatus, lateribus rectis; postice utrinque oblique truncatus, medio parum rotundato-emarginatus, angulis anticis rotundatis; supra modice convexus, sublaevis, medio sat profunde, longitudinaliter, antice transversim canaliculatus, ad latera et postice anguste reflexo-marginatus. Scutellum punctulatum. Elytra antice prothoracis basi parum latiora, quam lata fere duplo longiora, ad humeros sub-angulata, lateribus fere ad apicem recta, apice conjunctim rotundata, supra convexa, me-

diocriter punctato-striata, interstitiis parum convexis, sub-laevibus, secundo in margine exteriori punctis quatuor magnis, remotis, impresso; intra marginem serie e punctis minoribus, sat crebris. Corpus subtus subtiliter, minus crebre punctulatum. Pedes antici validi, nigropicei; posteriores minus validi, rufo-ferruginei.

128. *CLIVINA grandis*: elongata, nigro-picea, sub-nitida; antennis, palpis pedibusque rufo-ferrugineis; prothorace sub-quadrato, convexo, laevi, medio et intra apicem canaliculato, lateribus sub-rectis; elytris parallelis, striatis, striis obsolete punctatis; punctisque tribus impressis, margine apiceque ferrugineis. Long. 10—11, lat. $3\frac{1}{4}$ — $3\frac{1}{2}$ millim.

Clivina grandis DEJ. Spec. Gen. II. p. 478. 22.

Habitat ad Portum Natalense et in Caffraria interiore.

Observ. Variat nuper exclusa vel rufo-picea, vel rufo-ferruginea.

129. *CLIVINA angustata*: elongata, rufo-ferruginea, antennis pedibusque dilutioribus; mandibulis exsertis, arcuatis; prothorace elongato, quadrato, sub-laevi, medio profunde, intra apicem obsolete canaliculato; elytris parallelis, striatis, obsolete punctatis, punctisque quatuor impressis. Long. 8, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Clivina angustata? DEJ. Spec. Gen. V. p. 499. 27.

Habitat in Caffraria interiore.

130. *MORIO anthracinus*: niger, nitidus, sub-depressus; prothorace lato, postice minus angustato, sub-sinuato, angulis anticis rectis; elytris brevioribus, parallelis, evidenter striatis, interstitiis sub-convexis, laevibus. Long. 13, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria interiore ad montes Makkalienses.

M. orientali valde similis, nonnihil major et latior; pedibus nigris, prothorace latiore, antice sub-truncato,

lateribus ante basin magis sinuatis, elytris profundius striatis, interstitiis sub-convexis, ab illo distinctus. Niger, nitidus, glaber. Caput sat magnum, paullo convexum, laeve, antice utrinque longitudinaliter, profunde canaliculatum, intra apicem canalicula transversa; oculis parvis, rotundatis, convexis, glaucis. Antennae nigro-piceae, basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine brevior, antice capite multo latior, sub-truncatus, vel leviter tantum rotundato-emarginatus, lateribus ad medium fere rectis, dein quam *M. orientalis* minus angustatus, postice sub-sinuatus; basi medio leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis non prominulis, sub-rectis, basalibus rectis; supra parum convexus, sub-laevis, medio canalicula sat profunda, longitudinali, antice nonnihil abbreviata et intra basin utrinque canalicula sat profunda. Scutellum parvum, triangulare, laeve. Elytra antice prothorace non latiora, quam lata duplo longiora, ad humeros parum rotundata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, sat profunde striata, interstitiis sub-convexis, laevibus; intra marginem serie e punctis minoribus. Corpus subtus obsolete punctulatum. Pedes validi, parce, breviter brunneo-setulosi.

131. *TEFFLUS Delegorguei*: niger, parum nitidus; prothorace confertim, minus rude rugoso-punctato, tenuiter canaliculato, lateribus medio rotundato-ampliato; elytris late sulcatis, sulcis medio seriatim granulatis, granulis rotundatis; tibiis extrorsum sulcatis. Long. 41—43, lat. 17—18 millim.

Tefflus Delegorguei. GUÉRIN MENEVILLE Rev. Cuv. 1845. p. 285. 1.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Tefflo Megerlei primo intuitu ut ovum ovo simillimus; prothorace minus rude rugoso-punctato, granulis in sulcis elytrorum minoribus, magis rotundis, tibiisque omnibus extus longitudinaliter distincte sulcatis, ab illo unice diversus.

132. *CALOSOMA rugosum*: supra obscure aeneum, parum nitidum, prothorace subtiliter, confertissime rugoso-punctulato; elytris crenato-striatis, interstitiis aequalibus, transversim rugatis punctisque cupreo-aeneis triplici serie impressis; tibiis intermediis modice incurvis. Long. 22, lat. 11 millim.

Calosoma rugosum SCHH. Syn. Ins. I. p. 228. N:o 12. — DEJ. Spec. Gen. II. p. 202. N:o 9.

Habitat ad Portum Natalense.

133. *PANAGAEUS impictus*: niger, sub-nitidus, dense pilosus; prothorace paullo convexo, rude, crebre rugoso-punctato, lateribus reflexo, medio valde rotundato-ampliato; elytris sulcatis, sulcis in fundo rude punctatis, interstitiis convexis, vage, minus crebre punctulatis. Long. 23, lat. 10 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnus in hoc genere. *Panagaeo nobili* dimidio major. Niger, sub-nitidus, immaculatus, dense nigropilosus. Caput mediocre, oblongo-quadratum, supra haud convexum, parum profunde, inaequaliter rugoso-punctatum, antice utrinque longitudinaliter impressum, collo lato, sub-laevis prothoraci adfixum; oculis medio-cribus, rotundatis, valde convexis, brunneis. Antennae dimidio corpore fere longiores, parce pilosae, extrorsum tenues, articulis 4—11 saepe ferrugineis, Prothorax latitudinis media nonnihil brevior, apice truncatus, lateribus ultra medium valde rotundato-ampliatum, dein versus basin citius angustatus, postice utrinque oblique truncatus, medio haud rotundato-emarginatus, angulis anticis obtusis, posticis lateraliter nonnihil productis; supra confertim, rude rugoso-punctatus, nigro-pilosus, utrinque longitudinaliter, late impressus, marginibus reflexis. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi vix duplo latiora, quam lata fere dimidio longiora, ad humeros citius rotundata, lateribus

in medio parum ampliata, a medio apicem versus sensim nonnihil angustata, ante apicem singulatim leviter rotundato-emarginata, supra modice convexa, mediocriter sulcata, sulcis in fundo sat profunde punctatis, interstitiis convexis, subtiliter, vage, minus crebre punctulatis. Corpus subtus minus crebre punctatum, parce pubescens; abdomine medio confertim ruguloso-punctato. Pedes parce pubescentes.

134. *PANAGAEUS nobilis*: niger, opacus, pubescens; prothorace crebre, sat profunde rugoso-punctato, marginibus postice modice reflexis; elytris oblongo-ovatis, convexis, sulcatis, sulcis mediocriter punctatis, interstitiis convexis, crebre punctulatis, maculis duabus magnis, flavis, prima antica, laterali, transversa, altera postica, sub-lunata. Long. 15—17, lat. $6\frac{1}{2}$ —7 millim.

Panagaeus nobilis DEJ. Spec. Gen. II. p. 285. N:o 2.

Habitat in Caffraria meridionali et australi.

135. *PANAGAEUS ornatus*: niger, sub-nitidus, breviter pubescens; prothorace profunde, crebre rugoso-punctato, postice utrinque evidenter emarginato; elytris modice convexis, mediocriter sulcatis, sulcis in fundo parum profunde punctatis, interstitiis convexis, vage, sub-remote punctulatis. maculis duabus lateralibus flavis, transversis, una inter basin et medium, altera inter medium et apicem. Long. 16, lat. $6\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

P. nobili nonnihil minor, antennis longioribus, versus apicem tenuioribus, prothorace profundius, minus crebre rugoso-punctato, utrinque basi profunde exciso, elytris minus convexis, maculis flavis minoribus, prima a basi magis remota, interstitiis remotius et obsoletius punctulatis, ab illo facile distinctus. Niger, sub-nitidus, breviter fusco-pubescens. Caput oblongo-quadratum,

supra fere planum, sat crebre, minus profunde rugoso-punctatum, antice laevigatum; collo sub-laevi prothoraci adfixum; fronte utrinque longitudinaliter impressa; palpis nigro-piceis, nitidis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae dimidio corpore longiores, extrorsum tenuiores, articulis tribus primis sat dense pilosis, reliquis pubescentibus. Prothorax latitudine brevior, antice sub-truncatus, capite vix latior, mox pone apicem ultra medium rotundato-ampliatum, dein versus basin citius, oblique angustatus, sub-sinuatus, postice medio sub-truncatus, utrinque ad angulos profunde excisus, supra parum convexus, rude, sat crebre rugoso-punctatus, medio longitudinaliter et tenuiter canaliculatus, margine antice parum, postice magis, reflexo. Scutellum parvum, triangulare, laeve. Elytra antice prothoracis basi vix duplo latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros citius rotundata, lateribus pone medium perparum ampliata, apicem versus angustata, ante apicem singulatim leviter rotundato-emarginata, supra modice convexa, mediocriter sulcata, sulcis in fundo parum profunde punctatis, interstitiis convexis, sub-remote, vage, dorso parcius punctulatis; singulo elytro maculis duabus mediocribus, transversis, flavis, inter strias 4—8, prima longe pone basin, quasi e maculis quatuor inaequalibus, oblongis, conflata, secunda inter medium et apicem etiam e maculis quatuor constructa, binis interioribus aequalibus, tertia apicem versus nonnihil propius locata et quarta ei opposita, parva, rotunda. Corpus subtus parce pubescens; prothorace profunde, sub-remote punctato, pectore abdomineque rude, crebrius punctatis; abdomine medio confertim ruguloso-grauiolato. Pedes parce pubescentes; tarsi subtus brunneo-pubescentibus.

136. PANAGAEUS *laetus*: niger, sub-nitidus, dense fulvo-pubescentis; antennis, labro, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace lato, profunde, sat crebre punctato, postice late flavo-testaceo-marginato, basi utrinque

profunde impresso; elytris sat profunde punctato-striatis, interstitiis planis, confertim punctulatis, maculis duabus, prima infra humerali, sub-triangulari, altera postica, sub-transversa, flavo-testaceis. Long. 6—8, lat. 3—4 millim.

Panagaeus laetus DEL. Spec. Gen. V. p. 603. No 13.

Habitat ad Portum Natalense.

Observ. Variat macula antica elytrorum interdum majori, irregulari, usque ad basin dilatata.

137. *CALLISTUS elegans*: obscure violaceus, opacus, breviter pubescens; capite antice, palpis, antennis basi pedibusque flavo-testaceis; prothorace sanguineo, confertim, evidenter punctulato; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis confertim punctulatis, margine maculisque tribus flavo-testaceis, prima laterali elongata, apice introrsum dilatata, altera pone medium subrotundata, tertia in apice parva, triangulari. Long. 7, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo *Callisti lunati*. Caput rotundatum, violaceum, parum nitidum, supra paullo convexum, confertim, sat profunde punctatum, apice flavo-testaceum; labro, mandibulis palpisque flavo-testaceis, illis articulo ultimo medio infuscato; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennae quam in conspeciebus magis incrassatae, nigrae, extrorsum pubescentes, articulis tribus basalibus totis, quartoque basi flavo-testaceis. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, antice capite vix latior, lateribus ad medium modice rotundato-ampliatum, dein versus basin sensim angustatus, postice utrinque leviter emarginatus, angulis omnibus sub-rectis, basalibus non productis; supra paullo convexus, sanguineus, opacus, crebre, evidenter punctulatus, medio canalicula valde tenui, longitudinali impressus, marginibus parum reflexis. Scu-

tellum parvum, triangulare, rufo-testaceum, punctulatum. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata fere dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus haud ampliata, apicem versus nonnihil angustata, apice conjunctim, late rotundata, supra modice convexa, obscure violacea, sub-opaca, breviter pubescentia, distincte, minus profunde punctato-striata, interstitiis sub-planis, crebre, evidenter punctulatis, margine anguste maculisque tribus flavo-testaceis, prima basali, elongata, cum margine cohaerente, versus apicem introrsum ramulum tenuem emittente, secunda longe pone medium inter strias 4—8, sub-rotunda et tertia in apice, ad suturam, sub-triangulari. Corpus subtus nitidum, sat crebre, evidenter punctulatum; prothorace sanguineo, pectore abdomineque nigro-piceis, illo apice tenuiter testaceo-marginato. Pedes flavo-testacei; tarsi versus apicem leviter infuscatis.

138. *CALLISTUS Caffer*: rufo-testaceus, sub-opacus; antennis extrorsum nigris; capite subtiliter punctulato, medio infuscato; prothorace confertim punctulato; elytris nigro-fuscis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis subtiliter, crebre punctulatis, margine, fasciis duabus transversis maculaque apicali dilute flavis; pedibus pallide flavis, geniculis tibiisque apice leviter infuscatis. Long. 6, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Callisto lunato nonnihil minor. Caput rotundatum, rufo-testaceum, sub-opacum, supra paullo convexum, subtiliter, crebre, inter oculos evidenter punctulatum, ibique infuscatum; palpis albidis, articulo ultimo extrorsum leviter infuscato; oculis rotundis, convexis, glaucis. Antennae nigrae, extrorsum pubescentes, articulis quatuor basalibus rufo-testaceis, quarto apicem versus infuscato. Prothorax latitudine dimidio fere brevior, antice
sub-

sub-truncatus, capite nonnihil latior, lateribus ad medium nonnihil rotundato-ampliatum, dein versus basin modice angustatus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, utrinque parum profunde excisus, angulis anticis sub-rectis, posticis nonnihil productis, acutis; supra paullo convexus, rufo-testaceus, sub-opacus, crebre, mediocriter punctulatus, medio tenuiter et longitudinaliter canaliculatus, extrorsum anguste reflexo-marginatus. Scutellum rufo-testaceum, punctulatum. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros citius rotundata, lateribus non ampliata, apice conjunctim, late rotundata, supra nonnihil convexa, nigro-fusca, opaca, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, confertim, subtiliter punctulatis, margine, fasciis duabus latis, transversis, maculaque rotunda, apicali, cum margine cohaerentibus, dilute flavo-testaceis, fascia prima inter basin et medium, ad striam tertiam introrsum continuata, altera longe pone medium, inaequali, ad striam secundam extensa. Corpus subtus confertim punctulatum, rufo-testaceum, magis nitidum; pectore medio infuscato. Pedes dilute flavo-testacei, geniculis, tibiis tarsisque apice leviter infuscatis.

140. *CALLISTUS sexpustulatus*: niger, opacus; labro, mandibulis, palpis, apice excepto, antennisque basi rufo-testaceis; prothorace confertim punctulato, rubro; elytris crebre punctulatis, tenuiter punctato-striatis, maculis tribus dilute flavis; pedibus pallide flavo-testaceis, geniculis tibiisque apice infuscatis. Long. $5\frac{1}{2}$, lat. 3 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Statura *Callisti lunati*, sed minor. Caput subrotundatum, supra paullo convexum, obscure violaceum, confertim punctulatum; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis, illis articulo ultimo rufo-piceo; oculis

rotundatis, convexis, brunneis. Antennae nigrae, extrorsum pubescentes, articulis tribus primis rufo-testaceis, nitidis, tertio interdum apice leviter infuscato. Prothorax latitudine dimidio fere brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, antice capite nonnihil latior, lateribus mox pone apicem ad medium sensim rotundato-ampliatum, dein versus basin citius angustatus, postice utrinque emarginatus, angulis anticis obtusis, posticis nonnihil prominulis, acutis; supra modice convexus, ruber, sub-opacus, confertim punctulatus, medio canalicula tenui, longitudinali, postice nonnihil abbreviata impressus, lateribus modice reflexis. Scutellum parvum, triangulare, punctulatum, rufo-testaceum, opacum. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros citius rotundata, lateribus non ampliata, versus apicem nonnihil angustata, apice conjunctim late rotundata, supra paullo convexa, nigra, sub-opaca, tenuiter punctato-striata, interstitiis haud convexis, confertim punctulatis; margine inflexo testaceo, singulo elytro maculis tribus dilute flavo-testaceis, prima longe pone basin, transversa, inter strias 3 et 9, cum margine cohaerente, secunda inter medium et apicem inter strias 4 et 8, ovata, transversa tertiaque parva, in apice ad suturam. Corpus subtus subtiliter punctulatum, nigrum, nitidum, lateribus prothoracis sanguineis. Pedes pallide flavo-testacei, geniculis tibiisque apice infuscatis; tarsis fusco-annulatis.

141. *VERTAGUS bipustulatus*: supra violaceus, sub-nitidus, breviter fusco-pubescentis, subtus niger; antennis articulo primo pedibusque rufo-testaceis; prothorace oblongo, sub-remote, mediocriter punctato; elytris mediocriter striatis, interstitiis parum convexis, crebre punctulatis, macula postica rotunda, flavo-testacea. Long. 12, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria australi et meridionali.

Chlaenio Goryi BUQUET similis, antennarum articulo tantum primo flavo-testaceo, prothorace angustiore, ab illo distinctus. Caput sub-ovatum, viridi-coeruleum, nitidum, supra paullo convexum, subtiliter, sub-remote, inter oculos obsoletius et remotius punctulatum, antice utrinque leviter impressum, collo crasso, postice laevi prothoraci adfixum; labro mandibulisque nigro-piceis, nitidis, illis apice ferrugineis; palpis piceis, nitidis, apice oblique truncatis, maxillaribus articulo ultimo extrorsum modice ampliatis, labialibus articulo ultimo oblongo-triangulari; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae nigrae, breviter pubescentes, articulo primo rufo-testaceo, secundo et tertio piceis, nitidis. Prothorax oblongus, latitudine postica dimidio longior, apice truncatus, antice capite paullo latior, lateribus medio modice rotundato-ampliatis, angulis anticis sub-rectis, posticis rotundatis; supra nonnihil convexus, violaceus, sub-nitidus, breviter pubescens, mediocriter, crebre punctatus, postice utrinque longitudinaliter impressus, medio canalicula evidentiori, antice paullo, postice magis abbreviata. Scutellum triangulare, sub-laeve, viridi-coeruleum. Elytra antice prothoracis basi dimidio latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros citius rotundata, lateribus ultra medium sensim nonnihil ampliata, dein apicem versus angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, violacea, sub-nitida, breviter pallido-pubescentia, mediocriter profunde striata, interstitiis paullo convexis, sat crebre punctulatis; singulo elythro pone medium, inter strias 3 et 7, macula mediocri, rotunda, flavo-testacea. Corpus subtus nigrum, nitidum; prothorace confertim pectoreque remotius, mediocriter punctatis, abdomine medio sub-laevi, lateribus coriaceo. Pedes sat longi, rufo-testacei; tarsi dilute ferrugineis.

142. *VERTAGUS lucidulus*: elongatus, violaceus, nitidus; antennis articulo primo subtus flavo-testaceo; capite

crebre rugoso-punctato; prothorace oblongo, profunde, minus crebre punctato; elytris oblongis, versus apicem sensim ampliatis, cupreo-violaceis, sat profunde punctato-striatis, interstitiis planis, remote, profunde punctatis. Long. 10, lat. $3\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Caput oblongo-ovatum, supra paullo convexum, violaceum, nitidum, antice confertim rugoso-punctatum, postice remotius et profundius punctatum, collo crasso subtiliter punctulato, prothoraci adfixum; labro, mandibulis palpisque nigris, nitidis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae basi viridi-coeruleae, nitidae, glabrae, articulo primo subtus flavo-testaceo, articulis 4—11 nigris, pubescentibus. Prothorax oblongus, latitudine dimidio fere longior, antice truncatus, capite nonnihil latior, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatus, dein versus basin magis angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra modice convexus, profunde, minus crebre punctatus, violaceus, nitidus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum triangulare, laeve, viridicoeruleum, basi transversim impressum. Elytra oblonga, antice prothoracis basi vix dimidio latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, lateribus mox pone basin fere ad apicem sensim modice ampliata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, cupreo-violacea, nitida, sat profunde punctato-striata, interstitiis sub-planis, remote, profunde punctatis. Corpus subtus antice viridicoeruleum, crebre, sat profunde punctatum; abdomine violaceo, sub-remote punctato, segmento ultimo ad apicem utrinque transversim impresso. Pedes sat longi, tennes, viridi-aenei; tibiis parce setulosi.

VI. RHYSOTRACHELUS.

(a *ῥυγὸς* rugosus et *Τράχηλος* collum.)

Antennae breves, minus tenues, articulis 4—11 latioribus, compressis.

Labrum breve, transversum, supra planum, apice leviter rotundato-emarginatum.

Mandibulae validae, arcuatae, apice acuminatae.

Palpi maxillares mediocres, articulis duobus basilibus parvis, brevissimis, secundo oblongo, basi parum angustato, 3^o antecedenti nonnihil breviori, basi tenuiori, ultimo triangulari, apice oblique truncato; labiales articulo penultimo elongato, basi tenui, extrorsum sensim ampliati, ultimo magno, triangulari, apice oblique truncato.

Prothorax magnus, latitudine brevior, antice posticeque late, leviter rotundato-emarginatus, anterieus angustior, supra parum convexus.

Elytra oblongo-ovata, supra paullo convexa, apice conjunctim sub-rotundata.

Tarsi validi: antici in mare articulis tribus primis magnis, brevibus, utrinque rigide setosis, penultimo angusto, sub-triangulari, apice emarginato; posteriores articulo basali longo, duobus sequentibus longitudine aequalibus, 2—4 elongatis, longitudine sensim decrescentibus; unguiculis minus tenuibus, divaricatis, simplicibus.

Chlaenio proximus; antennis brevioribus, articulis 4—8 latioribus, compressis, articulis ultimis palporum triangularibus, prothorace magno, lato, supra fere plano, ab illo facile distinctus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, collo crasso prothoraci adfixum; labro brevi, transverso, supra plano, apice late, leviter rotundato-emarginato; mandibulis brevibus, validis, arcuatis, apice acuminatis; oculis lateralibus, sat magnis, rotundatis, convexis. Antennae capite cum prothorace vix longiores, articulo 1^{mo} sat valido, sub-cylindrico, 2^{do} breviter sub-obconico, 3^o primo longiore et tenuiore, extrorsum perparum incrassato, reliquis brevioribus, compressis,

ultimo apice angustato, rotundato. Prothorax magnus, latitudine brevior, antice posticeque late, leviter rotundato-emarginatus, anterieus angustior, supra paullo convexus. Scutellum mediocre, triangulare, supra impressum. Elytra oblongo-ovata, pone medium apicem versus sensim angustata, apice conjunctim sub-rotundata, supra paullo convexa. Pedes mediocres, validi; femoribus crassis, basi apiceque angustatis; tibiis rectis, basi nonnihil tenuioribus, anticis apicem versus incrassatis, intus emarginatis; tarsi subtus rigide setosis.

143. *RHYSOTRACHELUS quadrimaculatus*: ater, sub-nitidus, glaber; antennis basi flavo-testaceis, capite sub-remote, antice in medio subtiliter punctulato; prothorace lato, rude rugoso-punctato, dorso rugulis laevibus obsito; elytris sat profunde sulcatis, interstitiis convexis, vage, crebre punctulatis, dorso sub-laevigatis; singulo elytro maculis duabus sat magnis, flavis, una ante, altera longe pone medium. Long. 21, lat. 10 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Affinis videtur *Panagaeo festivo* KLUG nonnihil major, antennis basi flavo-testaceis, prothorace supra rugulis elevatis, laevibus, elytrorum maculis minoribus, prima a basi magis remota, ab illo mox distinctus. Ater, sub-nitidus, glaber. Caput sat magnum, sub-ovatum, supra paullo convexum, sub-remote, antice in medio subtiliter punctulatum; vertice transversim sub-laevi; fronte utrinque longitudinaliter impressa; palpis nitidis, articulo ultimo oblongo-triangulari, apice truncato. Antennae nigrae, pubescentes, articulis tribus primis flavo-testaceis, primo basi leviter infuscato, articulis reliquis latioribus, sub-compressis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Prothorax latitudine multo brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem ad medium sensim modice rotundato-amplius, dein versus basin oblique nonnihil angustatus, vix sinuatus, angulis

omnibus obtusis, rotundatis; supra haud convexus, rude rugoso-punctatus, dorso rugulis longitudinalibus, irregularibus, supra planis, laevibus instractus. Scutellum triangulare, laeve, nitidum, medio impressum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, ad humeros rotundata, lateribus in medio paullo ampliata, versus apicem angustata, ante apicem singulatim vix emarginata, quam lata dimidio longiora, supra nonnihil convexa, late sulcata, sulcis in fundo confertim, vage punctulatis, interstitiis convexis, dorso sub-laevibus, nitidis, sexto a sutura ante medium nonnihil recurvo; singulo elytro maculis duabus flavis, prima ante medium majori, sub-quadrata, transversa, inter sulcos 3 et 6, medio antice posticeque nonnihil emarginata, altera longe pone medium, minori, inter sulcos 5 et 8, quasi e maculis tribus oblongis conflata, extrorsum longitudine sensim decrescentibus. Corpus subtus cum pedibus magis nitidum, sub-laeve; prothorace antice punctis nonnullis remotis impresso.

144. RHYSOTRACHELUS *bimaculatus*: ater, sub-opacus, glaber; antennis basi flavo-testaceis; capite postice evidenter, antice subtiliter punctulato; prothorace lato, rude rugoso-punctato, postice utrinque impresso; elytris leviter punctato-sulcatis, interstitiis confertissime punctulatis, alternis magis elevatis, dorso nitidis; singulo elytro mox ante medium macula sat magna, sub-quadrata, flavo-testacea. Long. 16, lat. $6\frac{3}{4}$ millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

Praecedenti minor, praesertim angustior, minus convexus. Ater, sub-opacus, glaber. Caput sat magnum, ovatum, modice convexum, postice evidenter, minus crebre, antice cum collo subtiliter punctulatum; fronte utrinque longitudinaliter et tenuiter impressa; palpis nigro-piceis, nitidis, articulo ultimo sat magno, sub-triangulari, apice oblique truncato; oculis rotundatis,

modice convexis, glaucis. Antennae capite prothoraceque nonnihil longiores, nigrae, parce pubescentes, articulis tribus primis flavo-testaceis, subtus infuscatis, articulis reliquis latioribus, compressis. Prothorax amplus, latitudine dimidio brevior, antice leviter, postice in medio profundius, rotundato-emarginatus, capite multo latior, mox pone apicem ultra medium nonnihil rotundato-ampliatum, dein versus basin paullo angustatus, angulis omnibus obtusis, rotundatis; supra paullo convexus, rude, crebre rugoso-punctatus, postice utrinque sat profunde et late impressus, dorso rugulis nonnullis angustis, irregularibus instructus, medio tenuiter canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, laeve, medio obsolete impressum. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi haud latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, mox pone basin perparum ampliata, apicem versus paullo angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra paullo convexa, parum profunde sulcata, sulcis in fundo subtiliter, sub-remote punctatis, interstitiis convexis, crebre punctulatis, alternis 2, 4 et 6 a sutura, magis elevatis, sub-carinatis, dorso sub-laevibus, nitidis; mox ante medium inter sulcos 3 et 6 macula sat magna, sub-quadrata, flava, antice posticeque medio nonnihil emarginata. Corpus subtus magis nitidum, sub-laeve; prothorace antice punctis nonnullis impresso. Pedes nitidi, parce setulosi.

145. *RHYSOTRACHELUS myops*: niger, parum nitidus, supra dense, breviter fusco-pubescentis; capite sat crebre, antice subtiliter punctato; prothorace latiusculo, crebre, mediocriter rugoso-punctato, postice utrinque impresso; elytris profundius punctato-striatis, interstitiis modice convexis, confertim punctulatis; singulo elytro inter medium et apicem macula sat magna, sub-quadrata, flavo-testacea. Long. 16, lat. 7½ millim.

Panagaeus myops? GORY Ann. Ent. de France II. p. 213.

Habitat in Caffraria australi.

Chlaenio sulcicollis dimidio fere major. Niger, parum nitidus, dense, breviter fusco-pubescentis. Caput sub-ovatum, fere glabrum, interdum aeneo-micans, supra paullo convexum, evidenter, minus crebre, antice posticeque subtiliter punctulatum; palpis nigro-piccis, nitidis, articulo ultimo triangulari, apice oblique truncato, dilute ferrugineo; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae longitudine dimidii fere corporis, basi nitidae, glabrae, articulis 4—11 nonnihil latioribus, sub-compressis, dense pubescentibus. Prothorax latitudine vix dimidio brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, capite plus duplo latior, lateribus ad medium modice rotundato-ampliatus, dein versus basium sensim angustatus, angulis omnibus obtusis, rotundatis; supra paullo convexus, crebre, mediocriter rugoso-punctatus, postice utrinque sat late et profunde impressus, medio tenuiter et longitudinaliter canaliculatus. Scutellum parvum triangulare, laeve, medio impressum. Elytra prothoracis medio haud latiora, antice singulatim leviter sinuata, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus in medio paullo ampliata, apicem versus angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra nonnihil convexa, profunde striata, striis in fundo subtiliter, sub-remote punctatis, interstitiis sat latis, modice convexis, confertim punctulatis; singulo elytro inter medium et apicem inter strias 3 et 6 macula vel majori, vel minori, sub-quadrata, antice posticeque emarginata, flavo-testacea, interdum loco maculae lineolis duabus brevibus, flavo-testaceis, in interstitiis 3 et 6. Corpus subtus magis nitidum, glabrum; prothorace pectoreque remote punctatis, ad latera confertim coriaceis. Pedes nitidi, parce setulosi.

146. *CHLAENIUS Dusaultii*: niger, sub-opacus, parce, breviter pubescens; antennis basi, palpis pedibusque rufo-testaceis; capite prothoraceque cupreo-aeneis, illo remote, postice crebrius punctulato; elytris mediocriter

punctato-striatis, interstitiis parum convexis, subtiliter, crebre punctulatis, margine maculisque binis lateralibus, anteriore transversa, margine cohaerente, postica rotunda, libera, vel margine connexa, flavo-testaceis. Long. 15—17, lat. $6\frac{3}{4}$ —8 millim.

Chlaenius Dusaultii DUFOUR Ann. gen. des Sciences Physiques VIII. livr. p. 359. N:o 3. tab. 130. f. 4. —
DEJEAN Spec. Gen. V. p. 619. 72.

Habitat in Caffraria interiore et australi.

147. *CHLAENIUS bipustulatus*: niger, sub-opacus; labro, palpis, antennis basi pedibusque rufo-testaceis; capite prothoraceque aeneis, illo lato, remote, inaequaliter, postice crebre punctato; elytris breviter pubescentibus, mediocriter punctato-striatis, interstitiis parum convexis, subtiliter, crebre punctulatis, macula postica medioeri, flavo-testacea. Long. 14, lat. $5\frac{3}{4}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Chlaenio caeco DEJ. affinis, sed major; prothorace remote, inaequaliter, postice tantum crebre punctato, ab illo certe distinctus. Caput rotundatum, viridi-aeneum, nitidum, supra nonnihil convexum, mediocriter, sub-remote, antice in medio parcius, subtiliter punctulatum, fronte utrinque leviter et longitudinaliter impressum; labro sordide flavo-testaceo; mandibulis nigro-piceis, nitidis; palpis rufo-testaceis, articulis duobus ultimis obscurioribus; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae ferruginae, pubescentes, articulis tribus primis dilutioribus, rufo-testaceis. Prothorax latitudine postica nonnihil brevior, antice posticeque late rotundato-emarginatus, anterieus nonnihil angustior, lateribus ad medium sensim, paullo rotundato-ampliatum, dein versus basin perparum angustatum, angulis anticis antrorsum modice prominulis, posticis rotundatis; supra parum convexus, aeneus, nitidus, tenuiter ferrugineo-marginatus, intra basin crebre, profundius, dein antice valde remote,

inaequaliter punctatus, punctis majoribus et minoribus mixtis, postice utrinque foveola sat magna impressus, medio canalicula tenui, antice paullo, postice magis, abbreviata. Scutellum triangulare, laeve, aeneum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio fere longiora, ad humeros modice rotundata, lateribus haud ampliata, apicem versus nonnihil angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, nigra, vel nigro-aenea, parum nitida, breviter fusco-pubescentia, medio-criter profunde striata, striis in fundo obsolete punctatis, interstitiis parum convexis, subtiliter, sat crebre, vage punctulatis, pone medium macula sub-rotunda, postice saepe emarginata, vel majori, vel minori, inter strias 3—7 vel 8 locata. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum; prothorace antice remote, pectore utrinque parce punctatis; abdomine sub-laevis, segmento ultimo testaceo-marginato. Pedes validi, rufo-testacei; tibiis parce setulosis.

148. *CHLAENIUS signatus*: niger, parum nitidus; capite prothoraceque obscure viridi-aeneis, illo confertim rugoso-punctato, tenuiter testaceo-marginato; elytris breviter pubescentibus, medio-criter punctato-striatis, interstitiis haud convexis, confertim punctulatis, antice aren tenui, laterali maculaque parva apicali, flavo-testaceis; antennis basi, labro, palpis, abdomine extus tenuiter pedibusque dilute flavo-testaceis. Long. 11, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo *Chlaenii lateralis*, minus convexus. Caput ovatum, viridi-aeneum, nitidum, supra paullo convexum, postice obscure cupreo-aeneo micans; vertice subtiliter, fronte adhuc subtilius, crebre ruguloso-punctatis, illa utrinque leviter et longitudinaliter impressa; collo crasso, postice sub-laevis; labro mandibulisque sordide

flavo-testaceis, illis apice infuscatis; palpis dilute flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae nigrae, basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes, articulis duobus basalibus totis, tertio basi apiceque flavo-testaceis. Prothorax latitudine media fere dimidio brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, lateribus modice rotundato-ampliatus, angulis omnibus obtusis, rotundatis; supra parum convexus, obscure viridi-aeneus, sub-nitidus, confertim, mediocriter rugoso-punctatus, medio longitudinaliter, distincte canaliculatus, ante basin utrinque sat late impressus, marginibus parum reflexis, anguste testaceis. Scutellum triangulare, obscure viridi-aeneum, sub nitidum, confertim punctulatum. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus non ampliata, pone medium apicem versus sensim angustata, ante apicem singulatim haud sinuata, apice conjunctim sub-rotundata, supra paullo convexa, nigra, sub-opaca, pube brevissima obsita, mediocriter punctato-striata, interstitiis haud convexis, confertim punctulatis; pone humeros lineola tenui, postice introrsum ramulum brevem emittente et in ipso apice macula parva, sub-triangulari, flavo-testaceis. Corpus subtus nigrum, nitidum, glabrum; prothorace ad latera obsolete, infra mediocriter, minus crebre punctulato; pectore utrinque sub-remote punctato; abdomine subtilissime coriaceo, extus tenuiter flavo-testaceo-marginato. Pedes dilute flavo-testacei; tarsi haud infuscatis.

149. *CHLAENUS lateralis*: supra viridi-aeneus, nitidus, breviter fulvo-pubescent, subtus niger; ore, palpis, antennis basi, abdomine margine pedibusque flavo-testaceis; prothorace sat profunde, minus crebre punctato; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis subtiliter, confertim granulatis, maculis duabus minoribus, flavis, margine late, concolore cohaerentibus. Long. 11, lat. 5 millim.

Habitat in Castraria interiore.

Chlaenio lyrato KLUG proximus et magnitudine aequalis. Caput sub-rotundatum, viridi-aeneum, nitidum, supra subtiliter, crebre coriaceum, postice et ad oculos punctis mediocribus, remotis impressum, antice medio transversim canaliculatum, utrinque longitudinaliter, leviter impressum, collo crasso, obsoletius, crebre ruguloso-punctato prothoraci adfixum; labro, mandibulisque fusco-testaceis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae nigro-piceae, extrorsum pubescentes, articulis tribus primis totis, quarto basi flavo-testaceis, nitidis. Prothorax latitudine media nonnihil brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem ad medium modice rotundato-ampliatum, dein posterius sensim nonnihil angustatus, postice in medio late, parum profunde emarginatus, extrorsum oblique truncatus, angulis anticis sub-obtusis, posticis paullo prominulis, sub-acutis; supra nonnihil convexus, viridi-aeneus, nitidus, parce, breviter pubescens, sat profunde, minus crebre punctatus, medio longitudinaliter et tenuiter canaliculatus, utrinque postice leviter impressus. Scutellum triangulare, laeve, nigro-piceum, nitidum. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus haud ampliata, pone medium apicem versus angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim sub-rotundata, supra nonnihil convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis sub-planis, sat crebre, subtiliter granulatis; viridi-aenea, sub-nitida, pube brevi, densa, fulvescenti obsita, margine late maculisque duabus parvis, una in medio sub-rotunda, altera versus apicem oblonga, margine cohaerentibus, flavis. Corpus subtus nigrum, nitidum, glabrum; prothorace pectoreque utrinque sat crebre, medioeriter punctatis: abdomine obsolete coriaceo,

extus late flavo-marginato. Pedes dilute flavo-testacei; tarsis leviter infuscatis.

150. CHLAENIUS *vitticollis*: niger, sub-opacus; capite viridi-aeneo, sub-nitido; ore, antennis basi, pedibus prothoraceque flavo-testaceis, illo confertim punctulato, dorso vittis duabus, angustis, nigris; elytris mediocriter striatis, interstitiis confertim punctulatis, margine maculaque parva, postica, communi, plus minusve distincta, flavo-testaceis. Long. $7\frac{1}{2}$ — $8\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{3}{4}$ —4 millim.

Habitat in territorio Amazoulorum.

E minoribus. Caput rotundatum, viridi-aeneum, sub-nitidum, supra paullo convexum, confertim, subtiliter ruguloso-punctatum, collo crasso, sub-laevi, prothoraci adfixum; labro, palpis mandibulisque flavo-testaceis, illis apice leviter infuscatis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae nigrae, pubescentes, articulis duobus primis rufo-testaceis. Prothorax flavo-testaceus, opacus, latitudine fere duplo brevior, antice late et sat profunde rotundato-emarginatus, angulis anteriorum prominulis, rotundatis; lateribus medio modice rotundato-ampliatus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, utrinque sub-oblique truncatus, angulis sub-rectis, supra haud convexus, crebre punctulatus, dorso vittis duabus, sat remotis, rectis, antice interdum nonnihil abbreviatis, nigris; medio longitudinaliter canaliculatus, basi utrinque vix, vel leviter impressus. Scutellum triangulare, sub-laeve, nigrum, opacum. Elytra antice prothoracis basi vix dimidio latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros latius rotundata, lateribus non ampliata, pone medium apicem versus angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, nigra, vel nigro-violacea, opaca, mediocriter striata, striis vix, vel subtiliter punctulatis, interstitiis planis, crebre, subtiliter punctulatis, margine tenuiter, a basi ultra medium nonnihil

latius maculaque parva, postica, communi, sub-triangulari, interdum obsoleta, vix ulla, flavo-testaceis. Pectus et abdomen nigra, sub-nitida, subtiliter punctulata. Pedes dilute flavo-testacei.

151. *CHLAENIUS maculiceps*: niger, sub-opacus; capite flavo-testaceo, supra macula magna, nigro-violacea; antennis basi, pedibus prothoraceque flavo-testaceis, illo angustiore, crebre, evidenter punctulato, vittis duabus latis, nigris; elytris mediocriter striatis, interstitiis confertim punctulatis, margine maculaque parva, postica, communi, flavo-testaceis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti similis, illo longitudine aequalis, sed angustior; capite scutelloque aliter coloratis, prothorace angustiore, apice parum profunde rotundato-emarginato, supra evidenter punctulato, vittis dorsalibus latioribus, magis approximatis, antice connexis, ab illo bene distinctus. Caput rotundatum, flavo-testaceum, supra paullo convexum, subtiliter, crebre ruguloso-punctatum, medio macula magna, sub-rotunda, nigro-violacea, antice utrinque non impressum; labro, mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae nigrae, pubescentes, articulis duobus basalibus flavo-testaceis. Prothorax flavo-testaceus, latitudine vix dimidio brevior, antice late, parum profunde rotundato-emarginatus, lateribus in medio nonnihil rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum modice prominulis, sub-acuminatis, posticis sub-rectis; supra parum convexus, confertim, evidenter punctulatus, dorso vittis duabus, latis, postice approximatis, fere confluentibus, nigris, antice intra marginem longitudinaliter infuscatus, medio tenuiter canaliculatus. Scutellum triangulare, sublaeve, rufo-testaceum. Elytra antice prothoracis basi vix dimidio latiora, quam lata dimidio longiora, ad

humeros late rotundata, lateribus non ampliata, pone medium apicem versus angustata, ante apicem singulatim vix sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, nigra, opaca, parce, breviter fulvo-pubescentia, medioeriter striata, striis in fundo obsolete punctulatis, interstitiis sub-planis, crebre, evidenter punctulatis, margine tenuiter, a basi ultra medium latius maculaque parva, postica, communi, sub-triangulari, flavo-testaceis. Pectus medio transversim et abdomen nigra, sub-nitida, subtiliter punctulata. Pedes dilute flavo-testacei.

152. *CHLAENIUS pulchellus*: flavo-testaceus, sub-opacus; antennis nigris, basi flavo-testaceis; capite supra violaceo, confertim rugoso-punctato; prothorace crebre, subtiliter punctulato, basi nigro bi-maculato; elytris nigro-violaceis, medioeriter striatis, interstitiis crebre punctulatis, margine tenuiter, macula antica laterali, sat magna, altera postica communi suturaque apice flavo-testaceis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Magnitudo et statura praecedentis. Dilute flavo-testaceus, sub-opacus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, subtiliter, crebre rugoso-punctatum, supra, margine apicali excepto, violaceum; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae nigrae, breviter pubescentes, articulis tribus primis flavo-testaceis, tertio apicem versus leviter infuscato. Prothorax latitudine dimidio fere brevior, apice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-amplius, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum nonnihil prominulis, sub-obtusis, posticis subrectis; supra paullo convexus, subtiliter, confertim punctulatus, postice utrinque macula elongata, nigra, medio longitudinaliter canaliculatus. Scutellum triangulare, rufotestaceum, opacum, confertim punctulatum. Elytra antice
prothoracis

prothoracis basi vix dimidio latiora, ad humeros latius rotundato-ampliata, lateribus fere recta, pone medium apicem versus sensim angustata, ante apicem non sinuata, apice conjunctim rotundata, supra parum convexa, nigro-violacea, opaca, mediocriter striata, striis in fundo obsolete punctatis, interstitiis sub-planis, confertim punctulatis, margine tenuiter, macula antica, laterali, sat magna, irregulari, inter strias 5 et 9, margine cohaerente, longe pone medium altera, communi, sub-triangulari suturaque postice flavo-testaceis. Corpus subtus magis nitidum, punctulatum.

153. CHLAENIUS *Caffer*: niger, nitidus, glaber; ore, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque cupreis, coriaceis, illo latiore, parce, subtiliter punctato, basi utrinque profunde foveolato; elytris nigro-aeneis, leviter sulcatis, sulcis in fundo punctulatis, interstitiis convexis, laevibus, margine anguste abdomineque extus tenuiter flavo-testaceis. Long. 16, lat. 7 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Majoribus *Chlaenii cylindricollis* individuis sub-similis, parum longior et latior, prothorace latiore, brevior, cupreo, postice utrinque breviter foveolato, ab illo bene distinctus. Caput rotundatum, supra nonnihil convexum, viridi-aeneum, nitidum, subtiliter, crebre coriaceum, postice tenuiter punctulatum, saepe cupreo-micans; labro palpisque flavo-testaceis; mandibulis nigro-piceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, articulis tribus primis dilutioribus, nitidis. Prothorax latitudine media nonnihil brevior, antice capite latior, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem ad medium sensim, nonnihil rotundato-ampliatus, postice in medio parum profunde rotundato-emarginatus, utrinque oblique breviter trunca-

tus, angulis anticis obtusis, posticis sub-rectis; supra paullo convexus, cupreus, vel cupreo-aeneus, nitidus, subtiliter, sat crebre coriaceus, punctis valde remotis, parum profundis impressus, medio tenuiter canaliculatus, postice utrinque breviter, profunde et longitudinaliter foveolatus. Scutellum laeve, nigrum, sub-nitidum. Elytra antice prothoracis basi vix dimidio latiora, quam lata dimidio longiora, pone humeros modice rotundata, lateribus haud ampliata, ante apicem singulatim vix sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, nigra, vel nigro-aenea, extrorsum interdum viridi-nitentia, extus aequaliter, anguste flavo-testaceo marginata, undique mediocriter sulcata, sulcis in fundo utrinque punctulatis, interstitiis convexis, laevibus. Corpus subtus nigrum, sub-nitidum; prothorace remote, pectore crebrius punctulatis; abdomine ad latera ruguloso-punctato, extus anguste flavo-testaceo-marginato. Pedes longi, flavo-testacei, articulis tarsorum apice parum infuscatis.

154. *CHLAENIUS cylindricollis*: nitidus, subtus niger; ore, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque viridi-aeneis, illo angusto, punctis valde remotis, mediocribus impresso; elytris oblongis, nigro-aeneis, mediocriter striatis, interstitiis parum convexis, obsoletissime punctulatis, apice parce, breviter albo-pubescentibus, margine postice latiore, dentato abdomineque extus anguste pallido flavo-testaceis. Long. 12—14, lat. 5—5 $\frac{3}{4}$ millim.

Chlaenius cylindricollis. DEJ. Spec. Gen. V. p. 657. 87.

Habitat in Caffraria australi ad Portum Natalense.

155. *CHLAENIUS sulcatulus*: niger, nitidus; ore, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque viridi-aeneis, illo angusto, sub-laevi, utrinque medio rotundato-ampliato, dorso cupreo-micante, utrinque basi breviter, profunde impresso; elytris sulcatis, interstitiis laevibus, margine antice angustius, ante apicem latius

abdomineque extus tenuiter flavo-testaceis. Long. 11, lat. $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore ad montes Makkalienses.

Statura fere *Chlaenii cylindricollis*, nonnihil minor, prothorace in medio utrinque magis rotundato-ampliato, supra et subtus sub-laevis, dorso cupreo-violaceo micante, impressionibus basalibus brevioribus, margine elytrorum postice non usque ad suturam ducto, latius flavo-testaceo. Caput ovatum, supra paullo convexum, viridi-aeneum, nitidum, postice subtiliter coriaceum, remote punctulatum, ad oculos tenuiter aciculatum; fronte utrinque leviter impressa; labro, mandibulis palpisque pallide flavo-testaceis, illis articulo apicali medio leviter infusato; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennae dilute flavo-testaceae, basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine media paullo longior, antice leviter emarginatus, capite nonnihil lator, mox pone apicem fere ad medium modice rotundato-ampliatum, dein versus basin angustatus, sub-sinuatus, postice fere truncatus, angulis anticis sub-obtusis, posticis lateraliter nonnihil prominulis, fere rectis; supra modice convexus, viridi-aeneus, sub-laevis, dorso cupreo-micans, medio longitudinaliter et mediocriter canaliculatus, postice utrinque breviter, profunde impressus. Scutellum triangulare, nigro-piceum, sub-laeve. Elytra prothoracis basi vix duplo latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, lateribus ultra medium fere recta, dein apicem versus sensim angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigro-picea, sub-nitida, mediocriter sulcata, interstitiis modice convexis, laevibus, margine a basi versus apicem, apice ipso non tamen usque ad suturam, latius flavo-testaceo. Corpus subtus nigrum, nitidum; prothorace medio pectoreque utrinque subtiliter, minus crebre punctulatis; abdomine sub-laevis, ad latera

obsolete punctulato, extus anguste flavo-testaceo-marginato. Pedes longi, pallide flavo-testacei.

156. *CHLAENIUS cinctipennis*: nitidus, subtus nigro-piceus; ore, antennis pedibusque pallide flavo-testaceis; capite prothoraceque viridi-aeneis, illo angusto, punctis valde remotis, mediocribus impresso; elytris ovatis, dorso cupreo-lateribus viridi-nitentibus, mediocriter striatis, interstitiis parum convexis, sub-laevis, margine undique anguste, abdomine extus latius flavo-testaceis. Long. 11—12, lat. $5\frac{1}{2}$ — $5\frac{3}{4}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense et in Caffraria interiore.

Chlaenio cylindricolli certe affinis, elytris brevioribus, aliter coloratis, minus profunde striatis, undique anguste, abdomine latius flavo-testaceo-marginatis, ab illo facile distinctus. Caput oblongo-ovatum, viridi-nitidum, subtiliter coriaceum, pone oculos transversim, subtiliter, remote punctulatum, antice utrinque obsolete impressum; labro, palpis mandibulisque flavo-testaceis, illis apice leviter infuscatis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae dilute flavo-testaceae, basi nitidae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil longior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, lateribus tenuiter reflexo-marginatus, ante medium nonnihil rotundato-ampliatum, versus basin paullo angustatus, sub-sinuatus, angulis anticis sub-obtusis, posticis rectis; supra modice convexus, viridi-aeneus, nitidus, saepe cupreo-micans, transversim, obsolete aciculatus, valde remote, mediocriter punctatus, utrinque a basi ad medium profunde, medio minus profunde, longitudinaliter canaliculatus. Scutellum triangulare, sub-laeve, obscure cupreum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, dein lateribus non ampliata, versus apicem sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, mediocriter (quam in *Chl.*

cylindricolli) minus profunde striata, interstitiis paullo convexis, sub-laevibus, dorso cupreo-violaceo- ad latera viridi-micantia, margine anguste et undique aequaliter flavo-testaceo. Corpus nigro-piceum, nitidum; prothorace evidenter, pectore subtiliter, sub-remote punctulatis; abdomine sub-laevi, extus obsolete, remote punctulato, sat late flavo-testaceo-marginato. Pedes longiusculi pallide flavo-testacei; articulis tarsorum apice obscurioribus.

157. *CHLAENIUS costipennis*: niger, sub-nitidus, breviter pubescens; ore, antennis basi pedibusque flavo-testaceis; capite viridi-aeneo, remote punctulato, medio sub-laevi; prothorace lato, nigro-aeneo, sat crebre punctato, anguste testaceo-marginato; elytris mediocriter sulcatis, interstitiis convexis, subtiliter, minus crebre punctulatis, dorso sub-laevibus, alternis elevatioribus, margine anguste flavo-testaceo. Long. 11—13, lat. 5—5½ millim.

Habitat ad Portum Natalense et in Caffraria interiore.

Chlaenio quadrisulcato nonnihil longior et angustior. Caput ovatum, supra modice convexum, viridi-aeneum, nitidum, breviter pubescens, remote, subtiliter punctulatum, antice in medio sub-laeve, collo crasso, aeneo, prothoraci adfixum; labro sordide testaceo; mandibulis piceis; palpis flavo-testaceis, articulo ultimo leviter infuscato; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennae nigro-fuscae, pubescentes, articulis tribus basalibus flavo-testaceis, nitidis. Prothorax latitudine media brevior, capite multo latior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatum, angulis anticis antrorsum nonnihil prominulis, obtusis, posticis sub-rectis; supra paullo convexus, nigro-aeneus, sub-nitidus, breviter fusco-pubescens, mediocriter, sat crebre punctatus, medio canaliculatus, canalicula antice posticeque nonnihil abbreviata, postice utrinque

sat late, minus profunde, longitudinaliter impressus; margine tenuiter reflexo, anguste obscure testaceo. Scutellum triangulare, sub-laeve, nigrum, nitidum. Elytra prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, pone medium apicem versus angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigra, nitida, pube brevi, fusca obsita, medio-criter profunde sulcata, interstitiis convexis, utrinque subtiliter, minus crebre punctulatis, dorso sub-laevibus, alternis et sutura magis elevatis, costatis, margine anguste, postice adhuc angustius flavo-testaceo. Corpus sub-nigrum, nitidum, parce, tenuiter pubescens; prothorace pectoreque sub-remote, abdomine ad latera obsolete punctulatis. Pedes longi, flavo-testacei; tarsi obscurioribus, dilute ferrugineis.

158. *CHLAENIUS marginicollis*: viridi-aeneus, parum nitidus; ore, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite subtilissime, confertim punctulato, prothorace sub-remote, dorso parcius, medio-criter punctato, anguste testaceo-marginato, medio profunde canaliculato; elytris testaceo-pubescentibus, tenuiter punctato-striatis, interstitiis sat crebre granulatis; margine postice latius abdomineque extus flavo-testaceis. Long. 11, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

Chlaenio holosericeo brevior et angustior. Caput sub-rotundatum, supra paullo convexum, viridi-aeneum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum; fronte utrinque leviter impressa; labro, mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennae flavo-testaceae, basi dilutiores, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine media brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-amplius, angulis anticis parum prominulis, sub-

obtusis, posticis rotundatis; supra paullo convexus, viridi-aeneus, nitidus, postice crebre, dorso antico valde remote, inaequaliter et mediocriter punctatus, medio canalicula sat profunda, antice posticeque abbreviata et postice utrinque foveola parum profunda impressus; extus paullo elevatus, anguste testaceo-marginatus. Scutellum parvum, triangulare, nigrum, sub-opacum. Elytra antice prothoracis basi vix dimidio latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus non ampliata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, viridi-aenea, parum nitida, dense, breviter fulvo-pubescentia, tenuiter punctato-striata, interstitiis parum convexis, subtiliter, minus crebre granulatis; margine antice angustius, postice latius flavo-testaceo, apice intus sub-undulato. Corpus subtus nigropiceum¹, subtiliter, sub-remote punctulatum; abdomine extus sat late testaceo-marginato. Pedes flavo-testacei; articulis tarsorum apice leviter infuscatis.

159. *CHLAENIUS similatus*: niger, sub-nitidus, breviter testaceo-pubescentis; labro, palpis, antennis basi pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque viridi-aeneis, illo lato, sat profunde, crebre punctato, anguste testaceo-marginato, medio tenuiter canaliculato; elytris fusco-aeneis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis subtiliter, sub-remote granulatis; margine latiori, postice sinuato abdomineque margine flavo-testaceis. Long. $9\frac{1}{2}$, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Praecedenti similis, nonnihil minor; prothorace angustiori, undique sat crebre, profundius punctato, tenuiter canaliculato, ab illo mox distinctus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, viridi-aeneum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, sub-glabrum, ad oculos subtilissime aciculatum; fronte utrinque leviter impressa; labro palpisque flavo-testaceis; mandibulis piceis; oculis

rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae fuscae, extrorsum pubescentes, articulis tribus primis totis, reliquis apice flavo-testaceis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, lateribus ante medium modice rotundato-ampliatus, angulis anticis obtusis, rotundatis, posticis lateraliter nonnihil productis, sub-acuminatis; supra paullo convexus, viridi-aeneus, sub-nitidus, parce, breviter testaceo-pubescentis, dorso postico crebre, antice nonnihil remotius, sat profunde punctatus, medio canalicula tenui, antice posticeque abbreviata, basi utrinque late, longitudinaliter impressus; extus anguste reflexus et flavo-testaceo-marginatus. Scutellum obsolete punctulatum, nigrum, parum nitidum. Elytra antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus non ampliata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, fusco-aenea, sub-nitida, dense, breviter testaceo-pubescentia, tenuiter punctato-striata, interstitiis paullo convexis, sub-remote, subtiliter granulatis; margine basi anguste, dein late flavo-testaceo, apice intus bisinuato. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum; prothorace medio pectoreque utrinque mediocriter punctatis; abdomine subtiliter punctulato, anguste flavo-testaceo-marginato. Pedes flavo-testacei; articulis tarsorum apice leviter infuscatis.

160. *CHLAENIUS ruficornis*: niger, nitidus; antennis ferrugineis, basi, ore pedibusque rufo-testaceis; capite prothoraceque cupreo-aeneis, hoc subtiliter aciculato, illo sub-quadrato, coriaceo, valde remote punctato, ante basin utrinque profunde impresso; elytris profunde lateque striatis, interstitiis convexis, laevibus. Long. 17, lat. 7 millim.

Chlaenius quadricolor. DEJ. Spec. Gen. II. p. 377. N:o 39. non id. FABR. qui secundum Dom. SCHAUM pertinet ad *Chl. Orientalis* DEJ.

Hab. in ripis fluminis Tjoane, Caffrariae interioris.

161. *CLAENIUS robustus*: sub-nitidus, supra obscure viridi-aeneus, subtus nigro-piceus; labro, antennis pedibusque ferrugineis; capite subtiliter coriaceo; prothorace sub-quadrato, subtiliter coriaceo, valde remote, mediocriter punctato, medio tenuiter canaliculato, postice utrinque profunde impresso; elytris mediocriter sulcatis, sulcis in fundo punctulatis, interstitiis convexis, supra laevibus; margine nigro-piceo. Long. 16, lat. 7 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Chlaenio spoliato nonnihil longior et angustior. Sub-nitidus, glaber, supra obscure viridi-aeneus. Caput ovatum, supra nonnihil convexum, viridi-aeneum, nitidum, subtiliter, crebre coriaceum, postice obsolete punctulatum; labro sordide testaceo; mandibulis nigro-piceis, nitidis; palpis ferrugineis, basi dilutioribus; oculis rotundatis, convexis, brunneis, in mortuis saepe glaucis. Antennae piceae, extrorsum pubescentes, articulis tribus basalibus rufo-ferrugineis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, sub-quadratus, antice leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem perparum ampliatus, versus basin paullo angustatus, postice medio parum profunde rotundato-emarginatus, utrinque ad angulos sub-oblique truncatus, supra nonnihil convexus, obsolete coriaceus, punctis valde remotis, mediocribus, canalicula tenuissima longitudinali, antice posticeque abbreviata, basi utrinque foveola profunda, oblonga, impressus. Scutellum laeve, nigrum, sub-nitidum. Elytra antice prothoracis basi vix dimidio latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, ante apicem vix sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, mediocriter sulcata, sulcis in fundo subtiliter, vage punctulatis, interstitiis convexis, dorso laevibus; extus anguste nigro-piceo-marginata. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum; prothorace medio pectoreque subtiliter, minus

crebre punctulatis; abdomine obsolete, remote punctulato. Pedes ferruginei.

162. *CHLAENIUS validicornis*: sub-nitidus, glaber, subtus piceus; antennis crassis, fuscis, basi, labro, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque viridiaeneis vel viridi-cupreis, illo lato, subtiliter, remote punctulato, medio tenuiter, postice utrinque profunde canaliculato; elytris cupreo-violaceis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis parum convexis, utrinque sub-seriatim punctulatis. Long. $13\frac{1}{2}$, lat. 6 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Antennis brevioribus et validioribus a conspeciebus differt. Caput ovatum, supra paullo convexum, viridiaeneum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, antice utrinque non impressum; labro palpisque obscure flavo-testaceis; mandibulis piceis, basi et extrorsum dilutioribus, testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae fuscae, interdum ferrugineae, extrorsum pubescentes, articulo primo rufo-testaceo, 2 et 3 dilute ferrugineis. Prothorax latitudine media nonnihil brevior, antice sat profunde rotundato-emarginatus, anterius paullo angustior, pone apicem parum rotundato-ampliatum, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis antrorsum prominulis, obtusis, basalibus fere rectis; supra modice convexus, viridiaeneus, vel viridi-cupreus, nitidus, subtilissime coriaceus, punctis parvis, valde remotis, dorso canalicula antice posticeque nonnihil abbreviata, ad basin utrinque foveola angusta, oblonga, profunda insculptus. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum, nigro-piceum, sub-opacum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, mox pone basin perparum ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim sub-rotundata, supra paullo convexa, cupreo-violacea, sub-nitida, tenuiter punctato-striata, interstitiis

paullo convexis, utrinque sub-seriatim, remote punctulatis, intra marginem vage punctulata, serie e punctis mediocribus; margine inflexo nigro-piceo. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum; prothorace medio pectoreque utrinque subtiliter, remote punctulatis; abdomine ad latera subtiliter, medio obsolete aciculato, segmento ultimo anguste testaceo-marginato.

163. *CHLAENIUS cyanipennis*: niger, nitidus, glaber; palpis antennisque testaceo-variegatis; capite prothoraceque cupreis, illo lato, remote, mediocriter punctato, medio canaliculato, postice utrinque profunde foveolato; elytris obscure violaceis, sub-nitidis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis modice convexis, sub-laevibus. Long. $11\frac{1}{2}$ — $12\frac{1}{2}$, lat. 5— $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Poecilo cupreo magnitudine aequalis et statura non dissimilis. Caput ovatum, cupreum, nitidum, subtiliter coriaceum, nitidum, postice sub-remote punctulatum; fronte utrinque leviter, oblique impressa; labro nigro-piceo, apice profunde emarginato; mandibulis sat longis, nigro-piceis, nitidis; palpis nigro-piceis, articulis tribus ultimis apice testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae basi piceae, nitidae, glabrae, extrorsum ferrugineae, pubescentes, articulis tribus basalibus apice testaceis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice sat profunde rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-amplius, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum nonnihil prominulis, obtusis, posticis rotundatis; supra paullo convexus, cupreus, nitidus, obsolete coriaceus, valde remote, mediocriter punctatus, medio longitudinaliter canaliculatus, postice utrinque foveola profunda impressus. Scutellum triangulare, sub-laeve, vel obsolete, crebre punctulatum, nigro-piceum, parum nitidum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, singulatim rotundato-

emarginata, quam lata dimidio longiora, mox pone humeros paullo ampliata, lateribus recta, apicem versus angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, obscure violacea, minus nitida, tenuiter punctato-striata, interstitiis modice convexis, sub-laevibus, intra marginem serie e punctis minoribus. Corpus subtus nigrum, nitidum; prothorace obsolete, remote, pectore evidenter, parce punctatis; abdomine remote coriaceo. Pedes nigri, nitidi; tarsi piceis.

164. *CHLAENIUS puberulus*: niger, sub-nitidus, dense, breviter pallido-pubescentis; ore, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque viridibus, illo modice lato, sat crebre, mediocriter punctato, tenuiter canaliculato, postice utrinque leviter impresso; elytris viridibus, tenuiter punctato-striatis, interstitiis sub-planis, sat crebre granulatis. Long. 11, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Chlaenio Schranckii magnitudine fere aequalis. Caput ovatum, supra modice convexum, viridi-nitidum, parce, breviter pubescens, subtiliter, confertim, antice obsolete ruguloso-punctatum; fronte utrinque leviter impressa, labro palpisque obscure flavo-testaceis; mandibulis nigropiceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae obscure flavo-testaceae, pubescentes, articulis tribus primis dilutioribus, sub-nitidis. Prothorax mediocriter latus, latitudine paullo brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio nonnihil rotundato-ampliatus, posterius parum angustatus, angulis omnibus obtusis; supra paullo convexus, viridi-nitidus, dense, breviter pallido-pubescentis, sat crebre, mediocriter punctatus, medio longitudinaliter, tenuiter canaliculatus, canalicula antice posticeque abbreviata, ante basin utrinque leviter impressus. Scutellum triangulare, nigropiceum, obsolete punctulatum. Elytra antice prothoracis

basi dimidio latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus haud ampliata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, viridia, parum nitida, dense, breviter pallido-pubescentia, tenuiter punctato-striata, interstitiis sub-planis, sat crebre granulatis; intra marginem serie e punctis minoribus, margine inflexo nigro-piceo. Corpus subtus nigrum, nitidum, parce pubescens; prothorace pectoreque sat crebre, evidenter et inaequaliter, abdomine subtiliter, sub-remote punctulatis. Pedes flavo-testacei.

165. *CHLAENIUS modestus*: niger, sub-nitidus, breviter fusco-pubescentis; ore, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque viridi-cupreis, nitidis, illo angusto, remote, sat profunde punctato, ante medium modice ampliato, posterius angustato, sub-sinuato, dorso evidenter canaliculato, ante basin utrinque sat profunde impresso; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis paullo convexis, sub-remote, evidenter punctulatis. Long. 12, lat. 5 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Chlaenio vestito nonnihil major. Caput ovatum, supra modice convexum, viridi-cupreum, vel viridi-aeneum, nitidum, obsolete punctulatum, antice in medio sub-laeve, ad oculos tenuiter aciculatum; fronte utrinque leviter impressa; labro, palpisque flavo-testaceis; mandibulis piceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae longitudine elytrorum, tenues, flavo-testaceae, pubescentes, articulis tribus primis dilutioribus, nitidis. Prothorax angustus, latitudine haud brevior, antice posticeque leviter emarginatus, lateribus mox pone apicem modice rotundato-ampliatus, versus basin sensim angustatus, leviter sinuatus, angulis anticis haud prominulis, sub-acuminatis, posticis rectis; supra paullo convexus, viridi-cupreus, nitidus, parce pubescens, remote, sat pro-

funde punctatus, medio longitudinaliter, profunde canaliculatus, intra apicem medio transversim leviter impressus, postice utrinque foveola sat magna, longitudinali. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum, nigrum, sub-nitidum. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, singulatim rotundato-emarginata, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus haud ampliata, versus apicem angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata; supra modice convexa, nigra, sub-nitida, breviter, parce pallido-pubescentia, mediocriter punctato-striata, interstitiis paullo, anterius magis convexis, remote, evidenter punctulatis; intra marginem serie e punctis obsoletis. Corpus subtus nigrum, sub-nitidum; prothorace sub-remote, pectoreque crebrius punctulatis; abdomine subtiliter, crebre coriaceo, segmento ultimo anguste testaceo-marginato. Pedes sat longi, flavo-testacei; geniculis haud infuscatis.

166. *EPOMIS capensis*: niger, sub-nitidus, glaber; ore, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite viridi-coerulescenti, remote punctulato, antice medio sub-laevi; prothorace remote, supra sat profunde, subtus subtiliter punctato; elytris mediocriter sulcatis, interstitiis convexis, utrinque punctulatis; extus margineque abdominis anguste flavo-testaceis. Long. 19, lat. 8 millim.
Epomis capensis GORY Ann. Entom. de France II. p. 228.

Habitat in Caffraria interiore.

167. *DINODES Caffer*: oblongus, nitidus, supra violaceus, subtus piceus; labro, palpis, antennis pedibusque rufotestaceis; capite sub-rotundato, laevi; prothorace paullo convexo, valde remote, parum profunde punctato, posterius angustato; elytris brevissime fusco-pubescentibus, mediocriter punctato-sulcatis, interstitiis modice convexis, sub-laevibus, intra marginem apiceque punctulatis. Long. 18, lat. $7\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Magnus. Ab hoc genere articulo ultimo palporum magno, triangulari discrepat. Caput rotundatum, supra modice convexum, sub-laeve, violaceum, nitidum, postice punctis nonnullis mediocribus impressum, collo crasso prothoraci adfixum; labro brevi, testaceo, apice leviter rotundato-emarginato; mandibulis nigro-piceis; palpis flavo-testaceis, articulo ultimo magno, triangulari, apice oblique truncato; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae obscure rufo-testaceae, breviter pubescentes, articulis tribus basalibus dilutioribus, nitidis. Prothorax latitudine media paullo brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem rotundato-amplius, a medio basin versus angustatus, angulis omnibus obtusis, rotundatis; supra parum convexus, violaceus, nitidus, punctis valde remotis, parum profundis, medio profunde lateque canaliculatus, canalicula antice posticeque abbreviata, utrinque ad basin sat profunde, longitudinaliter impressus. Scutellum triangulare, sub-laeve, nigrum, nitidum. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi dimidio latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros modice rotundato-ampliata, lateribus recta, ante apicem leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, violacea, nitida, pube brevissima, fusca, parce adspersa, sat late, minus profunde sulcata, sulcis in fundo parum profunde punctatis, interstitiis modice convexis, laevibus; intra marginem et apicem confertim punctulata. Corpus subtus piceum, sub-remote punctulatum; abdomine medio sub-laevi. Pedes rufo-testacei.

168. *DINODES beryllinus*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; antennis basi pedibusque rufo-testaceis, tibiis posticis tarsisque omnibus piceis; capite prothoraceque viridi-aeneis, hoc subtiliter, illo mediocriter, dorso utrinque parce punctulatis; elytris violaceis, vel viridi-aeneis, brevissime pubescentibus, mediocriter striatis, inter-

stittiis parum convexis, sat crebre punctulatis. Long. 14, lat 6 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Magnitudo et similitudo *D. rufipedis*, prothorace angustiore, evidenter, dorso utrinque remotius punctato, postice longius et profundius impresso, interstitiis elytrorum crebrius et profundius punctulatis, ab illo facile distinctus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, viridi-aeneum, nitidum, subtiliter, sat crebre, inter oculos obsoletius punctulatum, collo crasso prothoraci adfixum; labro, mandibulis palpisque dilute piceis, illis articulis apice testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennae nigrae, pubescentes, articulis tribus primis rufo-testaceis, nitidis. Prothorax latitudine media brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatus, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis; supra paullo convexus, viridi-aeneus, nitidus, mediocriter, minus crebre, dorso antico utrinque parce punctato, medio canalicula tenui, antice paullo, postice magis abbreviata, basi utrinque longitudinaliter, profunde impressus. Scutellum triangulare, viridi-aeneum, nitidum, obsolete punctulatum. Elytra antice prothoracis basi vix dimidio latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, quam lata haud dimidio longiora, lateribus non ampliata, apicem versus singulatim sub-sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, violacea, vel viridi-aenea, nitida, breviter pallido-pubescentia, mediocriter profunde striata, interstitiis parum convexis, crebre, vage punctulatis, posterius intra marginem serie e punctis obsoletis. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum; prothorace pectoreque remote, evidenter, abdomine obsolete punctulatis. Pedes rufo-testacei; tibiis obscurioribus, posticis tarsisque piceis.

169. *OODES Goryi*: ovatus, niger, sub-nitidus; capite fere laevi, utrinque obsolete foveolato; prothorace magno anterieus angustato, supra paullo convexo, obsolete, transversim aciculato, longitudinaliter canaliculato, postice utrinque impresso; elytris parum convexis, profunde striatis, striis punctulatis, interstitiis convexis, laevibus. Long. 16, lat. 7 millim.

Oodes Gory BUQUET, GORY Ann. Entom. de France II. p. 229.

Habitat ad Portum Natalense.

170. *OODES puncticollis*: oblongo-ovatus, niger, sub-nitidus; capite obsolete, utrinque profundius rugoso-punctato; prothorace supra paullo convexo, sat crebre, mediocriter punctato, canaliculato, anterieus angustato, lateribus medio nonnihil rotundato-ampliato, postice utrinque longitudinaliter impresso; elytris profunde sulcatis, sulcis punctulatis, interstitiis convexis, sub-remote punctulatis. Long. 15, lat. 6½ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Praecedenti angustior, prothorace minus lato, lateribus medio nonnihil rotundato-ampliato, supra sat crebre punctulato, interstitiis elytrorum vage, sub-remote punctulatis, ab illo mox distinctus. Niger, sub-nitidus, glaber. Caput rotundatum, supra paullo convexum, antice obsolete punctulatum, ad oculos et postice evidenter rugoso-punctatum; palpis apice dilute ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Prothorax latitudine brevior, antice late, profundius, postice leviter rotundato-emarginatus, anterieus nonnihil angustior, lateribus in medio modice rotundato-ampliatum, angulis omnibus obtusis; supra fere planus, sat crebre, mediocriter punctatus, medio canalicula distincta, antice posticeque nonnihil abbreviata et basi utrinque longitudinaliter, minus profunde impressus. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum. Elytra prothoracis basi haud latiora, quam

lata dimidio longiora, ad humeros sub-recta, lateribus non ampliata, apicem versus sensim angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, sat profunde et late sulcata, sulcis punctulatis, interstitiis convexis, sub-remote, vage punctulatis. Corpus subtus remote, inaequaliter punctulatum. Tarsis piceis.

171. *OODES rufipes*: oblongo-ovatus, niger, sub-nitidus; antennis ferrugineis, basi pedibusque rufo-testaceis; capite punctulato; prothorace supra paullo convexo, sub-remote, parum profunde punctato, canaliculato, anterieus angustato, lateribus sub-recto, postice utrinque longitudinaliter impresso; elytris mediocriter punctato-sulcatis, interstitiis convexis, utrinque sub-seriatim punctulatis. Long. 10—12, lat. $4\frac{1}{2}$ —5 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Statura fere praecedentis, antennis basi pedibusque rufo-testaceis, a conspeciebus differt. Caput rotundatum, supra paullo convexum, subtiliter, sat crebre punctulatum, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro palpisque rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus primis rufo-testaceis, nitidis. Prothorax latitudine paullo brevior, antice late, sat profunde rotundato-emarginatus, postice sub-truncatus, pone apicem sensim modice ampliatus, dein lateribus sub-rectis, angulis anticis obtusis, posticis fere rectis; supra haud convexus, parum profunde, remote, inaequaliter punctatus, medio canalicula tenui, antice paullo, postice magis abbreviata, basi utrinque longitudinaliter impressus. Scutellum mediocre, triangulare, laeve. Elytra prothoracis basi non latiora, quam lata dimidio longiora, lateribus recta, apicem versus nonnihil angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, breviter, parce pubescentia, mediocriter profunde sulcata, sulcis in fundo punctatis, interstitiis convexis,

utrinque sub-seriatim, remote punctulatis, intra marginem serie e punctis mediocribus; humeris antrorsum nonnihil prominulis. Corpus subtus subtiliter, sat crebre punctulatum. Pedes rufo-testacei.

172. *OODES similatus*: ovatus, nitidus, supra aeneus, subtus nigro-piceus; antennis basi, tibiis tarsisque ferrugineis; capite prothoraceque laevibus, illo lato, anterius angustato, supra tenuiter canaliculato, intra basin utrinque foveolato; elytris parum profunde punctato-striatis, interstitiis latis, planis, laevibus. Long. 8, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria meridionali et australi.

Affinis *O. sub-aeneo* DEJ. sed major, praesertim longior. Caput rotundatum, supra paullo convexum, aeneum, nitidum, laeve, collo crasso prothoraci adfixum; labro mandibulisque nigro-piceis; palpis dilute ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae nigrae, pubescentes, articulo primo subtus rufo-ferrugineo. Prothorax latitudine postica brevior, apice leviter emarginatus, postice tri-sinuatus, anterius angustior, angulis omnibus sub-rectis; supra paullo convexus, aeneus, nitidus, impunctatus, medio tenuiter, longitudinaliter canaliculatus, canalicula antice posticeque abbreviata, intra basin utrinque foveola parva impressus. Scutellum magnum, triangulare, laeve, fusco-aeneum. Elytra antice prothoracis basi non latiora, quam lata vix dimidio longiora, lateribus recta, apicem versus angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, aenea, nitida, parum profunde punctato-striata, interstitiis latis, planis, laevibus; margine inflexo obscure ferrugineo. Corpus subtus nigro-piceum, interdum ferrugineum; prothorace laevi, pectore evidenter, sub-remote, abdomine subtiliter, crebre punctulatis. Pedes rufo-ferruginei; femoribus nigris.

173. *OODES laevicollis*: ovatus, ater, nitidus; antennis basi, palpis apice tarsisque rufo-testaceis; capite prothoraceque laevibus, illo lato, modice convexo, haud canaliculato, anterieus angustato; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, laevibus. Long. 8, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria meridionali et australi.

O. Helopioide nonnihil brevior, latior, magis convexus. Ater, nitidus, glaber. Caput rotundatum, supra paullo convexum, laeve; labro mandibulisque nigro-piceis; palpis rufo-testaceo variegatis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae nigrae, pubescentes, articulis tribus basalibus rufo-testaceis, nitidis. Prothorax latitudine postica multo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, postice leviter tri-sinuatus, pone apicem versus basin sensim rotundato-amplius, angulis anticis obtusis, posticis retrorsum nonnihil productis, sub-obtusis; supra modice convexus, laevis, medio obsolete canaliculatus, intra basin non impressus. Scutellum magnum, triangulare, laeve. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, quam lata vix dimidio longiora, lateribus fere recta, apicem versus nonnihil angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, tenuiter striata, interstitiis latis, planis, laevibus, margine inflexo rufo-piceo. Corpus subtus sublaeve. Pedes nigro-picei; tarsi rufo-ferrugineis.

174. *POGONUS Caffer*: viridi-aeneus, nitidus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace medio rotundato-ampliato, posteriorius angustato, sub-sinuato, supra laevi, intra basin transversim impresso, confertim punctulato; elytris mediocriter punctato-striatis, punctis quinque impressis, striis 6 et 7 longe ante apicem flavo-testaceum desinentibus, ibique connexis. Long. 5½, lat. 2 millim.

Habitat in Caffraria meridionali et australi

Statura fere *P. iridipennis*, sed dimidio fere minor. Caput magnum breve, rotundatum, supra paullo convexum, viridi-aeneum, nitidum, laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum, collo brevi, crasso, prothoraci adfixum; mandibulis nigro-piceis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae flavo-testaceae, basi nitidae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine media brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatus, dein posterius angustatus, sub-sinuatus, postice in medio fere transverse, utrinque oblique, leviter truncatus, angulis anticis rotundatis, posticis rectis; supra viridi-aeneus, nitidus, dorso antice modice convexus, laevis, intra basin transversim impressus, crebre punctulatus, utrinque foveolatus, medio canalicula longitudinali. Scutellum viridi-aeneum, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros sub-rotundata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis subplanis, laevibus, secundo a sutura punctis quinque impresso, striis 6 et 7 longe ante apicem desinentibus, ibique connexis; viridi-aenea, nitida, apice flavo-testacea, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obscure aeneum; prothorace pectoreque vix, abdomine subtilissime, crebre punctulatis, illo segmento ultimo apice testaceo. Pedes flavo-testacei.

VII. RHOPALOMELUS.

(α ῥόπαλον clava et μέλος articulus.)

Antennae minus tenues, articulo tertio sequentibus crassiore, multo longiore.

Labrum magnum, supra planum, apice profunde emarginatum.

Mandibulae validae, arcuatae, apice acuminatae.

Palpi maxillares breves, articulis duobus basalibus parvis, brevissimis, 3^o longo, inflexo, extrorsum nonnihil incrassato, 4^o basi tenui, cylindrico, versus apicem globoso, ultimo basi tenui, extrorsum ovato, apice subtruncato; labiales articulo penultimo oblongo, valido, inflexo, extrorsum modice incrassato, ultimo basi tenui, extrorsum ampliato, oblongo-ovato, apice truncato.

Prothorax angustus, latitudine longior, antice truncatus, postice utrinque leviter sinuatus.

Elytra oblonga, convexa, lateribus recta, ante apicem leviter sinuata, apice conjunctim rotundata.

Pedes longi, validi; tibiis parum, intermediis magis incurvis; tarsis modice dilatatis, subtus setosis, articulis 1—4 longitudine sensim decrescentibus, basi angustatis, apice leviter emarginatis, articulo ultimo longo, apicem versus clavato; unguiculis divaricatis, simplicibus, inflexis.

Facies et similitudo generis *Sphodri*, labro magno, apice profunde emarginato, structura palporum singulari, prothorace angusto tibiisque inflexis, mox distinctum. Caput oblongo-quadratum, supra modice convexum, antice utrinque sat late, sed minus profunde impressum; labro magno, sub-quadrato, supra plano, versus apicem paullo angustato, apice profunde emarginato; oculis lateralibus, mediocribus, convexis. Antennae longitudine dimidii fere corporis, minus tenues, articulo primo oblongo, crasso, basi nonnihil angustato, 2^o brevi, basi sub-coarctato, 3^o sequentibus fere duplo longiore, nonnihil crassiore, sub-cylindrico, 4—11 elongatis, inter se longitudine aequalibus, ultimo apicem versus angustato, apice obtuso. Prothorax supra paullo convexus, lateribus in medio perparum ampliatus. Scutellum sat magnum, triangulare. Elytra oblonga, quam lata fere duplo longiora, ad humeros rotundata, apicem versus sensim angustata, ibique leviter sinuata, apice conjunctim subrotundata, supra convexa. Pedes longi, validi; femoribus crassis, basi apiceque nonnihil angustatis.

175. *Rhopaiomelus angusticollis*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; antennarum articulis 4—11 ferrugineis; capite oblongo, subtilissime coriaceo; prothorace longo, angusto, supra subtilissime, transversim aciculato, medio canaliculato, lateribus ante medium perparum ampliato; elytris tenuiter sulcatis, sulcis subtiliter, remote punctulatis, interstitiis convexis, obsolete punctulatis. Long. 28, lat. 11 millim.

Habitat in Caffraria australi.

Sphodro leucophthalmo LINN. major. Nigro-piceus, supra nitidus, subtus opacus. Caput oblongum, supra modice convexum, subtilissime, crebre coriaceum, antice utrinque tenuiter aciculatum, sat late et profunde impressum, canalicula tenui, transversa; palpis rufopiceis; oculis parvis, rotundatis, convexis, glaucis. Antennae capite cum prothorace nonnihil longiores, articulis 1—3 nigro-piceis, nitidis, glabris, reliquis obscure ferrugineis, pubescentibus. Prothorax capite vix latior, latitudine longior, apice truncatus, postice utrinque leviter sinuatus, lateribus ante medium perparum ampliatus, angulis anticis sub-rectis, posticis obtusis; supra convexiusculus, subtiliter, sat crebre, transversim aciculatus, medio canalicula antice paullo, postice magis abbreviata, utrinque intra basin leviter et longitudinaliter impressus, lateribus evidenter reflexo-marginatus. Scutellum triangulare, sublaeve. Elytra oblonga, antice prothoracis basi paullo latiora, mox pone basin citius rotundato-ampliata, dein lateribus longe ultra medium recta, apicem versus angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, parum profunde sulcata, sulcis in fundo subtiliter, sub-remote punctulatis, interstitiis modice convexis, obsolete, intra marginem evidenter, remotius punctulatis, ibique serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obsolete, minus crebre punctulatum; prothorace sublaeve. Pedes

longi, validi; tibiis canaliculatis, intermediis magis, posticis parum incurvis, apice fulvescentibus.

176. *EULEPTES Caffer*: niger, opacus; pedibus flavo-testaceis, geniculis tarsisque nigro-fuscis, prothorace sub-rotundato, ante medium ampliato, posterius angustato, supra transversim, subtiliter aciculato, angulis basalibus rotundatis; elytris mediocriter striatis, interstitiis sub-planis, laevibus. Long. 10, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria meridionali et australi.

Statura et similitudo *E. geniculati* KLUG nonnihil major, antennis totis nigris, angulis posticis prothoracis rotundatis, ab illo mox distinctus. Caput ovatum, supra paullo convexum, nigrum, parum nitidum, obsoletissime coriaceum, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro, mandibulis palpisque piceis, illis articulis apice testaceis; oculis rotundatis, minus convexis, brunneis. Antennae nigrae, pubescentes, articulis tribus primis nitidis, glabris, tertio saepe piceo. Prothorax latitudine non longior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem fere ad medium modice rotundato-ampliatum, postice sub-truncatus, angulis anticis obtusis, basalibus rotundatis; supra fere planus, niger, opacus, subtiliter, transversim aciculatus, medio tenuiter et longitudinaliter canaliculatus, marginibus undique, posterius magis reflexis. Scutellum parvum, triangulare, nigrum, opacum, crebre punctulatum. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi nonnihil latiora, singulatim rotundato-emarginata, mox pone basin late rotundato-ampliatum, dein lateribus haud ampliatum, apicem versus nonnihil angustatum, ante apicem singulatim leviter sinuatum, apice conjunctim rotundatum, supra paullo convexum, nigra, opaca, anguste obscure ferrugineo-marginata, mediocriter striata, striis haud punctulatis, interstitiis sub-planis, laevibus, intra marginem serie e punctis remotis, mediocribus. Corpus subtus nigro-piceum,

abdomine basi utrinque subtiliter coriaceo. Pedes sat longi, flavo-testacei; geniculis tarsisque nigro-fuscis.

177. *MEGALONYCHUS latipennis*: supra niger, sub-nitidus, subtus ferrugineus; antennis ferrugineis; palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace sub-rotundato, lateribus in medio valde rotundato-ampliato, ferrugineo-marginato, confertim, mediocriter, dorso subtiliter rugoso-punctato; elytris ovatis, mediocriter punctato-striatis, interstitiis paullo convexis, laevibus, secundo punctis tribus impresso. Long. 12, lat. $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Anchomeno longiventre vix brevior, sed latior. Caput rotundatum, supra paullo convexum, nigrum, nitidum, sub-laeve, ad oculos tenuiter, oblique aciculatum, antice utrinque leviter impressum; labro piceo; mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus basalibus nitidis, glabris, primo dilutiore. Prothorax latitudine brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem sensim, medio valde rotundato-ampliatum, dein posterius cito angustatum, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis, supra paullo convexus, niger, sub-nitidus, mediocriter, crebre, dorso subtiliter, remotius punctatus, medio canalicula longitudinali, antice posticeque abbreviata, marginibus reflexis, ferrugineis. Scutellum mediocre, triangulare, crebre, oblique aciculatum, nigrum, parum nitidum. Elytra antice prothoracis basi multo latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros late rotundato-ampliatum, dein lateribus recta, ante apicem singulatim sat profunde sinuata, ad suturam modice producta, conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigra, parum nitida, mediocriter punctato-striata, interstitiis paullo convexis, laevibus, secundo punctis tribus minoribus impresso; margine inflexo, nigro-

piceo, intra marginem serie e punctis mediocribus. Corpus subtus ferrugineum, sub-nitidum; prothorace obsolete, pectoreque evidenter, subremote, abdomine utrinque basi obsolete, crebre punctulatis. Pedes flavo-testacei.

178. MEGALONYCHUS *gilvipes*: supra niger, parum nitidus, subtus ferrugineus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace angustiore, lateribus ante medium modice rotundato-ampliato, ferrugineo-marginato, supra subtiliter, crebre rugoso-punctato, antice sub-laevi; elytris oblongo-ovatis, subtiliter punctato-striatis, interstitiis planis, subtilissime, crebre punctulatis, secundo punctis tribus impresso; margine ferrugineo. Long. 12, lat. ♂ 5, ♀ 5 $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Praecedenti certe affinis, illo longitudine aequalis, angustior, prothorace multo angustiore, subtiliter rugoso-punctato, dorso sub-laevi, elytris distincte etsi anguste ferrugineo-marginatis, subtiliter punctato-striatis. Caput rotundatum, supra paullo convexum, nigrum, nitidum, sub-laeve, ad oculos vix, vel obsoletissime aciculatum, antice utrinque evidenter impressum; labro piceo, ferrugineo-marginato; mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus primis flavo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine media vix brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem fere ad medium modice rotundato-amplius, dein posterius angustatus, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis, supra paullo convexus, niger, parum nitidus, lateribus et postice crebre, subtiliter rugoso-punctatus, dorso antico sub-laevis, medio longitudinaliter, evidenter canaliculatus, canalicula antice posticeque nonnihil abbreviata, margine laterali reflexo, ferrugineo. Scutellum mediocre, triangulare, nigro-piceum, parum nitidum, tenuiter aciculatum. Elytra in mare

oblonga, in femina sub-ovata, in utroque sexu antice prothoracis basi latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, ad humeros late rotundato-ampliata, lateribus fere recta, ante apicem singulatim profunde sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, nigra, parum nitida, in femina sub-opaca, distincte etsi anguste ferrugineo-marginata, parum profunde punctato-striata, interstitiis planis, subtilissime et creberrime punctulatis, secundo punctis tribus minoribus impresso, intra marginem serie e punctis majoribus. Corpus subtus ferrugineum, sub-nitidum, obsolete punctulatum. Pedes flavo-testacei.

179. *MEGALONYCHUS interstitialis*: nigro-piceus, parum nitidus; antennis ferrugineis, basi, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace angustiore, lateribus ante medium modice rotundato-ampliato, ferrugineo-marginato, subtiliter, crebre rugoso-punctato, dorso antico subtiliter aciculato; elytris oblongo-ovatis, nigris, tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, subtilissime, creberrime punctulatis, secundo punctis tribus obsolete; apice singulatim acuminatis, margine ferrugineo. Long. 12, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria australi.

Praecedenti simillimus, prothorace dorso subtiliter, transversim aciculato, elytris tenuiter punctato-striatis, apice truncatis, singulatim ad suturam acuminatis, ab illo fere unice distinctus. Caput, ore oculisque omnino ut in illo. Antennae obscure ferrugineae, pubescentes, articulis tribus basalibus glabris, nitidis, primo rufo-testaceo. Prothorax fere ut in *M. gilvipedes* constructus et coloratus, nonnihil tamen brevior, supra subtiliter rugoso-punctatus, dorso antico transversim, tenuiter aciculatus. Scutellum triangulare, nigro-piceum, sub-nitidum, laeve. Elytra ut in praecedente formata et colorata, ante apicem profunde sinuata, apice ipso conjunctim

truncata, ad suturam breviter acuminata, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, subtilissime et creberrime punctulatis, secundo punctis tribus obsolete impresso. Corpus subtus cum pedibus ut in praecedenti.

180. *MEGALONYCHUS oblongus*: supra niger, subtus ferrugineus; antennis palpisque rufo-ferrugineis; pedibus rufo-testaceis; capite prothoraceque nitidis, illo anteriori paullo rotundato-ampliato, supra subtiliter, minus crebre rugoso-punctato, dorso antico obsolete, transversim aciculato; elytris oblongis, sub-opacis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, subtiliter, confertim punctulatis, apice oblique angustatis, singulatim rotundatis; femoribus crassis. Long. 13—14, lat. $4\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Ab hoc genere nonnihil differt, praecedentibus longior et angustior. Caput oblongo-quadratum, nigrum, nitidum, supra paullo convexum, obsolete coriaceum, antice utrinque leviter impressum; labro mandibulisque obscure ferrugineis; palpis dilute rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, parum convexis, nigro-brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, basi nitidae, glabrae. Prothorax latitudine paullo brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, pone apicem ad medium nonnihil rotundato-ampliatum, posterius sensim angustatus, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis; supra paullo convexus, niger, nitidus, subtiliter, crebre rugoso-punctatus, dorso antico obsolete, transversim aciculatus, medio canalicula tenui, antice minus, postice magis abbreviata, basi utrinque late, minus profunde impressus, marginibus modice elevatis, obscure ferrugineis. Scutellum triangulare, nigrum, nitidum, laeve. Elytra oblonga, antice prothoracis basi nonnihil latiora, singulatim rotundato-emarginata, mox pone basin paullo ampliata, lateribus fere recta, apicem versus oblique angustata, apice singulatim rotundata, supra paullo convexa, nigra, sub-opaca, tenuiter

punctato-striata, interstitiis subtiliter, confertim punctulatis; margine obscure ferrugineo, intra marginem serie e punctis mediocribus. Corpus subtus ferrugineum, subnitidum, obsolete, sat crebre punctulatum. Pedes sat longi, flavo-testacei; femoribus praesertim anticis medio incrassatis.

181. *MEGALONYCHUS gracilis*: nigro-piceus, sub-nitidus; pedibus flavo-testaceis; capite sub-laeve; prothorace anteriorius paullo rotundato-ampliato, supra subtiliter, crebre rugoso-punctato, dorso antico sub-laevi; elytris oblongis, opacis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, subtilissime et creberrime punctulatis, secundo punctis 4 l. 5; apice singulatim sinuatis, sub-truncatis; femoribus parum incrassatis. Long. 12, lat. 4 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Praecedenti affinis, prothorace dorso antico laevi, elytris versus apicem singulatim sinuatis, femoribus minus crassis, ab illo bene distinctus. Caput oblongo-quadratum, nigrum, nitidum, supra paullo convexum, sub-laeve, antice utrinque leviter impressum; labro, mandibulis, palpisque nigro-piceis, nitidis; oculis rotundatis, parum convexis, nigro-brunneis. Antennae obscure ferrugineae, articulis tribus basalibus piceis, nitidis, glabris, apice ferrugineis. Prothorax latitudine haud brevior, antice posticeque leviter rotundato-emarginatus, pone apicem ad medium nonnihil rotundato-ampliatius, dein posterius sensim angustatus, angulis anticis sub-obtusis, posticis rotundatis; supra paullo convexus, niger, nitidus, subtiliter, crebre rugoso-punctatus, dorso antico sub-laevis, medio canalicula tenui, postice abbreviata inculptus, intra basin utrinque late, parum profunde impressus, marginibus modice elevatis, obscure ferrugineis. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum, nigrum, parum nitidum. Elytra oblonga, antice prothoracis basi nonnihil

latiora, singulatim rotundato-emarginata, ad humeros late rotundata, lateribus perparum ampliata, apice angustata, singulatim sinuata, apice ipso sub-truncata, supra paullo convexa, picea, opaca, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, subtiliter, crebre punctulatis, secundo a sutura punctis 4 vel 5 parvis impresso; intra marginem serie e punctis mediocribus, margine dilutiore. Corpus subtus piceum, obsolete, sat crebre punctulatum. Pedes flavo-testacei; femoribus medio parum incrassatis.

182. *ANCHOMENUS natalensis*: obscure aeneus, parum nitidus; antennis basi pedibusque flavo-testaceis; prothorace parvo, sordide testaceo-marginato, posterius angustato, supra transversim, obsolete aciculato, basi utrinque leviter impresso; elytris tenuiter striatis, interstitiis parum convexis, sub-laevibus; margine inflexo flavo-testaceo. Long. 7, lat. $3\frac{3}{4}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Statura fere *Anchomeni prasini* nonnihil tamen major. Caput ovatum, supra paullo convexum, aeneum, sub-nitidum, laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro, mandibulis palpisque piceis; oculis rotundatis, convexis, brunneis vel glaucis. Antennae fusco-ferrugineae, pubescentes, articulis tribus primis rufo-testaceis, nitidis, glabris. Prothorax latitudine haud brevior, antice capite vix latior, leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem rotundato-ampliatum, posterius cito angustatus, sub-sinuatus, basi fere truncatus, angulis anticis sub-obtusis, posticis rotundatis; supra nonnihil convexus, obscure aeneus, sub-nitidus, transversim minus crebre, obsolete aciculatus, medio tenuiter et longitudinaliter canaliculatus, postice utrinque parum profunde impressus, marginibus anterieus modice, postice magis reflexis, sordide flavo-testaceis. Scutellum triangulare, obscure aeneum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi duplo latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, quam lata vix

dimidio longiora, ad humeros citius rotundato-ampliata, lateribus non ampliata, apice singulatim sinuata, conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, obscure aenea, sub-opaca, tenuiter striata, interstitiis paullo convexis, sub-laevibus, intra marginem serie e punctis remotis; margine inflexo flavo-testaceo. Corpus subtus nigro-aeneum, sub-nitidum, obsolete, crebre punctulatum, segmento ultimo abdominis extus testaceo-marginato. Pedes graciles, flavo-testacei.

183. *ANCHOMENUS alacer*: niger, nitidus, supra aeneo-micans; antennis et palpis basi pedibusque rufo-testaceis; prothorace rotundato, obsolete, transversim aciculato, basi utrinque leviter impresso, extus ferrugineo-marginato; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis sub-convexis, laevibus, secundo punctis tribus impresso, margine inflexo testaceo. Long. 8, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

A. viduo proximus, nonnihil longior et angustior. Caput ovatum, supra paullo convexum, nigro-aeneum, sub-nitidum, laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro, mandibulis palpisque nigro-piceis, nitidis, illis articulis apice ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae nigrae, pubescentes, articulis basalibus glabris, nitidis, primo toto, reliquis apice rufo-testaceis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, apice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-amplius, antice minus, postice magis angustatus, basi sub-truncatus, angulis anticis fere rectis, posticis rotundatis; supra nonnihil convexus, nigro-aeneus, nitidus, obsolete, transversim, sub-remote aciculatus, medio tenuiter canaliculatus, intra basin utrinque parum profunde impressus, marginibus parum elevatis, subtus testaceo-marginatis. Scutellum triangulare, nigrum, sub-nitidum, laeve. Elytra antice pro-

thoracis basi duplo latiora, singulatim leviter rotundato-emarginata, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros citius rotundato-ampliata, lateribus recta, apice angustata, singulatim sinuata, supra modice convexa, nigro-aenea, nitida, mediocriter punctato-striata, interstitiis sub-convexis, laevibus, secundo punctis tribus parum profundis impresso; intra marginem serie e punctis mediocribus, margine inflexo flavo-testaceo. Corpus subtus nigrum, parum nitidum, vix punctulatum. Pedes rufo-testacei, interdum picei; articulis tarsorum apice obscurioribus.

184. *DRIMOSTOMA laticolle*: oblongo-ovatum, nigro-piceum, nitidum; palpis antennisque obscure, pedibus dilute rufo-ferrugineis; prothorace brevi, lato, laevi, medio tenuiter, basi utrinque profunde, longitudinaliter canaliculato, posterius angustato, sub-sinuato, angulis rectis; elytris sat profunde sulcatis, sulcis punctulatis, interstitiis convexis, laevibus. Long. 7, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria australi.

D. sulcipenni DEJ. affinis, dimidio major et ultra. Nigro-piceum, nitidum, glabrum. Caput ovatum, supra modice convexum, laeve, antice utrinque longitudinaliter canaliculatum; labro mandibulisque longis, exsertis, nigro-piceis; palpis obscure ferrugineis, nitidis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae breves, crassae, nigrae, pubescentes, basi apiceque obscure ferrugineae. Prothorax latitudine media multo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem citius rotundato-ampliatus, pone medium versus basin sensim angustatus, basi sub-truncatus, angulis anticis fere obtusis, posticis rectis; supra convexusculus, laevis, medio canalicula tenui, antice abbreviata et postice utrinque altera profunda, longitudinali impressus, marginibus angustis, parum reflexis. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum,

tum, nigro-piceum, parum nitidum. Elytra antice prothoracis basi vix dimidio latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, sat profunde sulcata, sulcis in fundo seriatim punctulatis, interstitiis convexis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo ferrugineo. Corpus subtus sub-remote, parum profunde punctatum. Pedes dilute rufo-ferruginei.

185. *DRIMOSTOMA amaroide*: ovatum, nigro-piceum, nitidum, labro, palpis, antennis pedibusque rufo-testaceis; prothorace brevi, lato, supra laevi, medio tenuiter, basi utrinque profunde canaliculato, posterius minus angustato, angulis rectis; elytris mediocriter sulcatis, sulcis punctulatis, interstitiis convexis, laevibus. Long. 6, lat $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria australi.

D. ebenino KLUG affinis videtur. Anne ab illo distinctum? Nigro-piceum, nitidum, glabrum. Caput ovatum, supra modice convexum, laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro palpisque rufo-testaceis; mandibulis magnis, exsertis, nigro-piceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae breves, crassae, rufo-testaceae, basi nitidae, glabrae, extrorsum pubescentes. Prothorax latitudine multo brevior, apice late, leviter emarginatus, lateribus mox pone apicem ad medium rotundato-ampliatus, dein versus basin sensim nonnihil angustatus, non sinuatus, postice medio sub-truncatus, utrinque ad angulos leviter excisus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra nonnihil convexus, nigro-piceus, nitidus, obsoletissime, crebre punctulatus, medio tenuiter, basi utrinque profunde, longitudinaliter canaliculatus, margine anguste reflexo, subtus obscure ferrugineo. Scutellum triangulare, laeve, rufo-ferrugineum,

nitidum. Elytra antice prothoracis basi paullo latiora, quam lata vix dimidio longiora, mox ad humeros modice rotundato-ampliata, lateribus fere recta, apice conjunctim late rotundata, supra nonnihil convexa, nigropicea, nitida, apice ferruginea, undique mediocriter sulcata et in sulcis punctulata, interstitiis convexis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus piceum, sub-nitidum; prothorace sub-laevi, pectore abdomineque crebre, subtiliter punctulatis, illo segmentis apice rufo-ferrugineis. Pedes rufo-testacei.

186. FERONIA (ARGUTOR) *ferruginea*: oblonga, ferruginea, nitida; oculis nigris; capite obsoletissime, crebre punctulato; prothorace magno, sub-quadrato, supra obsolete, remote, transversim aciculato, medio tenuiter, postice utrinque evidenter canaliculato, anterius nonnihil angustato; elytris cyaneo-micantibus, mediocriter sulcatis, interstitiis sub-convexis, laevibus. Long. 8—9 lat. $3\frac{3}{4}$ —4 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

F. Abaxoide nonnihil minor, prothorace minus lato ut et colore ab illa mox distincta. Tota ferruginea, nitida. Caput ovatum, obsoletissime, crebre punctulatum, antice utrinque leviter impressum, inter impressiones canalicula tenui, transversa; mandibulis apice nigropiceis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae basi glabrae, nitidae, dilute ferrugineae, extrorsum obscuriores, pubescentes. Prothorax latitudine postica parum brevior, antice late, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem sensim nonnihil rotundato-ampliatus, dein lateribus rectis, angulis omnibus obtusis, supra paullo convexus, obsolete, remote, transversim aciculatus, medio parum profunde canaliculatus, basi utrinque longitudinaliter impressus. Scutellum breviter triangulare, obsolete punctulatum. Elytra antice prothoracis basi vix latiora, quam lata

fere dimidio longiora, mox pone basin perparum ampliata, infra medium apicem versus sensim angustata, ibique singulatim leviter sinuata, apice ipso conjunctim rotundata, supra modice convexa, certo situ cyaneo-micantia, mediocriter profunde sulcata, interstitiis subconvexis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obsolete punctulatum; prothorace sub-laevi. Tibiae parce spinulosae.

187. FERONIA (ARGUTOR) *trivialis*: oblongo-ovata, supra nigro-picea, nitida, subtus ferruginea; labro, palpis, antennis pedibusque rufo-testaceis; prothorace magno, sub-quadrato, supra sub-laevi, medio tenuiter canaliculato, postice utrinque minus profunde, longitudinaliter impresso, anterie nonnihil angustato; elytris mediocriter striatis, interstitiis sub-planis, laevibus. Long. $6\frac{1}{2}$ lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria australi.

Statura fere praecedentis, sed minor, aliter colorata. Caput ovatum, supra modice convexum, nigro-piceum, sub-nitidum, laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro palpisque rufo-testaceis; mandibulis nigro-piceis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, articulis tribus primis dilutioribus, glabris, nitidis. Prothorax latitudine postica nonnihil brevior, antice late, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatum, dein rectus, angulis omnibus sub-obtusis; supra paullo convexus, laevis, nigro-piceus, nitidus, margine undique dilutiore; medio tenuiter canaliculatus, canalicula antice abbreviata, postice utrinque longitudinaliter impressus. Scutellum breviter triangulare, obsolete punctulatum, obscure ferrugineum, parum nitidum. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, quam lata vix dimidio longiora, pone basin nonnihil ampliata, a medio apicem versus sensim

angustata, apice singulatim sub-rotundata, supra modice convexa, nigro-picea, nitida, mediocriter striata, interstitiis sub-planis, laevibus; intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo ferrugineo. Corpus subtus ferrugineum, subtiliter, sub-remote punctulatum; prothorace laevi. Pedes rufo-testacei; tibiis tarsisque obscurioribus.

188. FERONIA (ARGUTOR) *amoenula*: oblongo-ovata, rufo-testacea, nitida; mandibulis apice nigro-piceis; prothorace lato, laevi, anterius nonnihil angustato, medio obsolete canaliculato, basi non impresso; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis sub-planis, laevibus, sutura, fascia lata, transversa in medio margineque posterius nigris. Long. 5, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura fere praecedentis, sed minor. Rufo-testacea, nitida, glabra. Caput ovatum, supra modice convexum, laeve, antice non impressum; mandibulis apice nigro-piceis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae pubescentes, basi dilutiores, glabrae, nitidae. Prothorax latitudine postica dimidio fere brevior, antice late, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem nonnihil ampliatus, dein lateribus fere rectus, angulis omnibus sub-obtusis; supra nonnihil convexus, sub-laevis, intra basin non impressus, medio canalicula longitudinali, tenuissima, antice posticeque abbreviata. Scutellum breviter triangulare, obsolete punctulatum. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, quam lata vix dimidio longiora, pone basin nonnihil ampliata, a medio apicem versus sensim perparum angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis sub-planis, laevibus; sutura, fascia media lata, transversa, margineque postico nigris; intra marginem serie e punctis ma-

goribus. Corpus subtus obsolete punctulatum; prothorace laevi. Tibiae parce spinulosae.

189. FERONIA (ARGUTOR) *gilvipes*: oblonga, supra aenea, nitida, subtus nigra; palpis, antennis basi pedibusque flavo-testaceis; prothorace angusto, supra subtilissime, transversim aciculato, medio tenuiter, postice utrinque profunde canaliculato, ante medium ampliato, posterius angustato, sub-sinuato; elytris oblongo-ovatis, dorso evidenter, lateribus obsolete punctato-striatis, interstitiis laevibus, secundo punctis tribus impresso, margine inflexo piceo. Long. 6, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

F. rubripedi paullo major, prothorace angustiore. Caput ovatum, supra modice convexum, aeneum, nitidum, laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum, transversim, tenuiter canaliculatum; mandibulis nigropiceis; palpis flavo-testaceis, articulo ultimo medio leviter infuscato; oculis ovatis, modice convexis, brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus primis flavo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice vix rotundato-emarginatus, mox pone apicem rotundato-ampliatum, a medio versus basin angustatus, sub-sinuatus, postice fere truncatus, angulis anticis fere obtusis, basalibus rectis; supra nonnihil convexus, aeneus, nitidus, subtilissime, transversim aciculatus, medio canalicula evidentiori, antice posticeque abbreviata et basi utrinque altera, profunda; margine leviter reflexo. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum, aeneum, parum nitidum. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apicem versus angustata, singulatim sinuata, conjunctim rotundata, supra paullo convexa, aenea, nitida, dorso evidenter, lateribus obsolete punctato-striata, interstitiis planis, laevibus, secundo punctis tribus mediocribus impresso, intra

marginem serie e punctis profundioribus; margine inflexo piceo, vel testaceo. Corpus subtus nigrum, sub-opacum; abdomine obsolete coriaceo, segmento ultimo apice testaceo-marginato. Pedes flavo-testacei.

190. FERONIA (ARGUTOR) *confinis*: oblonga, supra obscure aenea, nitida, subtus nigra; palpis, antennis basi, tibiis tarsisque rufo-testaceis; prothorace medio valde rotundato-ampliato, supra obsolete, transversim aciculato, medio tenuiter, postice utrinque profunde canaliculato, basi sub-remote punctato; elytris oblongo-ovatis, mediocriter striatis, interstitiis sub-planis, laevibus. Long. 5, lat. 2 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Praecedenti nonnihil minor, praesertim angustior; prothorace medio magis rotundato-ampliato, postice sub-remote punctato, elytris undique aequaliter profunde striatis, interstitio secundo impunctato, femoribus nigropiceis, ab illo facile distinctus. Caput ovatum, supra modice convexum, obscure aeneum, nitidum, laeve, antice utrinque sub-oblique, longitudinaliter impressum; labro mandibulisque piceis; palpis flavo-testaceis, articulo ultimo medio leviter infuscato; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus primis flavo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine media dimidio fere brevior, basi apiceque sub-truncatus, anterie minus, posterius magis angustatus, lateribus valde rotundato-ampliatum, angulis anticis rotundatis, posticis rectis; supra modice convexum, obscure aeneum, nitidum, obsolete, transversim aciculatum, medio tenuiter, basi utrinque profundius, longitudinaliter canaliculatum, postice inter impressiones sub-remote, mediocriter punctatum. Scutellum parvum, triangulare, laeve. Elytra oblonga, antice prothoracis basi latiora, mox ad basin modice rotundato-ampliatum, lateribus recta, versus apicem sensim angustata, leviter si-

nuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, obscure aenea, nitida, mediocriter striata, interstitiis sub-planis, laevibus; intra marginem serie e punctis remotis, profundioribus, margine inflexo testaceo. Corpus subtus nigrum, opacum, sub-laeve. Pedes rufo-testacei; femoribus nigris.

191. FERONIA (ARGUTOR) *pygmaea*: oblonga, supra obscure aenea, nitida, subtus nigra; palpis, antennis basi pedibusque flavo-testaceis; prothorace ante medium rotundato-ampliato, posterius angustato, sub-sinuato, supra sub-laevi, medio tenuiter, postice utrinque profundius canaliculato, basi parce punctato; elytris evidenter striatis, interstitiis sub-planis, laevibus. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. ♂ 2, ♀ 3 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Affinis certe praecedenti, prothorace posterius magis angustato, sub-sinuato, basi parcius punctato, pedibus totis flavo-testaceis, ab illo differt. Caput ovatum, supra modice convexum, nigro-aeneum, nitidum, laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro mandibulisque ferrugineis, illis apice piceis; palpis flavo-testaceis, articulo ultimo basi leviter infuscato; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae piceae, pubescentes, articulis tribus primis flavo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice posticeque sub-truncatus, mox pone apicem ultra medium rotundato-ampliatum, dein lateribus citius angustatus, sub-sinuatus, angulis anticis rotundatis, posticis rectis; supra modice convexus, nigro-aeneus, nitidus, laevis, medio tenuiter, basi utrinque profundius, longitudinaliter canaliculatus, basi intra impressiones parce, mediocriter punctulatus. Scutellum parvum, triangulare, laeve, nigro-aeneum, sub nitidum. Elytra in mare oblongo-ovata, in femina sub-ovata, in utroque sexu prothoracis basi dimidio latiora, mox pone basin rotundato-ampliata, lateribus recta, pone medium

apicem versus sensim angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, obscure aenea, nitida, apice interdum rufo-picea, medio-criter et evidenter striata, interstitiis sub-planis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus; margine inflexo rufo-piceo. Corpus subtus nigrum, sub-opacum, vix punctatum. Pedes flavo-testacei.

192. FERONIA (ARGUTOR) *obtusa*: oblongo-ovata, nigra, nitida; labro, palpis, antennis basi pedibusque rufo-testaceis; prothorace ante medium rotundato-ampliato, dein posterius cito angustato, sub-sinuato, supra laevi, medio distincte, basi utrinque profundius canaliculato; elytris ovatis, profunde striatis, interstitiis sub-planis, laevibus. Long. 5, lat. 3 millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

Praecedentibus affinis, nigra, elytris latioribus, profundius striatis. Caput ovatum, nigrum, nitidum, supra paullo convexum, sub-laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae nigro-piceae, pubescentes et parce pilosae, articulis tribus basalibus rufo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine brevior, antice posticeque sub-truncatus, mox pone apicem valde rotundato-ampliatum, posterius subito angustatus, sub-sinuatus, angulis rotundatis, posticis lateraliter paullo extensis, fere rectis; supra nonnihil convexus, laevis, nigro-piceus, nitidus, medio distincte, postice utrinque profundius canaliculatus, lateribus anguste reflexo-marginatus. Scutellum parvum, triangulare, laeve, ferrugineum. Elytra ovata, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, prothoracis basi duplo latiora, ad humeros rotundato-ampliatum, lateribus fere recta, apicem versus angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigro-picea, nitida, profunde striata, interstitiis fere planis,

laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo rufo-piceo. Corpus subtus sub-laeve, segmento ultimo rufo-ferrugineo. Pedes rufo-testacei.

193. FERONIA (ARGUTOR) *pumila*: oblonga, supra nigro-aenea, nitida, subtus picea; labro, palpis antennisque basi rufo-testaceis, illis extrorsum ferrugineis; prothorace ante medium modice rotundato-ampliato, posterius modice angustato, supra paullo convexo, obsolete, transversim aciculato, medio tenuiter, basi utrinque parum profunde canaliculato; elytris mediocriter striatis, interstitiis sub-convexis, laevibus. Long. 5, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

F. vernali statura non dissimilis, nonnihil minor. Supra nigro-aenea, nitida, subtus picea. Caput ovatum, supra nonnihil convexum, laeve, antice utrinque longitudinaliter impressum; labro palpisque rufo-testaceis; mandibulis rufo-piceis; oculis ovatis, modice convexis, brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus basalibus rufo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine postica brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, postice truncatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatum, versus basin minus subito angustatus, angulis anticis sub-obtusis, posticis rectis; supra convexiusculus, subtilissime, remote, transversim aciculatus, medio parum profunde, basi utrinque evidentius, longitudinaliter canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, laeve. Elytra antice prothoracis basi latiora, quam lata fere dimidio longiora, ad humeros modice rotundato-ampliatum, lateribus recta, apicem versus angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, mediocriter striata, apice rufo-picea, interstitiis parum convexis, laevibus; intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo piceo. Corpus

subtus obsolete punctulatum, nigro-piceum, parum nitidum. Pedes rufo-testacei.

194. FERONIA (STEROPUS) *natalensis*: oblonga, nigra, nitida; antennis, palpis tarsisque ferrugineis; prothorace sub-quadrato, lateribus angulisque posticis rotundatis, supra obsoletissime, remote, transversim aciculato, medio tenuiter, utrinque intra basin obsolete canaliculato; elytris sat profunde striatis, interstitiis convexis, laevibus. Long. 11, lat. 4 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Feroniae Caffrae DEJEAN affinis videtur, sed minor, antennis basi, palpis tarsisque ferrugineis, interstitio secundo impunctato. Nigra, nitida, glabra. Caput magnum, ovatum, supra nonnihil convexum, sub-laeve, obsoletissime coriaceum, antice transversim, tenuiter canaliculatum, utrinque breviter et longitudinaliter impressum; labro ferrugineo-marginato; palpis ferrugineis; oculis parvis, rotundatis, parum convexis, glaucis. Antennae ferrugineae, basi nitidae, glabrae, dein pubescentes. Prothorax latitudine vix brevior, antice leviter rotundato-ampliatum, posterius nonnihil angustatum, angulis anticis sub-obtusis, posticis late rotundatis; supra nonnihil convexus, obsoletissime, remote, transversim aciculatus, medio tenuiter canaliculatus, utrinque intra basin obsolete, breviter et longitudinaliter impressus. Scutellum breviter triangulare, laeve, nitidum. Elytra oblongo-ovata, antice prothoracis basi nonnihil latiora, singulatim leviter rotundato-ampliata, quam lata dimidio longiora, ad humeros paullo ampliata, pone medium apicem versus sensim angustata, singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, sat profunde striata, interstitiis paullo convexis, laevibus; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, segmento ultimo anguste ferrugineo-marginato. Pedes validi; tarsi ferrugineis.

195. FERONIA (STEROPUS) *lenis*: oblonga, supra nigro-aenea, nitida, subtus ferruginea; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace sub-ovato, lateribus angulisque posticis rotundatis; supra obsoletissime, remote aciculato, medio tenuiter canaliculato, basi utrinque leviter impresso; elytris sub-convexis, tenuiter striatis, interstitiis parum convexis, laevibus. Long. 9, lat. 4 millim.

Molops lenis. GERM. Ins. Spec. p. 22. N:o 35.

Feronia (Steropus) lenis. DEJ. Spec. Gen. III. p. 303. N:o 97.

Habitat in Caffraria meridionali.

196. FERONIA (OMASEUS) *nigrina*: nigra, nitida; palpis tarsisque ferrugineis; prothorace lato, lateribus in medio rotundato-ampliato, supra laevi, basi utrinque punctato, profunde canaliculato; elytris mediocriter striatis, interstitiis parum convexis, laevibus, secundo in medio puncto parvo impresso. Long. 10, lat. 4½ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

F. nigrinae colore similis, illa non longior, sed nonnihil latior, prothorace latiore, lateribus rotundato-ampliato, basi utrinque profunde canaliculato, elytris striatis, striis impunctatis. Nigra, nitida, glabra. Caput mediocre, ovatum, supra paullo convexum, sub-laeve, antice transversim, obsolete canaliculatum, utrinque sat profunde impressum; labro piceo, lateribus ferrugineo-marginato; palpis ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae nigro-piceae, pubescentes. Prothorax latitudine media brevior, apice late rotundato-emarginatus, mox pone apicem ad medium rotundato-ampliatum, dein modice angustatus, sub-sinuatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis lateraliter nonnihil extensis, acutis; supra convexiusculus, obsoletissime, sub-remote, transversim aciculatus, medio tenuiter et longitudinaliter, postice utrinque profunde canaliculatus, inter canaliculas subtiliter punctatus. Scutellum parvum, triangulare,

sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros modice rotundato-ampliata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim sinuata; supra modice convexa, mediocriter profunde striata, interstitiis haud convexis, laevibus, secundo in medio puncto parvo impresso; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum, vix punctulatum. Tibiae piceae; tarsis ferrugineis.

197. *LOPHIDIUS laticollis*: flavo-testaceus, parum nitidus, breviter pallido-pubescentis; capite prothoraceque rufo-testaceis, illo brevi, lato, sub-laevi, medio canaliculato, lateribus paullo rotundato; elytris obsolete striatis, apice late rotundatis. Long. 7—8, lat. $3\frac{3}{4}$ —4 millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

L. brevicollis DEJ. certe affinis, sed duplo fere major, capite rufo-testaceo, non piceo. Flavo-testaceus, parum nitidus. Caput breve, latum, rufo-testaceum, sub-nitidum, supra paullo convexum, obsolete, crebre punctulatum, antice utrinque leviter impressum; palpis mandibulisque rufo-testaceis, illis apice piceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, basi glabrae, nitidae. Prothorax latitudine plus duplo brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio nonnihil rotundato-amplius, postice truncatus, angulis omnibus obtusis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, sub-opacus, pube brevi, pallida, parce adpersus, medio canalicula antice posticeque nonnihil abbreviata. Scutellum triangulare, sub-laeve, flavo-testaceum, opacum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, supra paullo convexa, flavo-testacea, opaca, pube brevi, pallida obsita, obsolete striata, interstitiis vix punctulatis, intra marginem serie e punctis remotis, profundioribus. Corpus subtus sub-opacum, obsolete

punctulatum. Pedes rufo-testacei; femoribus dilutioribus.

198. *CYCLOSOMUS equestris*: ovatus, rufo-testaceus; capite rufo-piceo; prothorace viridi-aeneo, anguste testaceo-marginato, antice posticeque evidenter et longitudinaliter, medio transversim obsolete aciculato; elytris flavo-testaceis, sutura, macula basali transversa, fasciaque pone medium sinuata, abrupta, nigro-aeneis. Long. 10, lat. 6 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

C. Buqueti affinis videtur, sed major. Caput rotundatum, supra paullo convexum, rufo-piceum, parum nitidum, ad oculos longitudinaliter et tenuiter aciculatum; fronte medio canalicula parum profunda impressa; mandibulis apice obscurioribus; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus basalibus rufo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine duplo brevior, apice late, profunde, basi in medio leviter rotundato-emarginatus, pone apicem sensim ampliatus, dein lateribus fere rectus, angulis anticis antrorsum prominulis, sub-acutis, posticis rectis; supra paullo convexus, viridi-aeneus, sub-nitidus, lateribus anguste flavo-testaceo-marginatus, dorso transversim, obsolete, remote, antice posticeque in medio evidenter, crebrius aciculatus, medio parum profunde canaliculatus, intra basin utrinque foveola sub-rotunda. Scutellum breviter triangulare, sublaeve, rufo-piceum, parum nitidum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata paullo longiora, pone humeros sensim rotundato-ampliata, infra medium apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, flavo-testacea, parum nitida, sutura, macula basali transversa inter strias 1—4 fasciaque pone medium, communi, angusta, antrorsum flexa, medio abrupta, quasi e maculis 6 conflata, nigro-aeneis;

sat profunde striata, interstitiis planis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obscure rufo-testaceum, sub-nitidum, vix punctatum. Pedes dilute rufo-testacei.

199. *PLATYMETOPUS figuratus*: oblongus, piceus, sub-nitidus, supra aeneo-micans, pube brevissima, albida adpersus; labro, palpis, antennis basi pedibusque rufo-testaceis, femoribus supra infuscatis; capite punctulato; prothorace lato, brevi, sub-remote punctulato; elytris flavo-testaceis, mediocriter punctato-striatis, interstitiis crebre punctulatis, alternis margineque fusco-aeneis. Long. $6\frac{1}{2}$ —7, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria australi ad Portum Natalense.

Magnitudo fere et statura *P. tessellati* DEJ. Caput magnum, rotundatum, supra paullo convexum, piceum, aeneo-micans, subtiliter, sat crebre punctulatum; labro vel toto testaceo, vel piceo, testaceo-marginato; mandibulis basi palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae tenues, piceae, pubescentes, articulis tribus primis rufo-testaceis, nitidis, glabris. Prothorax latitudine multo brevior, apice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem modice rotundato-ampliatus, posterius angustatus, supra convexiusculus, rufo-piceus, dorso aeneo-micans, undique sub-remote, parum profunde punctatus, pube brevissima, albida adpersus, medio tenuiter canaliculatus, canalicula antice posticeque abbreviata, angulis anticis obtusis, posticis rectis. Scutellum parvum, triangulare, rufo-piceum, obsolete punctulatum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra paullo convexa, flavo-testacea, parum nitida, breviter pallido pubescentia, lineis tribus in interstitiis 2, 4 et 6, interiori postice minus, media magis, exteriori

antice posticeque valde abbreviata margineque nigro-aeneis; tota mediocriter punctato-striata, interstitiis subplanis, subtiliter, confertim punctulatis; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus piceum, vel obscure ferrugineum, obsolete punctulatum. Pedes rufo-testacei; femoribus supra in medio plus minusve infuscatis.

200. SELENOPHORUS (PANGUS) *rufo-marginatus*: oblongus, supra obscure aeneus, subtus piceus; labro, palpis, antennis pedibusque rufo-testaceis; prothorace brevi, lato, obsolete, transversim aciculato, mox pone apicem modice rotundato-ampliato, anguste rufo-testaceo-marginato; elytris mediocriter striatis, interstitiis planis, sub-laevibus; margine rufo-testaceo. Long. 10, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Harpalo aeneo vix major. Caput magnum, rotundatum, supra nonnihil convexum, nigro-aeneum, nitidum, obsolete et remote, transversim aciculatum, antice utrinque breviter, parum profunde impressum, tenuiter, transversim canaliculatum; labro rufo-testaceo, basi leviter infuscato; mandibulis nigro-piceis; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, articulis tribus primis dilutioribus, fere glabris. Prothorax latitudine vix dimidio brevior, apice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatius, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis fere rectis; supra paullo convexus, obscure aeneus, nitidus, anguste rufo-testaceo marginatus, obsolete et remote, transversim aciculatus, medio tenuiter canaliculatus, postice utrinque leviter impressus, medio et in impressionibus parce, subtiliter punctulatus. Scutellum triangulare, laeve, rufo-piceum, sub-nitidum. Elytra antice prothoracis basi paullo latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros

parum ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, obscure aenea, nitida, anguste rufo-marginata, mediocriter profunde striata, interstitiis planis, sub-laevibus, intra marginem serie e punctis remotis, profundioribus, sutura tota, vel interdum tantum postice rufo-ferruginea. Corpus subtus piceum, vix vel obsolete punctulatum, segmentis abdominis apice anguste ferrugineo-marginatis. Pedes rufo-testacei.

201. *ANISODACTYLUS melanarius*; niger, sub-nitidus; labro antennisque ferrugineis, illis basi palpisque rufo-testaceis; capite magno; prothorace antice laevi, postice undique sat crebre, subtiliter punctato, angulis rotundatis; elytris mediocriter profunde punctato-striatis, interstitiis paullo convexis, laevibus, secundo postice obsolete tripunctato, sutura pone medium margineque inflexo rufo-ferrugineis. Long. 14, lat. 6 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

A. binotato major, capite latiore, prothorace postice evidenter punctato, angulis rotundatis, elytris in striis punctatis, ab illo mox distinctus. Niger, sub-nitidus, glaber. Caput magnum, rotundatum, supra nonnihil convexum, sub-laeve, antice utrinque foveolatum, transversim, tenuiter canaliculatum; labro ferrugineo, extrorsum dilutiore; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae obscure ferruginae, pubescentes, articulis duobus basalibus rufo-testaceis. Prothorax latitudine media brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-amplius, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis, supra convexiusculus, dorso antico sub-laevis, postice transversim, extrorsum latius, sat crebre, subtiliter punctatus, medio canalicula tenui, longitudinali,
antice

antice posticeque abbreviata, margine laterali anguste reflexo, ferrugineo, punctulato. Scutellum triangulare, laeve. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra paullo convexa, mediocriter striata, striis in fundo parum profunde punctata, interstitiis sub-convexis, laevibus, secundo pone medium ad striam secundam punctis tribus obsolete impresso; sutura postice anguste margineque inflexo rufo-ferrugineis; intra marginem obsolete, sub-remote punctulata, serie e punctis majoribus. Corpus subtus sublaevi; pectore obsolete punctulato. Tibiae anticae obscure ferrugineae; tarsis omnibus concoloribus.

202. *ANISODACTYLUS Caffer*: niger, parum nitidus; labro antennisque ferrugineis, illis basi et palpis rufo-testaceis; capite magno; prothorace sub-laevi, obsolete et remote, transversim aciculato, postice utrinque subtiliter, sub-remote punctato; elytris mediocriter profunde striatis, interstitiis parum convexus, laevibus, secundo postice tri-punctato. Long. 12, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Summa similitudo *A. binotati*, illo non longior, sed nonnihil latior, capite majore, prothorace postice utrinque parcius, evidenter punctato, interstitio secundo pone medium tri-punctato distinctus. Niger, subnitidus, glaber. Caput sat magnum, rotundatum, supra nonnihil convexum, obsolete coriaceum, antice utrinque breviter, oblique impressum, transversim, tenuiter canaliculatum; labro rufo-piceo; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexus, nitidis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulo 1^o toto, 2^o et 3^o apice rufo-testaceis. Prothorax latitudine media brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem modice rotundato-

amplius, infra medium versus basin nonnihil angustatus, angulis anticis obtusis, posticis fere rectis; supra paullo convexus, obsolete et remote transversim aciculatus, medio tenuiter canaliculatus, postice utrinque leviter impressus, ibique et ad angulos sub-remote, evidenter punctatus. Scutellum triangulare, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio longiora, lateribus recta, ante apicem leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, mediocriter profunde striata, interstitiis parum convexis, laevibus, secundo pone medium ad striam secundam punctis tribus, parvis impresso, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Tibiae cum tarsi interdum rufo-piceae.

203. *BRADYBAENUS opulentus*: flavo-testaceus, nitidus; oculis, mandibulis apice pectoreque nigris; prothorace brevi, lato, posteriorius modice angustato, sub-sinuato, supra antice posticeque macula magna, transversa, viridi-aenea; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis planis, laevibus; singulo elytro vitta longitudinali, inaequali, viridi-aenea. Long. 11, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

B. scalaris affinis, nonnihil major, signaturis prothoracis, ab illo facile distinctus. Flavo-testaceus, nitidus. Caput magnum, breve, sub-rotundatum, supra nonnihil convexus, sub-laeve, antice utrinque parum profunde foveolatum, transversim, tenuiter canaliculatum, apice obsolete, oblique aciculatum; mandibulis ferrugineis, apice infuscatis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae breves, pubescentes, basi nitidae, glabrae. Prothorax latitudine duplo brevior, basi apiceque truncatus, lateribus mox pone apicem citius rotundato-amplius, pone medium versus basin nonnihil angustatus, sub-sinuatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra convexiusculus, apice longitudinaliter et tenuiter aciculatus,

basi subtiliter, sat crebre punctulatus, antice posticeque impressus et in impressionibus plagis sat magnis, transversis, viridi-aeneis, basali antice bis emarginata. Scutellum triangulare, obsolete punctulatum. Elytra antice prothoracis basi paullo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros parum ampliata, lateribus fere recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra convexiuscula, mediocriter punctato-striata, interstitiis sub-planis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus; singulo vitta longitudinali, inaequali, viridi-aenea, postice abbreviata, anteriorius et in medio extrorsum ampliata. Corpus subtus obsolete punctulatum; pectore nigro-piceo, pleuris rufo-testaceis. Pedes flavo-testacei.

204. *HYPOLITHUS tomentosus*: nigro-fuscus, opacus, breviter pubescens; antennis basi, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite sat magno, crebre punctulato; prothorace sub-quadrato, supra confertim, subtiliter punctato, obsolete canaliculato, angulis posticis rotundatis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, confertissime punctulatis. Long. 14, lat. 5 $\frac{1}{4}$ millim.

Hypolithus tomentosus. DEJ. Spec. Gen. IV. p. 168. N:o 1.

Habitat in Caffraria australi.

205. *HYPOLITHUS marginicollis*: nigro-piceus, parum nitidus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite subtilissime, crebre punctulato; prothorace sub-quadrato, rufo-marginato, lateribus modice rotundato, supra confertim rugoso-punctulato, postice obsolete impresso, angulis sub-obtusis; elytris brevissime, parce pubescentibus, mediocriter striatis, interstitiis planis, confertim punctulatis, alternis serie e punctis remotis, evidentioribus. Long. 12, lat. 5 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

H. calathoidi DEJ. affinis videtur, major, prothorace rufo-marginato, ab illo certe distinctus. Caput rotundatum,

supra paullo convexum, nigrum, sub-nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, antice utrinque leviter impressum, canalicula tenui, transversa; labro piceo, extrorsum, ferrugineo-marginato; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, basi nitidae, glabrae. Prothorax latitudine brevior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-amplius, antice posticeque nonnihil angustatus, basi truncatus, angulis anticis antrorsum prominulis, obtusis, basalibus sub-obtusis; supra parum convexus, niger, sub-nitidus, anguste rufo-ferrugineo-marginatus, subtiliter, crebre, postice nonnihil evidentius rugoso-punctulatus, medio canalicula longitudinali, antice posticeque valde abbreviata, basi utrinque late, leviter impressus. Scutellum triangulare, laeve, nigro-piceum. Elytra prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros parum ampliata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra haud convexa, nigro-picea, sub-opaca, pube tenui, brevissima, pallida adpersa, mediocriter profunde striata, interstitiis planis, subtiliter, crebre punctulatis, 2^o, 4^o et 6^o seriatim, remote punctatis, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus nigro-piceum, magis nitidum, obsolete punctulatum, pectore evidenter, crebrius punctulato; prothorace subtus sub-laevi. Pedes rufo-testacei.

206. *HYPOLITHUS Caffer*: nigro-piceus, sub-nitidus; ore, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite obsolete punctulato; prothorace sub-quadrato, testaceo-marginato, lateribus modice rotundato, supra sub-laevi, basi subtiliter, crebre rugoso-punctulato, utrinque leviter impresso, angulis obtusis; elytris opacis, brevissime pubescentibus, tenuiter striatis, interstitiis planis, confertim punctulatis, alternis serie e punctis remotis. Long. 9½, lat 4 millim.

Habitat in Caffraria australi et interiore.

H. fusco DEJ. affinis, sed nonnihil major, prothorace laevi, basi tantum punctulato. Nigro-piceus, subnitidus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, obsolete punctulatum, antice utrinque leviter impressum, tenuiter, transversim canaliculatum, apice ipso rufo-ferrugineum; labro palpisque rufo-ferrugineis, hoc medio, illis apice infuscatis; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, basi nitidae, glabrae. Prothorax latitudine brevior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus modice rotundato-ampliatus, antice posticeque nonnihil angustatus, basi truncatus, angulis anticis antrorsum prominulis, omnibus obtusis; supra nonnihil convexus, nigro-piceus, nitidus, anguste testaceo-marginatus, sub-laevis, intra basin sat late, transversim, medio obsoletius, crebre ruguloso-punctulatus, utrinque leviter impressus, medio canalicula tenui, longitudinali, postice abbreviata. Scutellum triangulare, sub-laeve, nigro-piceum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros paullo ampliata, dein lateribus recta, apice conjunctim rotundata, singulatim leviter sinuata, supra parum convexa, nigro-picea, opaca, pube brevissima, pallida adpersa, tenuiter striata, interstitiis planis, subtilissime, crebre punctulatis, alternis 2, 4 et 6 seriatim, remote, parum profunde punctatis, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus nigro-piceum, magis nitidum, obsolete punctulatum; pectore evidenter punctulato. Pedes rufo-testacei.

207. *HYPOLITHUS glaber*: angustior, niger, nitidus, glaber; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite sub-laevis; prothorace minus lato, testaceo-marginato, subtilius, crebre punctulato, leviter impresso, lateribus modice rotundato-ampliato, angulis obtusis; elytris

cyaneo-micantibus, mediocriter profunde striatis, interstitiis planis, subtiliter, sat confertim punctulatis, 2^o et 4^o serie e punctis remotis, evidentioribus. Long. 9½, lat. 3¼ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Praecedenti longitudine aequalis, angustior, supra undique nitidus, glaber, prothorace minus lato. Caput rotundatum, supra modice convexum, nigrum, nitidum, vix vel obsoletissime punctulatum, antice utrinque et in medio leviter impressum, infra oculos macula parva rufo-testacea; labro piceo, rufo-testaceo-marginato; mandibulis piceis, basi ferrugineis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, articulis basalibus nitidis, glabris. Prothorax latitudine paullo brevior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-amplius, antice posticeque nonnihil angustatus, basi truncatus, angulis anticis antrorsum modice prominulis, sub-obtusis, posticis obtusis; supra convexiusculus, niger, nitidus, anguste testaceo-marginatus, obsolete, intra basin transversim, evidenter, crebre punctulatus, utrinque leviter impressus, medio canalicula tenui, vix abbreviata. Scutellum triangulare, laeve, apice rufo-ferrugineum. Elytra oblonga, antice prothoracis basi latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros nonnihil ampliata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem vix sinuata, supra modice convexa, nigra, nitida, glabra, cyaneo-micantia, mediocriter profunde striata, interstitiis planis, subtiliter, sat crebre punctulatis, secundo et tertio seriatim, remote, evidenter punctatis, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obsolete punctulatum; pectore evidenter punctulato; segmentis abdominis apice rufo-testaceo-marginatis. Pedes flavo-testacei.

208. *HYPOLITHUS interstitialis*: angustior, niger, nitidus, glaber; antennis, labro, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace lato, testaceo-marginato, lateribus modice rotundato-ampliato, supra subtiliter, basi evidenter, crebre punctulato, leviter impresso, angulis obtusis; elytris mediocriter profunde striatis, interstitiis planis, minus crebre, evidenter punctulatis, 2^o et 4^o serie e punctis remotis; margine inflexo ferrugineo. Long. 8½, lat. 3¼ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti certe affinis, nonnihil minor, prothorace latiore, supra undique evidenter, etsi subtiliter punctulato, elytrorum interstitiis profundius punctatis, ab illo facile distinctus. Caput rotundatum, nigrum, nitidum, supra modice convexum, obsolete, sat crebre punctulatum, antice utrinque vix impressum, transversim, evidenter canaliculatum; labro palpisque flavo-testaceis; mandibulis nigro-piceis, nitidis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, articulis basalibus dilutioribus, glabris, nitidis. Prothorax latitudine brevior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus modice rotundato-ampliatum, antice posticeque nonnihil angustatus, basi truncatus, angulis omnibus obtusis, anticis antrorsum parum prominulis; supra convexiusculus, niger, nitidus, anguste testaceo-marginatus, undique subtiliter, crebre, intra basin evidenter punctulatus, ibique utrinque leviter impressus, medio canalicula tenui, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, nigro-piceum, laeve, apice ferrugineum. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros paullo ampliata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra nonnihil convexa, nigra, nitida, glabra, mediocriter profunde striata, interstitiis planis, minus crebre, evidenter punctulatis, 2 et 4 seriatim, valde

remote punctatis, intra marginem serie e punctis profundioribus; margine inflexo ferrugineo. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, segmentis abdominis apice rufo-ferrugineo-marginatis. Pedes flavo-testacei.

209. *HYPOLITHUS puncticollis*: supra niger, subtus obscure ferrugineus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite mediocriter, remote punctato, postice laevi; prothorace minus lato, sub-remote punctato, anguste rufo-testaceo-marginato, lateribus rotundato-ampliato, posterius magis angustato, angulis obtusis; elytris parum convexis, opacis, breviter pallido pubescentibus, tenuiter striatis, interstitiis planis, crebre punctulatis; margine inflexo ferrugineo. Long. 8, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Praecedenti magnitudine fere aequalis, prothorace angustiore, mediocriter, sub-remote punctato, posterius magis angustato, elytris opacis, pubescentibus, interstitiis crebrius et subtilius punctulatis. Caput rotundatum, nigrum, nitidum, remote, mediocriter punctatum, collo crasso, laevi, prothoraci adfixum, antice utrinque leviter impressum, canalicula tenui, transversa insculptum, infra oculos macula parva, ferruginea; labro piceo; mandibulis rufo-testaceis, apice infuscatis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, basi glabrae, nitidae. Prothorax latitudine nonnihil brevior, apice leviter rotundato-emar ginatus, lateribus mox pone apicem rotundato-ampliatu, posterius angustatus, basi sub-truncatus, angulis obtusis, anticis antrorsum haud productis; supra parum convexus, niger, nitidus, anguste rufo-testaceo-marginatus, undique remote, intra basin nonnihil crebrius, mediocriter punctatus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, sub-laeve, nigro-piceum. Elytra antice prothoracis basi vix dimidio

latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra parum convexa, dorso sub-plana, nigra, opaca, breviter, dense albo-pubescentia, tenuiter striata, interstitiis planis, subtiliter, crebre punctulatis, intra marginem serie e punctis profundioribus; margine inflexo rufo-ferrugineo. Corpus subtus obscure ferrugineum, prothorace remote, pectore evidenter, abdomine obsolete punctatis. Pedes flavo-testacei.

210. *HYPOLITHUS melancholicus*: supra niger, nitidus, glaber, subtus obscure ferrugineus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite subtiliter, crebre punctulato; prothorace lato, testaceo-marginato, anterius angustato, supra subtiliter, crebre, intra basin evidenter punctulato, angulis sub-obtusis, elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, sat crebre punctulatis, 2 et 4 seriatim, remote punctatis; margine inflexo ferrugineo. Long. $6\frac{1}{4}$, lat. 3 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Praecedentibus minor, supra nitidus, glaber, prothorace anterius nonnihil angustato, lateribus in medio haud ampliato, ab illis differt. Caput rotundatum, nigrum, nitidum, supra paullo convexum, subtiliter, sat crebre punctulatum, antice utrinque leviter impressum, tenuiter, transversim canaliculatum; labro nigro-piceo, rufo-testaceo-marginato; mandibulis ferrugineis, apice obscurioribus; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, basi glabrae, nitidae. Prothorax latitudine nonnihil brevior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus in medio parum ampliatum, anterius modice angustatus, basi sub-truncatus, angulis anticis rotundatis, posticis sub-obtusis; supra convexiusculus, niger, nitidus, anguste flavo-testaceo-marginatus, subtiliter, crebre, intra basin evidenter punctulatus, medio canalicula tenui,

longitudinali, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, nigro-piceum, sub-laeve, apice ferrugineum. Elytra antice prothoracis basi paullo latiora, quam lata dimidio longiora, mox ad basin nonnihil ampliata, dein lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra nonnihil convexa, nigra, nitida, glabra, tenuiter striata, interstitiis planis, subtiliter, sat crebre punctulatis, 2 et 4 punctis valde remotis, seriatim positis, intra marginem serie e punctis profundioribus; margine inflexo ferrugineo. Corpus subtus ferrugineum, obsolete punctulatum, pectore saepe piceo. Pedes flavo-testacei.

211. *HYPOLITHUS venustulus*: supra viridi-coeruleus, nitidus, subtus nigro-piceus; ore, antennis basi pedibusque flavo-testaceis; prothorace lato, flavo-testaceo marginato, anterieus angustato, supra subtiliter, crebre, intra basin evidenter punctulato, ibique utrinque distincte impresso, angulis posticis sub-rectis; elytris mediocriter striatis, interstitiis planis, profundius punctatis, margine inflexo postice maculisque tribus flavo-testaceis. Long. $6\frac{3}{4}$, lat. 3 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Magnitudo praecedentis. Caput rotundatum, supra paullo convexum, obscure viridi-coeruleum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, antice utrinque leviter impressum, transversim canaliculatum; labro, palpis mandibulisque flavo-testaceis, illis apice infuscatis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus basalibus flavo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatum, a medio versus basin paullo angustatus, postice sub-truncatus, angulis anticis obtusis, basalibus fere rectis; supra convexiusculus, viridi-coeruleus, nitidus, sat late flavo-testaceo-marginatus, subtiliter, creberrime,

intra basin nonnihil evidentius punctulatus ibique utrinque distincte impressus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, sub-laeve, aeneum. Elytra antice prothoracis basi paullo latiora, quam lata dimidio longiora, mox ad basin nonnihil ampliata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, viridicoerulescentia, nitida, non longe ante apicem macula sat magna, transversa, antice posticeque dentata, altera in ipso apice ad suturam, communi, margineque postico flavo-testaceis; supra convexiuscula, mediocriter striata, interstitiis planis, profunde, sat crebre punctulatis, 2 et 4 punctis valde remotis, seriatim impressis, intra marginem serie e punctis profundioribus; margine inflexo flavo-testaceo. Corpus subtus nigro-piceum, sub-opacum, obsolete punctulatum. Pedes flavo-testacei.

212. *HARPALUS Caffer*: oblongus, nigro-piceus, sub-nitidus; antennis basi, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace brevi, lateribus medio modice rotundato, posterius paullo angustato, supra obsolete, transversim aciculato, intra basin sub-remote punctulato, angulis posticis rotundatis; elytris mediocriter striatis, interstitiis convexiusculis, laevibus, secundo pone medium punctis quatuor, parvis impressis; margine inflexo obscure ferrugineo. Long. 13, lat. 5¼ millim.

Habitat ad montes Makkalienses.

H. calceato nonnihil major, praesertim latior, angulis posticis prothoracis late rotundatis, ab affinibus facile distinctus. Caput magnum, rotundatum, supra modice convexum, nigro-piceum, nitidum, sub-laeve, vel obsolete, transversim aciculatum, antice utrinque leviter impressum, transversim, tenue canaliculatum; labro nigro-piceo, ferrugineo-marginato; mandibulis validis, nigro-piceis, nitidis; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae ferrugineae,

pubescentes, articulis duobus l. tribus basalibus rufo-testaceis. Prothorax latitudine multo brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatum, anterius minus, postice magis angustatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, basalibus rotundatis; supra convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, subtilissime, remote, transversim aciculatus, intra basin parce punctulatus, utrinque leviter impressus, medio canalicula tenui, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, nigro-piceum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigro-picea, sub-nitida, mediocriter striata, interstitiis nonnihil convexis, laevibus, secundo pone medium punctis 3 vel 4 parvis impresso; intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo obscure ferrugineo. Corpus subtus obsolete punctulatum; abdomine basi ferrugineo. Pedes rufo-testacei; tibiis tarsisque ferrugineis.

213. *HARPALUS incrassatus*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; palpis, antennis basi pedibusque flavo-testaceis; prothorace brevi, lateribus modice rotundato-ampliato, posterius angustato, supra obsolete, remote aciculato, intra basin subtiliter, sat crebre punctulato, utrinque leviter impresso, angulis posticis rectis; elytris mediocriter striatis, interstitiis convexiusculis, subtiliter, remote punctulatis, secundo pone medium punctis tribus parvis. Long. 14, lat. 5 $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti paullo major, prothorace angulis posticis rectis, intra basin subtilius, crebrius punctulato, elytris profundius striatis, striis punctulatis, ab illo mox distinctus. Caput sat magnum, rotundatum, supra nonnihil convexum, laeve, antice utrinque parum profunde

impressum, transversim, evidenter canaliculatum; labro rufo-ferrugineo, medio interdum infuscato; mandibulis piceis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus primis rufo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatum, posterius angustatum, sub-sinuatum, basi truncatum, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, obsolete, remote, transversim aciculatus, intra basin subtiliter, crebre punctulatus, utrinque late, parum profunde impressus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice abbreviata. Scutellum triangulare, sub-laeve, nigro-piceum, nitidum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio longiora, pone basin parum ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, nigro-picea, nitida, mediocriter striata, in striis punctulata, interstitiis modice convexis, remote, subtiliter punctulatis, secundo pone medium punctis tribus, parvis impresso; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus piceum, nitidum, obsolete punctulatum. Pedes flavo-testacei.

214. *HARPALUS natalensis*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; palpis, antennis pedibusque flavo-testaceis; prothorace brevi, lateribus paullo rotundato, antice posticeque nonnihil angustato, supra sub-laevi, basi utrinque leviter impresso, in impressionibus punctis nonnullis insculpto, angulis posticis sub-obtusis; elytris opacis, mediocriter striatis, interstitiis convexis, obsolete, crebre coriaceis. Long. 12, lat. 5 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Statura fere praecedentis, nonnihil minor, prothorace basi vix punctato, posterius minus angustato, angulis sub-obtusis, elytris opacis, minus profunde striatis, striis

impunctatis, ab illo bene distinctus. Caput sat magnum, rotundatum, nigro-piceum, nitidum, supra modice convexum, laeve, antice transversim canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro piceo, anguste ferrugineo-marginato; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, articulis basalibus dilutioribus, glabris, nitidis. Prothorax latitudine brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatum, basi truncatus, posterius paullo angustatus, angulis omnibus subobtusis; supra convexusculus, nigro-piceus, nitidus, anguste ferrugineo-marginatus, laevis, intra basin utrinque obsolete impressus, impressionibus in fundo punctis parvis, remotis, medio canalicula tenui, longitudinali, obsolete punctulata, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, nigro-piceum, nitidum, laeve. Elytra antice prothoracis basi parum latiora, quam lata dimidio longiora, pone basin paullo ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigro-picea, opaca, mediocriter striata, interstitiis convexis, obsoletissime, crebre coriaceis; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus piceum, sub-nitidum, obsolete punctulatum; abdomine segmentis apice ferrugineo-marginatis. Pedes rufo-testacei.

215. *HARPALUS promptus*: oblongus, supra piceus, subtus flavo-testaceus; palpis, antennis basi pedibusque flavo-testaceis; prothorace brevi, lateribus paullo rotundato, antice posticeque nonnihil angustato, supra sub-laevis, basi utrinque leviter impresso, haud punctato, angulis posticis rotundatis; elytris mediocriter striatis, interstitiis planis, laevibus, secundo puncto postico impresso. Long. $12\frac{1}{2}$, lat. $5\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti parum major, angulis posticis prothoracis magis rotundatis, interstitiis elytrorum planis ut et

colore alio, ab illo facile distinctus. Caput magnum, rotundatum, supra nonnihil convexum, piceum, sublaeve, antice transversim tenuiter canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro piceo, rufo-ferrugineo-marginato; mandibulis nigro-piceis; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, basi dilutiores, glabrae, nitidae. Prothorax latitudine brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatum, antice posticeque nonnihil angustatum, basi subtruncatum, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis; supra convexiusculus, piceus, nitidus, anguste ferrugineo-marginatus, sublaevis, intra basin utrinque leviter impressus et in impressionibus vix vel obsolete punctulatus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, piceum, sublaeve. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, quam lata dimidio longiora, mox pone basin parum ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, dilute picea, subnitida, mediocriter striata, interstitiis planis, laevibus, secundo puncto parvo, postico; intra marginem serie e punctis evidentioribus. Corpus subtus flavo-testaceum, obsolete punctulatum. Pedes flavo-testacei.

216. *HARPALUS clavipes*: oblongus, ater, nitidus, glaber; palpis antennisque rufo-testaceis, tibiis tarsisque ferrugineis; prothorace sublaevi, intra basin utrinque obsolete impresso, lateribus modice rotundato-ampliato, angulis posticis obtusis; elytris parum profunde striatis, interstitiis planis, laevibus, secundo pone medium puncto impresso; femoribus praesertim anticis valde incrassatis. Long. 11, lat. 5 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Femoribus anticis valde crassis, a conspiciendis facile distinctus. Ater, nitidus, glaber. Caput sat magnum,

rotundatum, supra modice convexum, sub-laeve, antice transversim tenuiter canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro piceo, anguste rufo-ferrugineo-marginato; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, articulis tribus basalibus dilutioribus, nitidis, glabris. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatus, antice posticeque sensim angustatus, basi truncatus, angulis omnibus obtusis; supra convexiusculus, laevis, intra basin utrinque leviter impressus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, laeve. Elytra prothoracis basi paullo latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros nonnihil ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatum sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, maris nitida, feminae sub-opaca, in utroque sexu parum profunde striata, interstitiis planis, laevibus, secundo pone medium puncto parvo; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obsolete punctulatum. Pedes validi, femoribus nigro-piceis, omnibus medio, anticis in mare magis, incrassatis; tibiis tarsisque rufo-ferrugineis.

217. *HARPALUS dubius*: oblongus, nigro-piceus, subtus rufo-ferrugineus; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace lato, obsoletissime, remote, transversim aciculato, postice utrinque leviter et longitudinaliter impresso, anterius paullo angustato, angulis posticis sub-obtusis; elytris profundius striatis, interstitiis planis, laevibus, secundo puncto parvo, impresso; margine inflexo rufo-ferrugineo. Long. $10\frac{1}{2}$, lat 4 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

H. capicola similis, sed major, subtus rufo-ferrugineus, prothorace latiore, subtilissime, transversim aciculato,

culato, basi obsoletius, longitudinaliter impresso, élytris nonnihil profundius et latius striatis. Caput mediocre, sub-rotundatum, supra paullo convexum, nigro-piceum, nitidum, obsoletissime punctulatum, antice transversim canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro anguste ferrugineo-marginato; palpis rufo-testaceis; oculis parvis, rotundatis, convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, basi nitidae, glabrae. Prothorax latitudine brevior, apice late rotundato-emarginatus, mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatum, basi truncatus, angulis omnibus sub-obtusis; supra convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, angustissime ferrugineo-marginatus, obsolete et remote, transversim aciculatus, intra basin longitudinaliter et leviter impressus, punctis nonnullis, parvis, remotis insculptus, medio longitudinaliter, distincte canaliculatus. Scutellum triangulare, sub-laeve, nigro-piceum. Elytra antice prothoracis basi non angustiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros parum ampliata, lateribus recta, ante apicem leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, nigro-picea, in mare nitida, in femina sub-opaca, quam in sequentibus nonnihil profundius et latius striata, interstitiis latis, planis, laevibus, secundo puncto parvo insculpto; intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo rufo-ferrugineo. Corpus subtus rufo-ferrugineum, obsolete punctulatum. Pedes rufo-testacei.

218. *HARPALUS hybridus*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; palpis, antennis pedibusque rufo-testaceis; prothorace obsoletissime, transversim aciculato, lateribus medio rotundato-ampliato, postice utrinque leviter impresso, antice posticeque magis angustato, angulis sub-obtusis; élytris tenuiter striatis, interstitiis planis, laevibus, secundo puncto parvo impresso; margine inflexo ferrugineo. Long. 9, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

H. capicola affinis, nonnihil major, prothorace utrinque in medio magis rotundato-ampliato, posterius angustato, elytris tenuiter striatis, ab illo vero distinctus. Caput mediocre, rotundatum, supra nonnihil convexum, nigro-piceum, nitidum, obsoletissime punctulatum, antice tenuiter, transversim canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro extus ferrugineo-marginato; palpis rufo-testaceis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, basi glabrae, nitidae. Prothorax latitudine nonnihil brevior, apice late rotundato-emarginatus, antice posticeque angustatus, medio rotundato-ampliatus, basi truncatus, supra convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, obsolete, remote, transversim aciculatus, intra basin utrinque parum profunde impressus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum triangulare, sub-laeve, piceum, apice ferrugineum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros paullo ampliata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem evidenter sinuata, supra modice convexa, nigro-picea, nitida, tenuiter striata, interstitiis planis, laevibus, secundo puncto postico evidentiori; intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo ferrugineo. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum, vix punctatum. Pedes rufo-testacei.

219. *HARPALUS capicola*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace sub-quadrato, laevi, postice utrinque parum profunde punctulato, anterie paullo angustato, angulis posticis sub-rotundatis; elytris mediocriter striatis, interstitiis planis, laevibus, secundo puncto impresso. Long. $8\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Harpalus capicola. DEJ. Spec. Gen. IV. p. 309. 97.

Habitat in Cassraria interiori et meridionali.

Observ. Elytra feminae minus nitida.

220. *HARPALUS Venator*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace brevi, minus lato, transversim aciculato, anguste ferrugineo-marginato, postice utrinque leviter impresso, anterius magis angustato, angulis posticis sub-obtusis; elytris profunde striatis, interstitiis fere planis, laevibus, secundo puncto parvo impresso; margine inflexo rufo-ferrugineo. Long. $7\frac{3}{4}$, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

H. capicola magnitudine aequalis, capite minore, prothorace minus lato, supra transversim aciculato, anterius nonnihil angustiori, elytris profunde striatis, ab illo distinctus. Nigro-piceus, nitidus, glaber. Caput rotundatum, supra paullo convexum, obsolete punctulatum, antice transversim canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro extus rufo-ferrugineo-marginato; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, glaucis. Antennae tenues, rufo-testaceae, pubescentes, articulis tribus basalibus glabris, nitidis. Prothorax latitudine paullo brevior, apice late rotundato-ampliatu, dein posterius parum angustatus, angulis omnibus sub-obtusis; supra convexiusculus, evidenter, transversim, sub-remote aciculatus, intra basin utrinque leviter impressus punctisque nonnullis, parvis insculptus, margine laterali anguste ferrugineo. Scutellum triangulare, laeve. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros paullo ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, profunde striata, interstitiis fere planis, laevibus, secundo pone medium puncto parvo; intra marginem serie e punctis profundioribus; margine inflexo rufo-ferrugineo. Corpus subtus obsolete punctulatum; segmentis abdominis apice rufo-testaceo marginatis. Pedes rufo-testacei.

221. *HARPALUS angustipennis*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace sub-quadrato, undique anguste rufo-testaceo marginato, anterius nonnihil angustato, supra subtiliter, transversim aciculato, angulis sub-obtusis; elytris tenuiter striatis, interstitiis sub-laevibus, secundo puncto postico impresso, margine inflexo ferrugineo. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

H. capicola affinis, sed minor, praesertim angustior, prothorace transversim aciculato, undique anguste rufo-testaceo-marginato, ab illo distinctus. Caput mediocre, rotundatum, supra nonnihil convexum, nigro-piceum, nitidum, subtilissime punctulatum, antice transversim canaliculatum, utrinque obsolete impressum, nitidum; labro ferrugineo, extus dilutiore; palpis flavo-testaceis; oculis parvis, rotundatis, brunneis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes. Prothorax latitudine paullo brevior, antice late rotundato-emarginatus, pone apicem modice rotundato-amplius, dein lateribus haud angustatus, basi subtruncatus, angulis omnibus sub-obtusis; supra convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, undique anguste rufo-ferrugineo-marginatus, subtiliter, sub-remote, transversim aciculatus, postice utrinque leviter et longitudinaliter impressus, medio tenuiter canaliculatus. Scutellum triangulare, laeve, piceum. Elytra prothoracis basi fere angustiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros parum ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, nigro-picea, nitida, tenuiter striata, interstitiis planis, laevibus, secundo puncto postico impresso; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum, obsolete punctulatum, segmento ultimo abdominis ferrugineo. Pedes rufo-testacei.

222. *HARPALUS testaceus*: oblongus, supra saturatus subtus dilutius flavo-testaceus, nitidus; prothorace brevi, sub-laeve, lateribus paullo rotundato-ampliato, postice utrinque leviter impresso, angulis posticis rectis; elytris leviter cyaneo-micantibus, tenuiter striatis, interstitiis sub-planis, laevibus, secundo pone medium puncto parvo impresso. Long. 10, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

H. fuscipenni DEJ. affinis, sed major, aliter coloratus, prothoracis angulis posticis rectis. Caput rotundatum, supra nonnihil convexum, rufo-testaceum, nitidum, sub-laeve, antice utrinque leviter impressum; mandibulis apice nigro-piceis; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennae tenues, flavo-testaceae, pubescentes, basi glabrae, nitidae. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus modice rotundato-amplius, antice magis, posterius minus angustatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis fere rectis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, nitidus, sub-laevis, dorso obsolete, transversim aciculatus, postice utrinque leviter impressus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum triangulare, laeve, rufo-testaceum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros paullo rotundata, lateribus recta, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, rufo-testacea, parum cyaneo-micantia, tenuiter striata, interstitiis planis, laevibus, secundo pone medium puncto parvo impresso; intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo flavo-testaceo. Corpus subtus flavo-testaceum, sub-nitidum, vix punctatum. Pedes dilute flavo-testacei.

223. *HARPALUS lucidulus*: sub-ovatus, niger, supra violaceo-micans; antennis extrorsum palpisque ferrugineis; prothorace lato, sub-laevis, anterie nonnihil angustato,

medio tenuiter, postice utrinque profunde, sub-oblique canaliculato; elytris mediocriter striatis, interstitiis paullo convexis, laevibus. Long. $10\frac{1}{2}$, lat. 5 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Statura fere *Amarae*. *H. serripedi* magnitudine aequalis. Caput ovatum, supra paullo convexum, nigrum, nitidum, laeve, antice utrinque leviter impressum; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis quatuor basalibus nigro-piceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus antice sensim modice angustatus, basi sub-truncatus, angulis anticis obtusis, posticis fere rectis; supra convexiusculus, niger, sub-violaceo-micans, fere laevis, medio tenuiter, postice utrinque profunde, sub-oblique canaliculatus. Scutellum triangulare, laeve, nigrum, nitidum. Elytra antice prothoracis basi laud latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros parum ampliata, lateribus recta, ante apicem leviter sinuata, apice late rotundata, supra convexiuscula, nigra, violaceo-micantia, mediocriter profunde striata, interstitiis paullo convexis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum, crebre punctulatum. Pedes minus validi, nigro-picei, nitidi; tarsis obscure ferrugineis.

224. *HARPALUS lugubris*: oblongus, niger, nitidus; antennis, palpis, tibiis tarsisque ferrugineis; prothorace subquadrato, obsolete transversim aciculato, postice utrinque leviter et longitudinaliter impresso, anterie nonnihil angustato, angulis posticis sub-obtusis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, laevibus, secundo pone medium puncto evidentiore. Long. 8, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

H. clavipedi statura et colore sub-similis, sed minor, femoribus modice incrassatis. Niger, nitidus, glaber. Caput rotundatum, supra nonnihil convexum, obsolete punctulatum, antice transversim, tenuiter canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro anguste rufo-ferrugineo-marginato; palpis dilute ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae tenues, rufo-ferrugineae, pubescentes, basi nitidae, glabrae. Prothorax latitudine paullo brevior, apice late rotundato-emarginatus, lateribus in medio paullo rotundato-ampliatum, anterius angustatum, basi truncatus, angulis omnibus sub-obtusis, supra convexiusculus, obsolete et remote, transversim aciculatus, postice utrinque leviter impressus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum triangulare, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros parum ampliata, lateribus recta, ante apicem leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, tenuiter striata, interstitiis planis, laevibus, secundo pone medium puncto evidentiori impresso, intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obsolete punctulatum. Pedes ferruginei; femoribus piceis.

225. *HARPALUS brunneipennis*: sub-ovatus, nigro-piceus, nitidus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque nigro-aeneis, illo brevi, anterius modice rotundato-ampliato, supra obsolete aciculato, postice utrinque leviter impresso, angulis posticis rectis; elytris rufo-castaneis, tenuiter striatis, interstitiis planis, laevibus. Long. 7, lat. 3½ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

H. picipenni parum major. Caput rotundatum, supra paullo convexum, nigro-aeneum, nitidum, obsolete punctulatum, antice tenuiter canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro nigro-piceo, ferrugineo-marginato; palpis flavo-testaceis; oculis parvis, rotundatis, glaucis.

Antennae sub-tenues, flavo-testaceae, pubescentes, basi dilutiores, glabrae, nitidae. Prothorax latitudine postica brevior, apice late rotundato-emarginatus, anterius modice rotundato-amplius, posterius nonnihil angustatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra convexiusculus, nigro-aeneus, nitidus, supra obsolete, sub-remote, transversim aciculatus, intra basin utrinque leviter impressus, medio canalicula tenuissima, antice posticeque abbreviata. Scutellum triangulare, ferrugineum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros paullo ampliata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, rufo-castanea, nitida, tenuiter striata, interstitiis planis, laevibus; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum, vix punctatum; prothorace anguste rufo-ferrugineo-marginato. Pedes flavo-testacei.

226. *HARPAIUS sub-aeneus*: oblongo-ovatus, supra aeneo-micans, subtus niger; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace lato, subtiliter transversim aciculato, basi utrinque evidenter impresso, lateribus modice rotundato-ampliato, angulis posticis rectis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, laevibus; versus apicem testaceis. Long. 7, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedenti longitudine aequalis, nonnihil angustior. Caput rotundatum, supra paullo convexum, obscure aeneum, nitidum, antice utrinque leviter impressum; labro mandibulisque nigro-piceis, hoc rufo-testaceo-marginato; palpis flavo-testaceis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, basi dilutiores, nitidae, glabrae, extrorsum articulis basi infuscatis. Prothorax latitudine brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus in medio modice

rotundato-ampliatum, anterius magis, posterius minus angustatum, basi truncatum, angulis anticis sub-obtusis, posticis rectis; supra convexiusculum, obscure aeneum, nitidum, subtiliter, transversim, remote aciculatum, basi utrinque evidenter impressum, medio canalicula longitudinali, parum profunda. Scutellum triangulare, laeve, fusco-aeneum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros parum ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, obscure aenea, nitida, apicem versus testacea, undique tenuiter striata, interstitiis planis, laevibus; intra marginem serie e punctis profundioribus, margine inflexo flavo-testaceo. Corpus subtile nigro-piceum, sub-nitidum, vix punctatum. Pedes flavo-testacei.

227. *HARPALUS nanus*: oblongus, supra obscure viridi-aeneus, subtile nigro-piceus; antennis basi, tibiis tarsisque rufo-testaceis; prothorace sub-quadrato, postice utrinque foveolato, lateribus modice rotundato, anterius nonnihil angustato, angulis posticis obtusis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, laevibus. Long. 6, lat. 3 millim.

Harpalus nanus DEJEAN. Spec. Gen. IV. p. 395. 164.

Habitat in Caffraria interiore.

228. *HARPALUS exiguus*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; antennis basi, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace sub-quadrato, laevi, basi obsolete impresso, subtilissime punctulato, anterius angustato, angulis posticis obtusis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, obsolete punctulatis. Long. 6, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Parvus, *H. nani* longitudine, nonnihil vero angustior. Caput rotundatum, supra paullo convexum, nigrum,

sub-nitidum, laeve, antice utrinque obsolete impressum; labro nigro-piceo, rufo-ferrugineo-marginato; palpis flavo-testaceis; oculis parvis, rotundatis, nigro-brunneis. Antennae ferrugineae, pubescentes, basi flavo-testaceae, glabrae, nitidae. Prothorax latitudine paullo brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus modice rotundato-ampliatum, antice magis, postice parum angustatus, basi truncatus, angulis omnibus sub-obtusis; supra convexiusculus, laevis, intra basin utrinque leviter impressus, in impressionibus subtilissime, crebre punctulatus, medio tenuiter canaliculatus. Scutellum triangulare, laeve, nigro-piceum. Elytra prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata dimidio longiora, ad humeros nonnihil ampliata, lateribus recta, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, nigropicea, nitida, tenuiter striata, interstitiis planis, obsolete, sub-remote punctulatis; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus nigro-piceum, sub-nitidum, vix punctatum. Pedes flavo-testacei.

229. *STENOLOPHUS nitidulus*: oblongus, nigro-piceus, nitidus; antennis basi, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace convexiusculo, laevi, testaceo-marginato, basi leviter impresso, sub-remote punctato, angulis posticis rotundatis; elytris cyaneo-micantibus, medio-criter striatis, interstitiis sub-planis, laevibus; margine inflexo rufo-testaceo. Long. $5\frac{3}{4}$ lat., $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Stenolopho micanti KLUG certe affinis, sed minor, angulis posticis prothoracis magis rotundatis, ab illo mox distinctus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, nigro-piceum, nitidum, sub-laeve, antice medio transversim canaliculatum, utrinque modice impressum; labro mandibulisque rufo-ferrugineis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae ferrugineae, pubescentes, articulis tribus basalibus flavo-testaceis. Pro-

thorax latitudine media brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus modice rotundato-amplius, antice posticeque angustatus, angulis anticis obtusis, posticis late rotundatis; supra convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, undique flavo-testaceo-marginatus, sub-laevis, vel obsolete transversim aciculatus, medio obsolete canaliculatus, postice utrinque leviter impressus, sub-remote punctulatus. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve, obscure ferrugineum. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, ante apicem singulatim sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, nigropicea, cyaneo-micantia, mediocriter striata, interstitiis sub-planis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus; margine inflexo flavo-testaceo. Corpus sub-tus piceum, obsolete punctulatum; abdomine rufo-testaceo, medio utrinque leviter infuscato. Pedes flavo-testacei.

230. *STENOLOPHUS pallidus*: oblongus, dilute, supra saturatius flavo-testaceus, nitidus; antennis extrorsum ferrugineis; prothorace laevi, posterius parum angustato, intra basin transversim impresso, punctulato, angulis posticis rectis; elytris evidenter striatis, interstitiis angustis, sub-convexis, laevibus. Long. $3\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Acupalpo meridiano non longior, sed angustior, minus convexus. Caput sat magnum, rotundatum, supra paullo convexum, flavo-testaceum, nitidum, laeve, antice utrinque sat profunde impressum; labro, palpis mandibulisque flavo-testaceis, illis apice infuscatis; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennae fusco-ferrugineae, pubescentes, articulis duobus primis dilute flavo-testaceis. Prothorax sub-quadratus, latitudine vix brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus antice paullo rotundato-amplius, postice perparum angustatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra

convexiusculus, flavo-testaceus, nitidus, laevis, intra basin transversim impressus, medio tenuiter, obsolete canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve, flavo-testaceum. Elytra antice prothoracis basi multo latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, ante apicem singulatim sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, flavo-testacea, nitida, evidenter striata, interstitiis angustis, modice convexis, laevibus, secundo pone medium punctis nonnullis obsolete; intra marginem serie e punctis minoribus. Corpus subtus dilute flavo-testaceum, sub-nitidum, vix punctatum. Pedes pallide flavo-testacei.

231. *ACUPALPUS quadrisignatus*: oblongus, supra obscure aeneus, nitidus, subtus piceus; antennis basi, tibiis, tarsis palpisque flavo-testaceis, illis articulo ultimo basi infuscato; prothorace sub-laevi, postice angustato, angulis basalibus rotundatis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, obsolete punctulatis, maculis duabus testaceis. Long. 5, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

A. quadrinotato DEJEAN proximus, nonnihil major, angulis posticis prothoracis late rotundatis, femoribus piceis, ab illo mox distinctus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, nigro-aeneum, nitidum, vix punctulatum, antice transversim canaliculatum, utrinque leviter impressum; labro ferrugineo; mandibulis nigro-piceis; palpis flavo-testaceis, articulo ultimo basi infuscato; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae piceae, pubescentes, articulis duobus primis totis tertio apice flavo-testaceis. Prothorax latitudine brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem nonnihil rotundato-amplius, posterius angustatus, basi sub-truncatus, angulis anticis obtusis, posticis late rotundatis; supra convexiusculus, obscure aeneus, nitidus, subtilissime, crebre punctulatus, medio obsolete canaliculatus. Scutellum

parvum, triangulare, obscure ferrugineum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi multo latiora, quam lata fere dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim sinuata, supra nonnihil convexa, obscure aenea, sub-nitida, tenuiter striata, interstitiis planis, obsolete, sat crebre punctulatis; intra marginem serie e punctis profundioribus; singulo elytro maculis duabus testaceis, prima mox infra humerum, altera inter medium et apicem, prope suturam, tenui, semilunari; margine inflexo piceo. Corpus subtus piceum, nitidum, vix punctatum. Femora dilute picea; tibiis tarsisque flavo-testaceis.

232. *ACUPALPUS vittipennis*: oblongus, supra fusco-aeneus, sub-nitidus, subtus rufo-testaceus; antennis basi, palpis pedibusque testaceis; prothorace subtilissime punctulato, postice angustato, angulis rotundatis; elytris tenuiter striatis, interstitiis laevibus, obsolete punctulatis; macula infra-humerali vittaque longitudinali disci, confluentibus, flavo-testaceis. Long. 4, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura praecedentis sed minor, signaturis elytrorum mox distinctus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, obscure aeneum, nitidum, obsolete, crebre punctulatum, antice utrinque leviter impressum; labro mandibulisque ferrugineis; palpis testaceis, articulo ultimo basi infuscato; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae piceae, pubescentes, articulis duobus primis flavo-testaceis. Prothorax latitudine brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem rotundato-ampliatus, posterius angustatus, basi sub-truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis; supra convexiusculus, obscure aeneus, nitidus, subtilissime, crebre punctulatus, medio tenuiter et longitudinaliter canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, rufo-ferrugineum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi multo latiora, quam lata

dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, ante apicem singulatim sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, fusco-aenea, sub-nitida, tenuiter striata, interstitiis planis, obsolete, sat crebre punctulatis; intra marginem serie e punctis profundioribus; singulo elytro mox pone humerum macula ovata, cum vitta longitudinali inter strias 3 et 4 connexa, flavo-testaceis; margine inflexo flavo-testaceo. Corpus subtus flavo-testaceum, nitidum, vix punctatum. Pedes flavo-testacei, femoribus supra saturatoribus.

233. *ACUPALPUS amabilis*: oblongo-ovatus, flavo-testaceus, nitidus; capite prothoraceque nigro-piceis, illo vix punctato, postice angustato, angulis rotundatis; elytris tenuiter striatis, interstitiis sub-laevis, vitta dorsali communi, antice attenuata, postice abbreviata, utrinque acuminata, nigro-picea. Long. 5, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

A. consputo paullo major, minus convexus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, piceum, nitidum, obsolete punctulatum, antice utrinque haud impressum; labro flavo-testaceo; mandibulis ferrugineis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, articulis basalibus glabris, nitidis. Prothorax latitudine brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem rotundato-ampliatus, dein posterius angustatus, basi sub-truncatus, angulis anticis obtusis, posticis late rotundatis; supra convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, sub-laevis, medio obsolete, longitudinaliter canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, rufo-testaceum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi multo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim, late rotundata, ante apicem singulatim, leviter sinuata, supra parum convexa, flavo-testacea, nitida, ad suturam vitta communi, antice angustata, posterius

dilatata, abbreviata, utrinque attenuata, nigro-picea; tota obsolete striata, interstitiis planis, laevibus; intra marginem serie e punctis profundioribus. Corpus subtus obsolete punctulatum; prothorace pectoreque piceis. Pedes flavo-testacei.

234. *ACUPALPUS ornatipennis*: oblongo-ovatus, supra nigro-aeneus, sub-nitidus, subtus piceus; antennis basi, palpis, tibiis tarsisque flavo-testaceis; prothorace obsolete punctulato, posterius angustato, angulis basalibus rectis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, laevibus, maculis duabus connexis, flavo-testaceis. Long. 3, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

A. quadrillo DEJEAN affinis, angulis posticis prothoracis rectis, maculis elytrorum linea angusta concolore connexis, ab illo facile distinctus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, nigro-aeneum, nitidum, vix punctulatum, utrinque obsolete impressum; labro piceo, obscure ferrugineo-marginato; mandibulis piceis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennae piceae, pubescentes, articulis duobus primis flavo-testaceis, nitidis. Prothorax latitudine brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatus, posterius angustatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra convexiusculus, nigro-aeneus, nitidus, subtilissime, crebre punctulatus, medio tenuiter, obsolete, longitudinaliter canaliculatus. Scutellum parvum, triangulare, rufo-piceum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi multo latiora, quam lata dimidio fere longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra nonnihil convexa, nigra, sub-aenea, nitida, tenuiter striata, interstitiis planis, laevibus, intra marginem serie e punctis profundioribus; singulo elytro maculis duabus,

prima mox pone basin, sat magna, sub-triangulari, altera pone medium, rotundata, flavo-testaceis, vitta concolore junctis. Corpus subtus piceum, sub-nitidum, vix punctulatum. Pedes flavo-testacei; femoribus piceis.

235. *ACUPALPUS bisignatus*: sub-ovatus, aeneus, nitidus; abdomine ferrugineo; antennis basi, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace brevi, lato, laevi, anterius angustato, basi utrinque impresso, angulis posticis rectis; elytris ovatis, profunde striatis, interstitiis angustis, convexis, laevibus; macula postica, rotunda, flavo-testacea. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

A. obtuso DEJEAN nonnihil minor, magis convexus. Caput rotundatum, supra paullo convexum, aeneum, nitidum, sub-laeve, antice utrinque impressum; labro palpisque rufo-testaceis; mandibulis piceis; oculis rotundatis, convexis, glaucis. Antennae piceae, pubescentes, articulis quatuor primis dilute flavo-testaceis, nitidis. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, apice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-amplius, dein posterius parum angustatus, basi fere truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra convexusculus, aeneus, nitidus, sub-laevis, postice utrinque evidenter, intra basin transversim, anguste impressus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum parvum, triangulare, aeneum, nitidum, laeve. Elytra ovata, prothoracis basi paullo latiora, quam lata nonnihil longiora, ad humeros modice rotundato-ampliata, lateribus fere recta, ante apicem singulatim, leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexuscula, aenea, nitida, apice dilutiora, intra medium et apicem macula parva, rotundata, flavo-testacea; tota profunde striata, interstitiis angustis, convexis, laevibus, intra marginem serie e punctis minutis. Corpus subtus nigro-aeneum,

aeneum, vix punctatum; abdomine ferrugineo. Pedes flavo-testacei.

236. *ACUPALPUS gracilis*: oblongus, supra rufo-testaceus, nitidus, subtus dilutior; antennis extrorsum piceis; prothorace minus lato, laevi, lateribus paullo ampliato, postice nonnihil angustato, basi utrinque impresso, angulis basalibus obtusis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, laevibus, secundo pone medium puncto parvo; singulo elytro vitta dorsali, longitudinali, antice magis, postice minus abbreviata, nigro-picea. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Cafraria interiore.

A. dorsali vix longior, sed angustior, minus convexus. Caput sat magnum, rotundatum, supra paullo convexum, rufo-testaceum, nitidum, laeve, antice utrinque parum profunde impressum; labro, palpis mandibulisque dilutius rufo-testaceis, illis apice infuscatis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae piceae, pubescentes, articulis duobus primis rufo-testaceis. Prothorax latitudine brevior, capite parum latior, apice leviter rotundato-emarginatus, lateribus pone apicem paullo rotundato-ampliatus, dein versus basin nonnihil angustatus, basi truncatus, angulis omnibus obtusis, posticis subreflexis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, nitidus, laevis, intra basin utrinque leviter impressus, medio canalicula tenui, longitudinali, antice posticeque abbreviata. Scutellum parvum, triangulare, rufo-testaceum, nitidum. Elytra oblonga, antice prothoracis basi multo latiora, quam lata dimidio et ultra longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, ante apicem singulatim, leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, rufo-testacea, nitida, vitta dorsali, longitudinali, sat lata, antice magis, postice minus, abbreviata, nigro-picea; tota tenuiter striata, interstitiis angustis,

planis, laevibus, secundo pone medium puncto parvo; intra marginem serie e punctis minoribus. Corpus subtus flavo-testaceum, sub-nitidum, vix punctatum. Pedes pallide flavo-testacei.

237. *TETRAGONODERUS biguttatus*. supra fusco-aeneus, nitidus, subtus niger; antennis basi rufo-piceis; prothorace brevi, lato, lateribus antice rotundato-ampliato, postice angustato, angulis basalibus fere rectis; elytris sub-quadratis, tenuiter striatis, dorso punctis duobus, magnis impressis, macula postica transversa, pallide flava. Long. 5, lat 2 $\frac{1}{4}$ millim.

Carabus biguttatus, THUNB. Nov. Ins. Spec. p. 76. — Schh. Syn. Ins. I. p. 225. N:o 332.

Tetragonoderus biguttatus, DEJ. Spec. Gen. IV. p. 496. N:o 8.

Habitat in Caffraria orientali et meridionali.

238. *TRECHUS rufipes*: nigro-piceus, nitidus; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace brevi, impunctato, anterius valde rotundato-ampliato, posterius angustato, angulis basalibus rectis; elytris dorso tenuiter striatis, stria quinta apicem versus extrorsum flexa, sexta longe ante apicem abbreviata, 7 et 8 obsoletis; margine inflexo rufo-ferrugineo. Long. 7, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

T. paludoso dimidio major, praesertim latior. Caput sub-triangulare, supra fere planum, piceum, nitidum, laeve, utrinque longitudinaliter, profunde impressum, collo crasso prothoraci adfixum; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennae rufo-testaceae, pubescentes, basi nitidae, glabrae. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, antice capite latior, leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem citius rotundato-ampliatum, infra medium versus basin angustatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis,

lateraliter nonnihil extensis; supra convexiusculus, nigropiceus, nitidus, laevis, postice in medio transversim impressus, canalicula tenui, longitudinali, postice abbreviata. Scutellum triangulare, laeve, nigro-piceum, nitidum. Elytra antice prothoracis basi multo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, pone medium apicem versus sensim angustata, ante apicem singulatim leviter sinuata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, nigro-picea, nitida, dorso tenuiter striata, striis 4 et 5 apicem versus inflexis, sexta recta, longe ante apicem abbreviata, 7 et 8 obsoletis; interstitiis planis, laevibus, secundo mox pone medium puncto obsoleto impresso; margine inflexo rufo-ferrugineo. Corpus subtus obscure ferrugineum, parum nitidum, vix punctatum. Pedes rufo-testacei, nitidi.

239. *TRECHUS pallipes*: ferrugineus, nitidus; antennis, palpis pedibusque dilute flavo-testaceis; prothorace laevi, latitudine breviori, anterieus rotundato-ampliato, posterius angustato, angulis basalibus sub-obtusis; elytris ovatis, parum convexis, tenuiter striatis, stria quinta versus apicem extrorsum nonnihil flexa, interstitiis planis, laevibus. Long. 5, lat. 2 millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

T. rubenti similis, nonnihil major, prothorace latiore, posterius magis angustato, striis exterioribus elytrorum vix tenuioribus. Caput sub-triangulare, rufo-piceum, nitidum, supra paullo convexum, sub-laeve, utrinque longitudinaliter, profunde, antice latius impressum, collo crasso, rufo-ferrugineo, prothoraci adfixum; labro, palpis mandibulisque rufo-testaceis, illis apice infuscatis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennae flavo-testaceae, pubescentes, articulo primo dilutiore. Prothorax latitudine media brevior, antice late rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatum, posterius nonnihil angustatus, basi

truncatus, angulis anticis obtusis, posticis fere rectis; supra convexiusculus, ferrugineus, nitidus, sub-laevis, intra basin transversim impressus ibique dilutior, medio canalicula longitudinali, tenui, postice nonnihil abbreviata. Scutellum parvum, triangulare, laeve, ferrugineum. Elytra sub-ovata, antice prothoracis basi latiora, ad humeros late rotundata, lateribus in medio perparum ampliata, posterius angustata, ante apicem singulatim vix sinuata, apice conjunctim rotundata, supra parum convexa, ferruginea, nitida, margine dilutiora, undique tenuiter striata, stria quinta a sutura, apicem versus extrorsum nonnihil flexa, interstitiis planis, laevibus, intra marginem serie e punctis minoribus. Corpus subtus ferrugineum, nitidum, pectore obsolete punctulato. Pedes dilute flavo-testacei.

240. *BEMBIDIUM* (*TACHYS*) *apicale*: nigro-piceum, nitidum; antennis basi, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace convexo, sub-laevis, lateribus rotundato-ampliato, posterius angustato, intra basin utrinque foveolato, angulis posticis rectis; elytris ovatis, convexis, dorso lateribusque profunde bistriatis, disco laevibus, punctis duobus impressis; pone medium rufo-testaceis. Long. 3, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Castraria orientali.

B. assimili parum major, latior, magis convexum. Caput rotundatum, nigro-piceum, nitidum, supra paullo convexum, sub-laeve, antice utrinque leviter impressum, collo crasso prothoraci adfixum; labro, palpis mandibulisque rufo-testaceis, illis apice piceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae obscure testaceae, pubescentes, articulis tribus basalibus flavo-testaceis, nitidis, glabris. Prothorax latitudine brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem citius rotundato-ampliatus, posterius angustatus, sub-sinuatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra

convexus, nigro-piceus, nitidus, sub-laevis, intra basin utrinque foveolatus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum parvum, triangulare, nigro-piceum, laeve. Elytra ovata, antice prothoracis basi multo latiora, quam lata nonnihil longiora, ad humeros late rotundata, versus apicem angustata, ante apicem singulatim vix sinuata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, a basi ultra medium nigro-picea, dein rufo-testacea, nitida, prope suturam striis duabus profundis, interiori usque ad apicem continuata, exteriori antice paullo, postice magis abbreviata, ad latera itidem striis binis, profundis, pone medium valde approximatis, disco sub-laevia, prope striam dorsalem anteriorem punctis duobus distinctis, uno longe ante, altero mox pone medium. Corpus nigro-piceum, vel ferrugineum, nitidum; pectore obscuriore. Pedes flavo-testacei.

241. BEMBIIDIUM (TACHYS) *picinum*: nigro-piceum, nitidum; antennis, palpis pedibusque ferrugineis; prothorace brevi, sub-laevis, mox pone apicem rotundato-ampliato, posterius nonnihil angustato, sub-sinuato, intra basin utrinque foveolato, angulis posticis rectis; elytris parum convexis, tenuiter striatis, striis ante apicem evanescentibus. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Statura fere et magnitudo *B. nani*. Nigro-piceum, nitidum. Caput rotundatum, supra paullo convexum, sub-laeve, utrinque longitudinaliter impressum, collo crasso prothoraci adfixum; labro, palpis mandibulisque ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae rufo-ferrugineae, pubescentes, basi nitidae, glabrae. Prothorax latitudine brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatum, dein lateribus parum angustatus, sub-sinuatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis rectis; supra convexusculus, laevis, intra basin utrinque

impressus, medio canalicula longitudinali, distincta. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve. Elytra sub-ovata, antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros late rotundata, versus apicem sensim angustata, singulatim vix sinuata, apice conjunctim rotundata, supra nonnihil convexa, tenuiter striata, striis pone medium evanescentibus, interstitiis laevibus. Corpus subtus vix punctulatum. Pedes rufo-ferruginei; femoribus medio obscurioribus,

242. BEMBIDIUM (TACHYS) *exiguum*: nigro-piceum, nitidum; antennis basi, palpis, tibiis tarsisque rufo-ferrugineis; prothorace sub-laevi, antice parum ampliato, postice sub-angustato, intra basin utrinque impresso, angulis basalibus sub-rectis; elytris tenuiter, evidenter striatis, striis ante apicem evanescentibus. Long. $1\frac{1}{2}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

E minoribus. *B. bistriato* magnitudine aequalis. Nigro-piceum, nitidum, glabrum. Caput rotundatum, supra paullo convexum, laeve, antice utrinque obsolete impressum; collo crasso prothoraci adfixum; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennae tenues, piceae, pubescentes, articulis duobus vel tribus basalibus rufo-ferrugineis, nitidis, glabris. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, mox pone apicem paullo rotundato-ampliatum, posterius nonnihil angustatus, basi truncatus, angulis anticis obtusis, posticis fere rectis; supra convexiusculus, sub-laevis, intra basin utrinque impressus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, ante apicem singulatim leviter sinuata, supra modice convexa, dorso lateribusque tenuiter, evi-

denter, disco obsolete striata, striis ante apicem evanescentibus, interstitiis laevibus; intra marginem serie e punctis obsoletis. Corpus subtus sub-laeve. Pedes rufo-testacei; femoribus nigro-piceis.

243. *BEMBIDIUM* (*NOTAPHUS*) *variegatum*: subtus nigro-aeneum, nitidum; antennis basi, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque viridi-aeneis, illo angustiori, sub-laevi, antice rotundato-ampliato, posterius angustato, sub-sinuato, intra basin utrinque impresso, angulis posticis acuminatis, lateraliter nonnihil extensis; elytris ovatis, flavo-testaceis, aeneo-variegatis, punctato-striatis, interstitiis laevibus, secundo punctis duobus impresso. Long. 3, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

B. fumigato primo intuitu simillimus, prothorace angustiore, posterius magis angustato, ab illo distinctus. Caput sub-triangulari, supra paullo convexum, viridi-aeneum, vel obscure cupreum, nitidum, sub-laeve, utrinque longitudinaliter impressum; collo crasso prothoraci adfixum; labro aeneo, nitido; mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, valde convexis, brunneis. Antennae piceae, pubescentes, articulis quatuor basalibus flavo-testaceis, glabris, nitidis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, capite vix latior, mox pone apicem rotundato-ampliatus, infra medium versus basin citius angustatus, sub-sinuatus, basi truncatus, angulis anticis sub-obtusis, posticis lateraliter nonnihil extensis, sub-acuminatis; supra convexiusculus, nitidus, viridi-aeneus, vel obscure cupreus, sub-laevis, intra basin utrinque sat profunde foveolatus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve, viridi-aeneum, nitidum. Elytra ovata, antice prothoracis basi multo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, versus apicem sensim

angustata, ante apicem singulatim, non sinuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, flavo-testacea, nitida, remote aeneo-variegata, mediocriter punctato-striata, interstitiis planis, laevibus, secundo punctis duobus profundioribus impresso, uno ante, altero pone medium; intra marginem serie e punctis evidentioribus. Corpus subtus nigro-piceum, aeneo-micans, vix punctulatum. Pedes flavo-testacei.

244. *BEMBIDIUM* (*NOTAPHUS*) *sobrinum*: supra viridi-cupreum, nitidum, subtus nigrum; antennis basi, palpis pedibusque flavo-testaceis; prothorace angustiore, sublaevi, antice rotundato-ampliato, posterius angustato, sub-sinuato, intra basin utrinque impresso, angulis posticis acuminatis, lateraliter nonnihil extensis; elytris ovatis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis laevibus, secundo punctis duobus impresso; apice flavo-testaceis. Long. 3, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Praecedenti statura similis, elytris aliter coloratis, tenuiter punctato-striatis. Caput sub-triangulari, supra paullo convexum, viridi-cupreum, nitidum, sub-laeve, utrinque longitudinaliter impressum, collo crasso prothoraci adfixum; labro viridi-aeneo, nitido; mandibulis piceis; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, valde convexis, brunneis. Antennae piceae, pubescentes, articulis quatuor basalibus flavo-testaceis. Prothorax omnino ut in praecedenti, totus obscure viridi-cupreus, nitidus. Scutellum triangulare, laeve, viridi-cupreum, nitidum. Elytra ovata, antice prothoracis basi fere duplo latiora, quam lata vix dimidio longiora, ad humeros rotundata, ante apicem singulatim non sinuata, supra modice convexa, obscure cupreo-aenea, nitida, apice flavo-testacea, undique distincte, quam in praecedenti tenuius punctato-striata, interstitiis planis, laevibus, secundo punctis duobus profundis, uno ante, altero pone medium, intra

marginem serie e punctis evidentioribus. Corpus subtus nigrum, sub-nitidum, vix punctatum. Pedes flavo-testacei.

FAM. II. HYDROCANTHARI.

245. *CYBISTER africanus*: oblongo-ovalis, depressiusculus, postice modice dilatatus, ad apicem nonnihil rotundatus, nitidus, supra nigro-olivaceus, subtus nigropiceus; antennis, labro, epistomate, prothoracis lateribus vittaque longitudinali in elytrorum margine, apice hamato-dilatata, luteis; pedibus anticis luteis, nigrovariis, posticis nigro-ferrugineis. Long. 27—30, lat. 14—15 millim.

Cybister africanus LAPORTE. Etud. Ent. p. 99. — AUBÉ Iconogr. V. p. 49. pl. 3. f. 6. — Spec. Gen. des Hydroc. et Gyrin. p. 71. 17.

Trochalus meridionalis GENÈ. De quibusd. Ins. Sard. p. 10.

Trochalus capensis DEJEAN. Cat. 3 ed. p. 60.

Habitat in Caffraria tota.

246. *CYBISTER senegalensis*: oblongo-ovalis, minor, convexiusculus, postice modice dilatatus, ad apicem nonnihil rotundatus, nitidus, supra viridi-olivaceus, subtus piceus; labro, epistomate, prothoracis lateribus vittaque longitudinali in elytrorum margine, apice vix hamato-dilatata, luteis; pedibus anticis testaceis, immaeulatis, posticis ferrugineis, tarsis piceis. Long. 20, lat. 10½ millim.

Cybister senegalensis. AUBÉ Spec. Gen. des Hydroc. et Gyrin. p. 73. 18.

Trochalus senegalensis. DEJ. Cat. ed. 3. p. 60.

Habitat in Caffraria interiore.

247. *CYBISTER immarginatus*: ovalis, convexus, postice modice dilatatus, ad apicem rotundatus, nitidus, supra nigro-olivaceus, subtus nigro-piceus; antennis et labro luteis; prothorace lateribus obsolete ferrugineis; elytris

ad apicem macula parva, ferruginea, interdum vix conspicua; pedibus nigro-piceis, femoribus anterioribus basi apiceque et tibiis anticis rufo-ferrugineis. Long. 36, lat. 20 millim.

Cybister immarginatus. AUBÈ Spec. Gen. des Hydroc. et Gyrin. p. 82. 24.

Dytiscus immarginatus. FABR. Syst. El. I. p. 259.

Trochalus immarginatus. DEJ. Cat. ed. 3. p. 60.

Habitat in Caffraria orientali et interiore.

248. *CYBISTER binotatus*: ovalis, convexus, postice magis dilatatus, ad apicem rotundatus, nitidus, supra nigro-violaceus, subtus nigro-piceus; antennis, pedibus anticis femoribusque intermediis rufo-ferrugineis; prothorace viridi-olivaceo-marginato, utrinque sub-remote aciculato; elytris antice in medio longitudinaliter aciculatis, ad apicem macula medioeri, ovata, rufo-testacea notatis. Long. 40, lat. 22 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Femina nobis tantum cognita. *C. bimaculato* affinis, elytris antice in medio vix ad quartam partem longitudinaliter, sub-remote aciculatis, ab illo mox distinctus. Supra nigro-olivaceus, nitidus. Caput obsolete, remote punctulatum, inter oculos utrinque foveola parva rotunda impressum; labro luteo; mandibulis nigris, nitidis; palpis rufo-ferrugineis, articulo ultimo piceo; oculis sat magnis, rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae. Prothorax latitudine fere triplo brevior, apice late rotundato-emarginatus, medio sub-truncatus, mox pone apicem versus basin sensim, oblique ampliatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis anticis antrorsum valde prominulis, basalibus acutis, retrorsum modice productis; supra convexiusculus, viridi-olivaceo-marginatus, medio, ad latera et antice sub-laevis, utrinque irregulariter, minus crebre, profundius aciculatus, intra apicem serie e punctis parvis, medio abrupta, disco

foveolis duabus, minutissimis, fundo sat crebre punctatis, transversim positis, dorso canalicula tenuissima, antice posticeque valde abbreviata. Scutellum obsoletissime, crebre punctulatum. Elytra ovata, antice prothoracis basi non latiora, pone basin longe ultra medium sensim modice ampliata, dein apicem versus citius angustata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, sub-laevia, intra marginem subtiliter, remote punctata, antice in medio ad quartam partem longitudinaliter, sub-remote aciculata, tenuiter reflexo-marginata, postice depressiuscula, non procul ab apice macula mediocri, sub-ovata, rufo-testacea; singulo seriebus tribus, longitudinalibus, e punctis remotis, mediocribus; margine inflexo ferrugineo. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum; abdomine obscure ferrugineo, maculis utrinque tribus dilute ferrugineis. Pedes nigro-picei; femoribus anterioribus tibiisque anticis, rufo-ferrugineis.

249 *CYBISTER marginicollis*: ovalis, depressiusculus, postice magis dilatatus, ad apicem nonnihil rotundatus; nitidus, supra atro-coeruleus, subtus nigro-piceus; antennis, labro, epistomate pedibusque luteis; prothorace anguste luteo-marginato, dorso subtilissime, longitudinaliter aciculato, lateribus confertim punctulato; elytris triseriatim punctatis; margine inflexo ferrugineo. Long. 17, lat. 10 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

E minoribus. *C. De Haanii* magnitudine aequalis. Supra atro-violaceus, nitidus. Caput obsoletissime punctulatum, intra oculos utrinque foveola parva, rotunda, fundo evidentius punctata, impressum; epistomate et labro luteis; mandibulis piceis, nitidis; palpis rufo-testaceis, articulo ultimo piceo; oculis sat magnis, modice convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae, articulis sex ultimis extrorsum infusatis. Prothorax latitudine fere triplo brevior, antice utrinque leviter sinuatus, medio

perparum rotundato-productus, lateribus pone apicem ad basin sensim oblique ampliatius, postice utrinque leviter sinuatus, angulis acutis, antrorsum modice prominulis, basalibus retrorsum minus productis; supra convexiusculus, luteo-marginatus, subtiliter, sat crebre rugoso-punctulatus, medio longitudinaliter, minus crebre aciculatus, canalicula tenuissima, longitudinali, postice obsoleta. Scutellum parvum, laeve. Elytra ovata, antice prothoracis basi haud latiora, a basi longe ultra medium sensim ampliata, dein apicem versus citius angustata, apice conjunctim sub-rotundata, supra depressiuscula, sub-laevia, intra marginem punctis parvis, remotis; medio in ipsa basi breviter, tenue aciculata, seriebus tribus e punctis parvis, remotis, antice in serie interiore elongatis, margine tenuiter reflexo, subtus ferrugineo. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum; abdomine obsolete, longitudinaliter aciculato, utrinque maculis tribus, parvis, rufo-testaceis. Pedes anteriores flavo-testacei, postici rufo-picei; tarsi intermediis piceis.

250. *EUNECTES helvolus*: angustior, nitidus, flavescens, subtus testaceus; vertice postice maculaque antica breviter cordata, nigris; prothorace minus lato, subtiliter, crebre coriaceo, medio vitta transversa, utrinque abbreviata, interdum interrupta, nigro-fusca; elytris oblongo-ovatis, minus crebre et triseriatim remote, profundius nigro-punctatis, apice singulatim leviter emarginatis, ad suturam acuminatis, maculis duabus marginalibus nigris, posteriori saepe obsoleta, vel deficiente. Long. 16, lat. $8\frac{3}{4}$ millim.

Eunectes helvolus. KLUG. Symb. Phys. t. 33. f. 3.

Eunectes griseus. AUBÉ. Spec. Gen. des Hydrocanth. et Gyrin. p. 124. 1 var.

Habitat in Caffraria orientali et meridionali.

Observ. Individua nostra vitta prothoracis minus distincta, medio saepe interrupta et macula postica ely-

trorum vel obsoleta, vel nulla, ab *E. helvolo* KLUG differrunt. Vix vero species distincta.

251. HYDATICUS *flavolineatus*: ovalis, modice convexus, postice depressiusculus, nitidus, supra niger, subtus ferrugineus; antennis, palpis, epistomate, labro pedibusque anterioribus luteis; prothorace luteo, margine apicali medio, postico toto, nigro; elytris margine, fascia transversa pone basin lineisque longitudinalibus luteis. Long. 17—19, lat. 10½—11 millim.

Habitat in Caffraria meridionali et interiore.

E majoribus hujus generis. *H. stagnali* sub-similis, sed multo major. Caput nigrum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum; epistomate, labro palpisque luteis; mandibulis piceis; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, glaucis. Antennae tenues, luteae, immacolatae. Prothorax latitudine fere quadruplo brevior, antice utrinque leviter sinuatus, medio late, parum rotundato-productus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, postice extrorsum utrinque leviter sinuatus, supra convexiusculus, subtiliter, crebre punctulatus, medio longitudinaliter, obsolete canaliculatus; totus luteus, margine antico anguste, utrinque abbreviato, postico toto, medio latius, nigris; angulis anticis antrorsum prominulis, posticis modice productis, acuminatis. Scutellum triangulare, nigrum, nitidum, sub-laeve. Elytra sub-ovata, antice prothoracis basi haud latiora, pone basin ad medium nonnihil ampliata, a medio apicem versus modice angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, postice depressa, subtilissime et creberrime, intra marginem parcius et evidentius punctulata, nigra, nitida, juxta basin fascia transversa, margine laterali praesertim antice latius lineisque pluribus, pone medium abbreviatis, luteis, dorsalibus rectis, lateralibus nonnihil obliquis; margine anguste reflexo, subtus antice luteo, postice fusco; singulo elytro tri-seriatim, sub-remote, minus

regulariter punctulato. Corpus subtus obscure ferrugineum, nitidum, obsolete coriaceum, abdomine utrinque dilutius maculato. Pedes anteriores lutei, postici picei, femoribus versus apicem ferrugineis, tarsis intermediis ferrugineis.

252. *HYDATICUS signatipennis*: ovalis, depressiusculus, nitidus, supra flavo-testaceus, subtus testaceo-brunneus; prothorace vel antice et postice in medio nigro-maculato, macula postica utrinque uncinato-reflexa, punctum medium nigrum fere attingente (♀), vel disco medio immaculato, macula postica simplici (♂); elytris maculis minimis, rotundatis, plus minusve confluentibus fasciisque duabus transversis, una paullo ante, altera longe pone medium, nigris. Long. 9—11, lat. 5—6¼ millim.

Hydaticus signatipennis. LAPORTE Etud. Ent. p. 95. — AUBÈ Spec. Gen. des Hydrocanth. et Gyrin. p. 158. N:º 2.

Hydaticus pictus. BUQUET DEJ. Cat. ed. 3. p. 61.

Habitat in Caffraria interiore.

Observ. Femina saepe variat prothoracis macula postica nigra simplici, et in medio disci maculis tribus parvis, transversim positis, media rotunda, exterioribus elongatis, elytrorumque fasciis obsoletis.

253. *HYDATICUS Caffer*: ovalis, convexiusculus, nitidus, supra flavo-testaceus, subtus ferrugineus; capite postice nigro, cum maculis duabus flavo-testaceis; prothorace subtiliter punctulato, medio vitta transversa, brevi, nigra; elytris dorso confertim, confuse nigropunctatis, lineis tribus tenuibus, fascia transversa pone medium maculaque obsoleta apicali, flavo-testaceis. Long. 13, lat. 7. millim.

Habitat in Caffraria orientali et interiore.

H. rimoso nonnihil major, praesertim latior, minus convexus. Femina nobis tantum cognita. Caput subti-

liter, crebre punctulatum, flavo-testaceum, nitidum, postice late nigrum, maculis duabus parvis, triangularibus, interdum confluentibus, flavo-testaceis includente, nigredine antice rotundato, tri-emarginato, emarginatura media latiori; labro palpisque flavo-testaceis; mandibulis piceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis, medio infuscatis. Antennae flavo-testaceae. Prothorax latitudine postica plus triplo brevior, antice utrinque leviter sinuatus, medio parum rotundato-productus, lateribus ab apice usque ad basin oblique ampliatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, basalibus retrorsum modice productis, sub-acuminatis; supra convexiusculus, flavo-testaceus, nitidus, subtilissime, crebre punctulatus, utrinque sub-remote, irregulariter aciculatus, medio vitta transversa, brevi, nigra ornatus. Scutellum parvum, triangulare, nigrum, sub-laeve. Elytra ovata, antice prothoracis basi haud latiora, pone basin ad medium paullo ampliata, dein apicem versus angustata, apice conjunctim sub-rotundata, intra marginem subtiliter, remote punctulata; supra convexiuscula, triseriatim, remote punctata, flavo-testacea, nitida, punctis crebris, nigris, confluentibus, antice extrorsum parcius notata, singulo lineis tribus angustis, longitudinalibus, una juxta suturam, altera ante et tertia in medio, exteriore nonnihil flexa, fascia transversa, minus lata, inaequali, medio interrupta, maculaque obsoleta juxta apicem flavo-testaceis; margine inflexo concolore. Corpus subtus subtilissime, crebre coriaceum, piceum, nitidum; abdomine interdum ferrugineo. Pedes anteriores rufo-testacei, postici picei; femoribus basi apiceque ferrugineis.

254. *HYDATICUS apicalis*: ovalis, convexiusculus, nitidus, subtus piceus; capite flavo-testaceo, postice nigro, flavo-tri-maculato; prothorace subtiliter, crebre punctulato, flavo-testaceo, pone medium vitta transversa longiori, utrinque abbreviata, nigra, medio ramulum brevem, apice dilatatum, anterieus emittente; elytris

nigris, dorso parcius, ad latera crebrius flavo-irroratis, plaga magna, communi, apicali, flava, medio confertim nigro-irrorata. Long. $12\frac{1}{2}$, lat. $6\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo fere et statura praecedentis. Caput subtiliter, crebre punctulatum, flavo-testaceum, nitidum, postice late nigrum, maculis duabus triangularibus, transversis et tertia apicali, itidem triangulari, flavo-testaceis, illa in medio apicis cum flavedine capitis confluyente; labro palpisque flavo-testaceis; mandibulis piceis; oculis sat magnis, modice convexis, glaucis. Antennae tenues, flavo-testaceae. Prothorax latitudine postica plus triplo brevior, apice utrinque leviter sinuatus, medio parum rotundato-productus, lateribus versus basin oblique ampliatus, basi utrinque sub-sinuatus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, posticis retrorsum nonnihil productis, sub-acuminatis; supra convexiusculus, subtiliter, confertim punctulatus, flavo-testaceus, nitidus, pone medium vitta transversa, longiori, utrinque attenuata, nigra, anterieus in medio ramulum brevem, apice triangulariter ampliatus, concolorem emittente, margineque postico nigro. Scutellum nigrum, sub-laeve. Elytra ovata, antice prothoracis basi haud latiora, a basi ad medium modice rotundato-ampliata, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, intra marginem obsolete et remote punctulata, supra convexiuscula, nigra, dorso parce, extrorsum crebre flavo-irrorata, margine laterali plagaque magna apicali, communi, antrorsum rotundata, flavo-testaceis, illa medio crebre, confuse nigro-irrorata. Corpus subtus piceum, nitidum, obsolete, crebre coriaceum. Pedes anteriores rufo-testacei; postici picei; femoribus subtus et apice rufo-ferrugineis.

255. *HYDATICUS dorsiger*: oblongo-ovalis, convexiusculus, nitidus, supra flavo-testaceus, subtus ferrugineus; vertice postice

postice nigro; prothorace subtiliter, crebre punctulato, basi in medio nigro; elytris punctis minimis, rotundatis, sparsis vittaque magna, communi, oblonga, postice plus minusve abbreviata, nigris. Long. $13\frac{1}{2}$, lat. $7\frac{1}{2}$ millim.

Hydaticus dorsiger. AUBÉ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin. p. 193 N:o 26.

Habitat in Caffraria tota.

256. *HYDATICUS Leander*: ovalis, convexiusculus, nitidus, supra flavo-testaceus, subtus ferrugineus; vertice postice nigro; prothorace subtiliter, crebre punctulato, postice in medio transversim nigro; elytris, margine excepto, punctis minimis, rotundatis, nigris, medio confuse aggregatis, ad basin, latera et apicem sparsis, Long. $10\frac{1}{2}$ — $11\frac{1}{2}$, lat. 6— $6\frac{1}{2}$ millim.

Dystiscus Leander. ROSSI Faun. Etrusc. I. p. 202. — SCHH. Syn. Ins. II. p. 20. N:o 54.

Hydaticus distinctus. DEJEAN Cat. ed. 3. p. 61.

Hydaticus Leander. AUBÉ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin. p. 198. N:o 30.

Habitat in Caffraria tota.

Observ. Elytra interdum dorso punctis valde confluentibus, ut ibi nigra apparent.

257. *HYDATICUS exclamationis*: ovalis, convexus, postice depressiusculus, nitidus, supra niger, subtus ferrugineus; antennis, labro, epistomate, palpis pedibusque anterioribus luteis; prothorace latitudine triplo breviori, subtiliter, crebre punctulato, late luteo-marginato; elytris vitta laterali, longitudinali, paullo obliqua, posterius sensim angustata, versus apicem abbreviata, aut integra, aut interrupta, lutea. Long. $13\frac{1}{2}$ —15, lat. 8—9 millim.

Hydaticus exclamationis. AUBÉ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin. p. 206. N:o 36.

Habitat in Caffraria interiore.

258. *HYDATICUS bivittatus*: oblongo-ovalis, convexiusculus, postice depressus; nitidus, supra niger, subtus obscure ferrugineus; antennis, labro, epistomate, palpis pedibusque anterioribus luteis; prothorace subtiliter punctulato, luteo, postice in medio rotundatim nigro; elytris margine lato vittaque longitudinali interna, postice cum margine connexa, flavo-testaceis. Long. $13\frac{1}{2}$, lat. 7 millim.

Hydaticus bivittatus. LAPORTE Etud. Entom. p. 97. — AUBÉ Spec. Gen. des Hydrocanth. et Gyrin. p. 207. N:o 37.

Graphoderus bivittatus. DEJ. Cat. ed. 3. p. 61.

Habitat in Caffraria orientali et interiore.

259. *COPELATUS pulchellus*: oblongo-ovalis, convexior, subtilissime punctulatus, nitidus, nigro-piceus; antennis, palpis, capite antice et in vertice, pedibus prothoraceque ad latera, rufo-testaceis; elytris flavo-testaceis, apice attenuatis, macula plus minusve ampliata in medio, nigra, notatis, striisque in disco sex profundioribus alteraque ad marginem antice et postice abbreviata, impressis. Long. $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$, lat. 3— $3\frac{1}{4}$ millim.

Agabus pulchellus KLUG. Symb. Phys. t. 33. f. 7.

Copelatus pulchellus. AUBÉ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin. p. 377. N:o 8.

Colymbetes marginipennis. LAPORTE Etud. Entom. p. 102.

Copelatus fimbriolatus. DEJ. Cat. ed. 3. p. 63.

Habitat in Caffraria interiore.

260. *COPELATUS obtusus*: ovalis, convexiusculus, subtiliter punctulatus, nitidus, nigro-piceus; antennis, palpis, capite antice et in vertice, pedibus prothoraceque ad latera rufo-testaceis; elytris apice obtusis, striis in disco sex tenuibus, interioribus versus apicem remote punctulatis, alteraque ad marginem utrinque abbreviata, impressis, interstitiis planis 4 et 5 medio con-

fertissime aciculatis, linea longitudinali disci, margine apiceque rufo-testaceis. Long. 6, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Praecedenti certe affinis, aliter coloratus, minus convexus, elytris apice magis obtusis, striis tenuioribus, interioribus apicem versus fundo remote punctulatis, interstitiis evidenter etsi subtiliter punctulatis, 4 et 5 pone basin ultra medium creberrime aciculatis, ab illo bene distinctus. Caput nigro-piceum, subtilissime punctulatum, postice angustius, antice latius rufo-testaceum; labro, palpis antennisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Prothorax latitudine fere triplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus pone apicem ad basin oblique ampliatus, postice utrinque sub-sinuatus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, basalibus fere rectis; supra convexiusculus, subtilissime, crebre punctulatus, nigro-piceus, nitidus, minus late rufo-testaceo-marginatus, intra apicem serie transversa e punctis parvis et in utroque latere canalicula tenui, longitudinali insculptus. Scutellum laeve, ferrugineum, nitidum. Elytra sub-ovata, antice prothoracis basi haud latiora, lateribus in medio parum ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra convexiuscula, tenuiter septem-striata, striis interioribus versus apicem punctis remotis impressis, suturali modice, laterali antice magis abbreviata; interstitiis planis, subtiliter, crebre punctulatis, 4 et 5 longe pone basin ultra medium confertissime aciculatis; tota nigro-picea, nitida, inter strias 3 et 4 linea longitudinali, margine apiceque indeterminate rufo-testaceis. Corpus subtus subtiliter, creberrime punctulatum, ferrugineum, nitidum. Pedes rufo-testacci.

261. *COPELATUS striatellus*: oblongus, convexiusculus, obsolete punctulatus, nitidus, supra nigro-piceus, subtus rufo-ferrugineus; capite, ore, antennis prothora-

aeque ad latera, rufo-testaceis, hoc medio infuscato; elytris apice attenuatis, disco striis 9 tenuibus, interiori antice valde abbreviata, alternis 3, 5 et 7 interruptis, mox pone medium desinentibus, margine laterali ultra medium latius rufo-testaceo. Long. 6, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Praecedentibus angustior. Caput subtilissime, crebre punctulatum, rufo-testaceum, nitidum, medio transversim infuscatum; ore antennisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Prothorax latitudine postica fere triplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem paullo rotundato, dein versus basin oblique ampliatus, postice utrinque sub-sinuatus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, basalibus fere rectis; supra convexiusculus, nigropiceus, nitidus, sat late rufo-testaceo-marginatus, obsolete punctulatus, intra marginem serie transversa e punctis minoribus et utrinque ad latera longitudinaliter, tenue canaliculatus. Scutellum ferrugineum, nitidum, laeve. Elytra oblonga, antice prothoracis basi haud latiora, mox pone basin paullo ampliata, a medio apicem versus sensim angustata, apice conjunctim sub-rotundata, supra convexiuscula, obsolete punctulata, nigro-picea, nitida; singulo striis novem tenuioribus, interiore valde abbreviata, ab apicem ad quartam partem vix continuata, reliquis nonnihil ante basin et apicem desinentibus, 3, 5 et 7 adhuc tenuioribus, multoties interruptis, pone medium abbreviatis; margine supra a basi ultra medium rufo-testaceo, subtus toto concolore. Corpus subtus obsolete, crebre punctulatum, rufo-ferrugineum, sub-nitidum; pectore abdomineque medio obscurioribus. Pedes rufo-testacei.

262. *COPELATUS basalis*: oblongus, depressiusculus, nitidus, supra fusco-piceus, subtus testaceus; capite,

antennis prothoraceque ad latera rufo-testaceis, hoc medio transversim obsolete infuscato; elytris sat profunde 12-striatis, striis omnibus ante apicem modice, alternis magis abbreviatis, duabus exterioribus longe ante basin desinentibus; margine basali flavo-testaceo. Long. $5\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Statura praecedentis, sed magis depressus, elytris aliter striatis, ut et colore, ab illo mox distinctus. Caput subtiliter, crebre punctulatum, rufo-testaceum, nitidum, medio transversim leviter infuscatum; palpis antennisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Prothorax latitudine fere triplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, postice utrinque sub-sinuatus, angulis anticis prominulis, acutis, basalibus rectis; supra convexiusculus, confertim, subtiliter punctulatus, basi et utrinque longitudinaliter, tenue aciculatus; fusco-piceus, nitidus, lateribus postice latius, anterieus angustius rufo-testaceo-marginatus; intra apicem serie transversa e punctis minoribus. Scutellum rufo-testaceum, sub-laeve. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, pone basin ad medium perparum ampliata, dein apicem versus angustata, apice conjunctim sub-rotundata, supra haud convexa, sat profunde 12-striata, striis omnibus ante apicem modice, alternis magis abbreviatis, duabus exterioribus ab apice ad medium continuatis; interstitiis planis, sub-laevis; tota fusco-picea, nitida, margine basali flavo-testaceo. Corpus subtus obsolete punctulatum, testaceum. Pedes pallide flavo-testacei.

263. *LACCOPHILUS posticus*: oblongo-ovalis, depressiusculus, postice angustior, apice oblique rotundatus, supra testaceus, subtus brunneus; prothorace antice et postice in medio nigro, basi breviter, acute producto; elytris nigris, lineolis longitudinalibus in disco late et

dense sinuato-undulatis, pallidis, vittam transversam, indeterminatam pone medium formantibus, lateribus anguste pallidis. Long. 4, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Laccophilus posticus. AUBÉ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin. p. 428. N:o 11.

Laccophilus irroratus. DEJ. Cat. Col. ed 3. p. 63.

Habitat in Caffraria orientali et interiore.

Observ. Variat clytrorum lineis pallidis valde angustis, obsoletis, vittam transversam haud formantibus.

264. *LACCOPHILUS adpersus*: oblongo-ovalis, convexiusculus, postice angustior, apice oblique rotundatus, testaceus, nitidus; prothorace immaculato, basi breviter, acute producto; elytris subtiliter, crebre nigro-reticulatis, lateribus anguste pallidis. Long. 4, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo et statura praecedentis, prothorace immaculato, elytris confertissime nigro-reticulatis, ab illo bene distinctus. Caput subtilissime punctulatum, flavo-testaceum, nitidum; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis, medio saepe infuscatis. Antennae flavo-testaceae. Prothorax latitudine fere triplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, basi utrinque sinuatus, medio retrorsum triangulariter nonnihil productus, angulis anticis parum prominulis, sub-acuminatis, posticis fere rectis; supra convexiusculus, flavo-testaceus, immaculatus, nitidus, vix vel obsoletissime punctulatus. Scutellum obtectum. Elytra ovalia, sub-obconica, lateribus ante medium perparum ampliata, dein apicem versus sensim attenuata, apice singulatim oblique nonnihil rotundata, supra convexiuscula, postice depressa, flavo-testacea, nitida, confertissime, subtiliter nigro-irrorata; margine laterali flavo-testaceo. Corpus subtus flavo-testaceum, nitidum. Pedes pallide flavo-testacei.

265. NOTERUS (HYDROCANTHUS) *quadrivittatus*: oblongo-ovalis, sub-obconicus, postice attenuatus, nitidus, flavo-testaceus, abdomine obscuriore; elytris subtiliter, crebre punctulatis, piceis, vittis duabus longitudinalibus, postice angustatis, una dorsali recta, ultra medium extensa, altera laterali, a basi ad apicem introrsum versus oblique ducta. Long. 3, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Parvus. Magnitudo *Hydrocanthi guttulae*. Caput supra modice convexum, flavo-testaceum, nitidum, vix punctulatum; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae breves, flavo-testaceae, basi tenuiores. Prothorax latitudine postica duplo et ultra brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, postice utrinque sinuatus, lobo medio obtuse triangulariter productus, angulis anticis antrorsum nonnihil prominulis, sub-acuminatis, posticis fere rectis; supra convexus, flavo-testaceus, nitidus, vix vel obsolete punctulatus, intra apicem serie e punctis parvis. Scutellum obtectum. Elytra obconica, antice prothoracis basi laud latiora, lateribus a basi usque ad apicem sensim attenuata, apice ipso conjunctim sub-acuminata, supra modice convexa, subtilissime crebre punctulata, picea, nitida, singulo vittis duabus longitudinalibus, flavo-testaceis, antice latioribus, versus apicem angustatis, una in dorso recta, ultra medium continuata, interdum cum laterali conjuncta, altera ab angulo humerali usque ad apicem oblique ducta. Corpus subtus vix punctulatum, saturatius flavo-testaceum; abdomine obscuriore. Pedes pallide flavo-testacei.

266. HYPHYDRUS *Caffer*: ovatus, brevis, crassus, supra vix convexus, dense, evidentem punctulatus, rufo-testaceus, nitidus; prothorace nigro, antice utrinque rufo-testaceo-marginato; elytris dorso sub-planis, singulo fasciis duabus, transversis, undulatis, rufo-testa-

ceis, una mox pone basin, communi, altera mox infra medium, intus abbreviata. Long. 6, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Magnitudo et fere statura *H. grandis*, aliter coloratus, evidenter punctulatus, elytris dorso sub-planis. Caput rufo-testaceum, sub-nitidum, supra parum convexum, ante apicem utrinque leviter impressum, apice anguste reflexum; labro palpisque concoloribus; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae. Prothorax latitudine plus duplo brevior, apice late, leviter rotundato-productus, lateribus ab apice ad basin oblique, perparum ampliatus, tenue reflexo-marginatus, basi utrinque leviter sinuatus, medio triangulariter paullo productus, supra haud convexus, confertissime, subtiliter punctulatus, niger, nitidus, in margine antico utrinque macula magna, rufo-testacea, interdum vitta tenui, transversa, concolore, connexa. Scutellum obtectum. Elytra breviter ovata, antice prothoracis basi nonnihil latiora, ad humeros rotundata, mox pone basin nonnihil rotundato-ampliata, infra medium apicem versus citius angustata, apice conjunctim sub-rotundata, supra modice convexa, dorso sub-plana, tota evidenter, crebre punctulata, nigra, sub-nitida, ante apicem pilis nonnullis depressis, albidis, fasciis duabus transversis, undulatis, rufo-testaceis notata, una mox pone basin, latiori, communi, ad marginem nonnihil dilatata, ibique nigredine basali arcuatim excurrente, altera mox pone medium, tenuiori, introrsum abbreviata; margine inflexo rufo-testaceo. Corpus subtus rufo-ferrugineum, sub-nitidum, crebre, evidenter punctulatum.

Observ. Signaturae elytrorum interdum variant: fascia antica medio abrupta, velut maculis duabus irregularibus constructa, posteriori intus magis abbreviata et macula denique ante apicem parva, concolore.

267. *HYPHYDRUS scriptus*: ovatus, brevis, crassus, supra convexiusculus, dense, inaequaliter punctatus, subnitidus; capite, antennis corporeque subtus rufo-testaceis; elytris rufo-testaceis, basi, sutura, vittis duabus longitudinalibus, irregularibus maculisque externis, nigris; apice rotundatis, stria disci profundiori, punctata. Long. 4—4½, lat, 2¼—3 millim.

Hydrachna scripta. FABR. Syst. El. I. p. 257. N:o 4? — SCHH. SYN. Ins. II. p. 29. N:o 3?

Hyphidrus scriptus. AUBÈ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin. p. 459. N:o 7.

Habitat in Caffraria tota.

Observ. Signaturae nigrae elytrorum valde variant, saepe confluentes.

268. *HYDROPORUS elegantulus*: ovalis, modice convexus, nigro-aeneus, nitidus; antennis pedibusque flavo-testaceis; prothorace crebre, evidenter punctulato, ad basin utrinque oblique canaliculato, margine vittaque media transversa, dorso interrupta, flavo-testaceis; elytris profundius, seriatim punctatis, interstitiis vage punctulatis, disco uni-costatis, margine inaequaliter, fascia transversa intra basin maculaque parva, apicali, flavo-testaceis. Long. 2, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

H. gemino nonnihil minor, praesertim brevior. Caput supra paullo convexum, nigro-piceum, nitidum, crebre, postice evidenter, anterieus obsolete punctulatum; palpis antennisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Prothorax latitudine duplo et ultra brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem modice rotundato-ampliatus, dein fere rectus, basi utrinque sub-sinuatus, medio triangulariter nonnihil productus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, posticis fere rectis; supra convexiusculus, nigro-aeneus, nitidus, margine laterali

sat lato, vittaque media transversa, minus tenui, dorso interrupta, flavo-testaceis; medio et postice profundius, lateribus subtiliter, sat crebre punctulatus, a basi ad medium utrinque canalicula sat profunda, introrsum obliqua. Elytra ovata, antice prothoracis basi nonnihil latiora, ad humeros sub-rotundata, mox pone basin perparum ampliata, a medio apicem versus sensim angustata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, nigro-aenea, nitida, sat profunde, sub-seriatim punctata, interstitiis vage, sat crebre punctulatis, disco carinula elevata, pone medium desinente et extrorsum altera obsoleta, magis abbreviata; margine laterali inaequaliter, late, fascia transversa pone basin, introrsum inaequali, extus latiore, cum margine cohaerente maculae parva, sub-triangulari juxta apicem, flavo-testaceis. Corpus subtus crebre, sat profunde punctatum, nitidum; pectore ferrugineo; abdomine piceo. Pedes flavo-testacei.

269. *HYDROPHORUS lineolatus*: oblongo-ovatus, supra convexiusculus, crebre, subtiliter punctulatus, flavo-testaceus; pectore abdomineque nigris, nitidis; prothorace postice in medio leviter infuscato, utrinque striola in elytris continuata, impresso, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundatis, dein rectis; elytris lineolis quatuor fuscis, versus apicem confluentibus, 1 et 3 antice valde abbreviatis. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Magnitudo et fere statura *H. unistriati*. Caput supra paullo convexum, sub-laeve, flavo-testaceum, nitidum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae flavo-testaceae. Prothorax latitudine postica fere duplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem perparum rotundato-ampliatum, dein fere rectus, basi utrinque leviter sinuatus, medio triangulariter et breviter productus, angulis anticis antrorsum prominulis, sub-acuminatis, posticis fere rectis;

supra convexiusculus, subtiliter, crebre punctulatus, flavo-testaceus, nitidus, basi medio leviter transversim infuscatus, utrinque striola tenui, in elytris continuata. Scutellum obtectum. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, pone basin ad medium parum ampliata, dein apicem versus angustata, apice ipso conjunctim sub-rotundata, supra convexiuscula, flavo-testacea, nitida, confertim, subtiliter punctulata, singulo lineis quatuor longitudinalibus, fuscis, postice confluentibus, 1 et 3 anterioribus valde, 2 et 4 paullo abbreviatis; ad suturam stria tenui. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, nitidum; pectore abdomineque nigris. Pedes pallide flavo-testacei.

270. *HYDROPORUS infirmus*: oblongo-ovatus, supra convexiusculus, subtiliter, crebre punctulatus, nitidus, piceus; antennis basi, palpis, pedibus prothoraceque flavo-testaceis, illo macula magna basali, antice rotundata; picea, notato, postice utrinque stria obliqua, in elytris continuata; elytris tenuiter pubescentibus, margine lineolisque duabus brevibus pone basin, flavo-testaceis. Long. $1\frac{1}{2}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Statura et similitudo *H. lineolati*, minor, capite piceo, prothorace macula postica magna, antice rotundata, nigro-fusca, ut et signaturis elytrorum, ab illo facile distinctus. Caput supra paullo convexum, piceum, interdum obscure ferrugineum, obsolete punctulatum; labro palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae basi flavo-testaceae, extrorsum fuscescentes. Prothorax latitudine postica duplo et ultra brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-amplius, dein fere rectus, basi utrinque sub-sinuatus, medio triangulariter paullo productus, angulis anticis antrorsum modice prominulis, posticis rectis; supra convexiusculus,

flavo-testaceus, basi in medio macula magna, antice rotundata, nigro-fusca, notatus, subtiliter, sat crebre punctulatus, basi utrinque canalicula brevi, sat profunda, in elytrorum basi continuata. Scutellum obtectum. Elytra ovata, antice prothoracis basi haud latiora, mox pone basin parum ampliata, infra medium apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, confertim, parum profunde punctulata, picea, pube tenui, depressa, pallida adspersa, margine laterali inaequaliter lineisque duabus brevibus, longitudinalibus, pone basin, interdum longioribus, flavo-testaceis; juxta suturam stria tenui impressa. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum; pectore abdomineque nigro-piceis, nitidis. Pedes flavo-testacei.

271. *HYDROPORUS evanescens*: sub-ovatus, convexiusculus, flavo-testaceus, nitidus; prothorace basi utrinque striola minima sub-obliqua, in elytris continuata, impresso; elytris confertim, evidenter punctulatis, basi, sutura late, postice in disco excurrente, ante apicem abbreviata maculaque magna, laterali, ovata, nigris. Long. $\frac{3}{4}$, lat. $\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

E minoribus. *H. delicatulo* non latior et dimidio brevior. Flavo-testaceus, nitidus. Caput supra paullo convexum, vix vel obsoletissime punctulatum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae flavo-testaceae. Prothorax latitudine postica plus duplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatus, dein fere rectus, postice utrinque sinuatus, medio triangulariter, obtuse productus, angulis antrorsum prominulis, acutis, posticis rectis; supra convexiusculus, sub-laevis, basi utrinque canalicula brevi, parum obliqua, in elytrorum basi continuata. Scutellum obtectum. Elytra breviter ovata, antice prothoracis basi haud latiora, lateribus in

medio modice ampliata, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, evidenter, crebre punctulata, basi, vitta suturali, lata, ante apicem abbreviata, ibique extrorsum excurrente maculaque media, sat magna, ovata, laterali, nigris. Corpus subtus crebre, obsolete punctulatum.

272. *HYDROPORUS ruficeps*: ovatus, convexus, nitidus, supra niger, subtus ferrugineus; capite, antennis pedibusque rufis, hoc medio sub-remote, transversim punctulato; prothorace antice posticeque evidenter, sub-remote, medio transversim, subtiliter rugoso-punctulato, lateribus indeterminate rufo-ferrugineo; elytris sat crebre, mediocriter punctatis; margine inflexo rufo. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. 3 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

H. rufifronti latior, brevior, magis convexus. Caput supra paullo convexum, rufum, nitidum, laeve, medio transversim, sub-remote punctulatum, interdum leviter infuscatum, antice utrinque oblique, obsolete impressum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae rufo-ferrugineae, basi dilutiores. Prothorax latitudine postica fere triplo brevior, antice leviter, late rotundato-emarginatus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, postice utrinque sinuatus, medio triangulariter, nonnihil productus, angulis antrorsum prominulis, acuminatis, posticis fere rectis; supra convexiusculus, niger, nitidus, antice posticeque evidenter, sub-remote, medio transversim, subtiliter rugoso-punctulatus, lateribus antice latius, versus basin obsoletius, ferrugineis. Scutellum obtectum. Elytra ovata, antice prothoracis basi non latiora, pone basin ad medium modice rotundato-ampliata, dein apicem versus citius angustata, apice ipso conjunctim rotundata, supra convexa, nigra, nitida, sat crebre, vage, mediocriter punctata; margine inflexo rufo-testaceo. Corpus subtus ferrugineum, nitidum,

sat crebre, mediocriter punctatum. Pedes rufo-testacei, postici obscuriores.

273. *HYDROPORUS inquinatus*: ovatus, convexiusculus, rufo-testaceus, nitidus; capite medio transversim infuscato, sub-remote punctulato; prothorace antice posticeque nigro, evidenter, sub-remote, medio subtiliter punctulato; elytris sat crebre, mediocriter punctatis, basi, sutura lineisque quatuor, 1 et 3 antice posticeque paullo, 2 antice valde, 4 brevi, utrinque magis abbreviatis lineolaque postica laterali, sub-obliqua, nigris. Long. 5, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria orientali et interiore.

H. griseo-striato nonnihil latior, magis convexus. Caput supra paullo convexum, rufo-testaceum, nitidum, medio transversim, leviter infuscatum, evidenter, antice posticeque obsoletius punctulatum; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennae rufo-testaceae. Prothorax latitudine postica fere triplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, anterieus nonnihil angustior, lateribus paullo rotundato-ampliatum, basi utrinque sinuatus, medio triangulariter, obtuse productus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, posticis fere rectis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, nitidus, basi apiceque vitta transversa, utrinque nonnihil abbreviata, nigra, insignitus, antice posticeque evidenter, sat crebre, medio subtiliter punctulatus. Scutellum obtectum. Elytra ovata, antice prothoracis basi haud latiora, lateribus mox pone basin ad medium modice rotundato-ampliata, deinceps angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, rufo-testacea, nitida, minus crebre, mediocriter punctata, basi anguste, sutura, lineis quatuor rectis, 1 et 3 antice posticeque nonnihil, 2 antice magis postice minus, 4 utrinque valde abbreviatis, lineolaque laterali paullo obliqua, pone medium locata, longe ante apicem desinente, nigris; signaturis interdum vario modo

confluentibus. Corpus subtus nitidum, sub-remote, mediocriter punctatum, rufo-testaceum; pectore medio infuscato. Pedes dilutius rufo-testacei.

274. *HYDROPORUS lateralis*: ovatus, convexus, obsolete, crebre punctulatus, niger, nitidus; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace obsolete ferrugineo-marginato; elytris margine, fasciis duabus latis, transversis, cum margine cohaerentibus, introrsum abbreviatis apiceque flavo-testaceis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

H. picto parum longior, sed latior. Caput supra paullo convexus, obsolete, crebre punctulatum, nigrum, nitidum, antice utrinque leviter impressum; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae fusciscentes, basi rufo-testaceae. Prothorax latitudine postica fere triplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, anterie nonnihil angustior, lateribus perparum rotundato-ampliatum, basi utrinque sinuatum, medio triangulariter, retrorsum productum, angulis anticis antrorsum prominulis, basalibus fere rectis; supra convexiusculus, subtilissime, crebre punctulatus, niger, nitidus, obsolete, antice latius ferrugineo-marginatus. Scutellum obtectum. Elytra ovata, antice prothoracis basi haud latiora, mox pone basin perparum rotundato-ampliata, a medio apicem versus citius angustata, apice conjunctim sub-rotundata; supra modice convexa, subtilissime, crebre punctulata, nigra, nitida, margine laterali, fasciis duabus transversis, latis, ad suturam non extensis, cum margine cohaerentibus, prima non procul a basi, latiori, undulata, secunda mox pone medium, apiceque flavo-testaceis. Corpus subtus obsolete punctulatum, nigrum, nitidum. Pedes rufo-testacei; femoribus posticis, apice excepto, obscurioribus.

275. *HYDROPORUS collaris*: oblongo-ovatus, convexiusculus, nitidus, niger; antennis basi pedibusque rufo-

testaceis; prothorace rufo-testaceo, medio nigro; elytris piceis, evidenter minus crebre punctulatis, disco antico stria tenui impressis. Long. 3, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

H. notato STURM minor, antice posticeque magis attenuatus. Caput supra parum convexum, obsolete punctulatum, nigrum, nitidum, antice utrinque oblique impressum; labro palpisque ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennae piceae, articulis tribus basalibus rufo-testaceis. Prothorax latitudine postica fere triplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatum, basi utrinque sinuatus, medio triangulariter, retrorsum, nonnihil productus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, posticis fere rectis, supra convexiusculus, rufo-testaceus, nitidus, dorso niger, obsolete, extrorsum evidenter, crebre punctulatus. Scutellum obtectum. Elytra antice prothoracis basi haud latiora, lateribus ad medium nonnihil ampliata, dein apicem versus attenuata, apice ipso conjunctim rotundata, supra modice convexa, picea, extrorsum dilutiora, undique minus crebre, evidenter punctulata, disco stria tenui, longitudinali, pone medium evanescente; margine inflexo rufo-testaceo. Corpus subtile obsolete, crebre punctulatum, nigrum, nitidum. Pedes rufo-testacei.

276. *HYDROPORUS vitticollis*: oblongus, parum convexus, nitidus, niger; capite antice, palpis, antennis pedibusque rufo-testaceis; prothorace flavo-testaceo, postice late infuscato; elytris obsolete, crebre punctulatis, maculis duabus lateralibus tertiaque apicali, flavo-testaceis. Long. $1\frac{1}{2}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Parvus.

Parvus. Magnitudo et fere statura *H. unistriati*. Caput supra paullo convexum, obsolete, crebre punctulatum, rufo-testaceum, nitidum, postice transversim, late infuscatum; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennae rufo-testaceae. Prothorax latitudine postica fere triplo brevior, antice late, leviter, rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem rotundato-amplius, dein fere rectus, basi utrinque sinuatus, medio breviter et triangulariter retrorsum productus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, posticis rectis; supra convexiusculus, crebre, subtiliter punctulatus, flavo-testaceus, postice transversim late infuscatus. Scutellum obtectum. Elytra antice prothoracis basi vix angustiora, lateribus in medio haud ampliata, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, obsolete, crebre punctulata, nigro-picea, parum nitida, maculis tribus parvis, flavo-testaceis insignita, duabus lateralibus oblongis, una ante, altera pone medium tertiaque intra apicem, rotunda. Corpus subtus nigrum, evidenter, crebre punctulatum; abdomine basi utrinque ferrugineo. Pedes rufo-testacei.

277. *HYDROPORUS exilis*: ovatus, convexiusculus, supra nigro-piceus, subtus obscure ferrugineus; antennis basi, palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace subtiliter, sat crebre punctulato, ferrugineo-marginato; elytris obsolete, crebre punctulatis, lateribus obscure ferrugineis. Long. $1\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Parvus. Praecedenti vix brevior, sed latior. Caput supra paullo convexum, obsolete, crebre punctulatum, nigro-piceum, sub-nitidum, antice utrinque leviter, oblique impressum; labro palpisque ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae basi rufo-

testaceæ, extrorsum fuscæ. Prothorax latitudine postica fere triplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus mox pone apicem nonnihil ampliatus, dein sub-obliquus, basi utrinque sinuatus, medio retrorsum breviter et triangulariter productus, angulis anticis antrorsum prominulis, acutis, posticis rectis; supra convexusculus, subtiliter, crebre punctulatus, niger, sub-nitidus, minus late rufo-testaceo-marginatus. Scutellum obtectum. Elytra ovata, antice prothoracis basi haud latiora, lateribus vix ampliata, a medio apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexuscula, crebre, obsolete punctulata, nigra, parum nitida, ad latera dilutiora, obscure ferruginea. Corpus subtus obscure ferrugineum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes rufo-testacei.

FAM. III. GYRINI.

278. *GYRINUS flavipes*: ovatus, convexus, supra viridi-olivaceus, sub-nitidus, subtus aeneus; prothorace sublaevi, medio tenuiter canaliculato; elytris punctato-striatis, striis internis subtilioribus, interstitiis subtiliter, minus crebre punctulatis, 6 et 8 magis elevatis; apice late truncatis, margine inflexo aeneo; pedibus flavo-testaceis. Long. 6, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria orientali et interiore.

G. natatori paullo major. Caput supra parum convexum, sub-laeve, viridi-olivaceum, nitidum, medio violaceo-micans; labro viridi-aeneo, nitido, apice albido-piloso; palpis piceis, nitidis, basi ferrugineis; oculis subrotundatis, parum convexis, nigro-brunneis. Antennae nigro-aeneae, nitidae. Prothorax latitudine fere quadruplo brevior, antice utrinque sat profunde sinuatus, medio modice rotundato-productus, lateribus versus basin oblique ampliatus, basi utrinque leviter sinuatus, angulis

anticis modice productis, sub-acuminatis, posticis fere rectis; supra transversim convexus, obsolete coriaceus, viridi-olivaceus, parum nitidus, antice posticeque vitta utrinque abbreviata, violacea, notatus, medio canalicula tenui, longitudinali. Scutellum triangulare, laeve, cupreo-micans. Elytra antice prothoracis basi nonnihil latiora, ad humeros leviter emarginata, lateribus in medio parum ampliata, versus apicem paullo angustata, apice conjunctim, late truncata, angulis exterioribus rectis, interioribus rotundatis; supra convexa, dorso subviolacea, tenuiter punctato-striata, lateribus viridi-olivacea, evidenter punctato-striata, interstitiis parum convexis, subtiliter, minus crebre punctulatis, 6 et 8 elevatioribus; margine inflexo, obscure aeneo. Corpus subaeneum, nitidum, obsolete, crebre coriaceum. Pedes flavo-testacei; tibiis anticis ferrugineis.

279. *GYRINUS capensis*: oblongo-ovalis, depressiusculus, nitidus, supra fusco-subtus nigro-aeneus; labro laevi; elytris striato-punctatis, striis glauco-viridibus, internis subtilioribus, interstitiis subtiliter, crebre aeneo-punctatis, externis modice elevatis; prothoracis elytrorumque margine, pectore medio, ano pedibusque luteo-testaceis; tibiis anticis obscure ferrugineis. Long. 8, lat. 4 millim.

Gyrinus capensis THUNB. Nov. Ins. Spec. p. 27. — AUBÈ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin p. 715. N:o 41.

Gyrinus concinnus KLUG. Symb. Phys. t. 34. f. 10?

Habitat in Caffraria meridionali.

280. *GYRINUS splendidulus*: oblongo-ovalis, depressiusculus, nitidus, fusco-aeneus; prothorace confertim rugoso-punctulato, medio vitta transversa, cuprea; elytris sulcato-punctatis, sulcis glauco-viridibus, leviter impressis, internis subtilioribus, interstitiis elevatis, subtiliter, minus crebre punctulatis; prothoracis elytrorum-

que margine, corpore subtus pedibusque pallide luteis. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. 3 millim.

Gyrinus splendidulus AUBÈ Spec. Gen. des Hydrocanth. et Gyrin. p. 721. N:o 44.

Habitat in Caffraria orientali.

281. *GYRINUS amoenulus*: oblongo-ovalis, convexus, nitidus, viridi-aeneus; prothorace confertissime, evidenter rugoso-punctulato, vittis duabus transversis, violaceis; elytris sulcatis, interstitiis convexis, violaceo-micantibus, crebre, subtiliter punctulatis; prothoracis elytrorumque margine, corpore subtus pedibusque pallide luteis. Long. 5, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali et interiore.

Primo intuitu praecedenti simillimus, semper minor, in elytris magis convexus, prothorace utrinque evidenter, crebrius rugoso-punctulato, interstitiis elytrorum confertim punctulatis, dorso violaceo-micantibus, certe distinctus. Caput supra convexiusculum, obsolete, crebre punctulatum, viridi-aeneum, nitidum, vitta media longitudinali, postice dilatata, violaceo-micante, antice canalicula transversa; labro sub-laevi, concolore, antice rotundato, pilis albidis obsito; palpis luteis, articulo ultimo apice leviter infuscato; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennae nigrae. Prothorax latitudine fere quadruplo brevior, antice utrinque rotundato-emarginatus, medio nonnihil rotundato-productus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, basi utrinque leviter sinuatus, angulis antrorsum modice prominulis, sub-acuminatis, posticis retrorsum productis, acutis; supra convexiusculus, viridi-aeneus, nitidus, pallide luteo-marginatus, dorso obsoletius, lateribus evidenter, crebre rugoso-punctatus, vittis duabus transversis, utrinque abbreviatis, violaceis, una apicali, altera basali. Scutellum sub-laeve, cupreum, nitidum. Elytra antice prothoracis basi non latiora, mox pone basin nonnihil ampliata, infra medium apicem

versus sensim angustata, apice conjunctim late truncata, extus singulatim parum, intus ad suturam magis rotundata, supra modice convexa, nitida, parum profunde sulcata, sulcis in fundo coriaceis, viridi-aeneis, interstitiis convexiusculis, dorso violaceis, crebre, subtiliter aeneo-punctatis; margine laterali pallide flavo-testaceo. Corpus subtus luteum, nitidum, obsolete, crebre punctulatum. Pedes concolores.

282. *GYRINUS abdominalis*: oblongo-ovalis, depressiusculus, fusco-aeneus, nitidus; prothorace subtiliter, crebre rugoso-punctato, dorso violaceo, vitta tenui, transversa, cuprea, marginibus luteis; elytris sulcato-punctatis, interstitiis elevatis, confertim aeneo-punctulatis, exterioribus violaceo-nicantibus; lateribus late pedibusque luteis; subtus pallide testaceus, abdomine, apice excepto, piceo-aeneo. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Gyrinus abdominalis AUBÈ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin. p. 722. N:o 45.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

283. *ORECTOCHILUS bicostatus*: oblongo-ovalis, convexus, aeneus, nitidus, luteo-marginatus, dense, subtiliter reticulato-punctulatus, albido-sericeus; capite prothoraceque medio laevibus; elytris costa disci, postice abbreviata suturaque antice late, laevibus, glabris; apice truncatis, extus leviter emarginatis, angulis externis breviter acuminatis; subtus nigro-aeneus, pectore medio abdomineque luteis, illo basi utrinque nigro-aeneo. Long. $8\frac{1}{2}$, lat. $4\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

O. glauco affinis, corpore subtus ex parte nigro-aeneo, elytrorum sutura longius et latius denudata, angulis apicalibus externis minus productis, ab illo bene distinctus. Caput paullo convexum, subtilissime, crebre punctulatum, aeneum, nitidum, medio et postice cupreo-micans, inter oculos vitta tenui, transversa, violacea,

notatum, antice transversim, parum profunde canaliculatum; labro violaceo, crebre, evidenter punctato, apice pilis longioribus, pallidis obsito; palpis ferrugineis; oculis rotundatis, parum convexis, brunneis. Antennae nigrae. Prothorax latitudine triplo brevior, antice utrinque leviter rotundato-emarginatus, medio modice rotundato-productus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, postice obsolete bi-sinuatus, angulis anticis antrorsum modice prominulis, sub-acutis, basalibus retrorsum parum productis, fere rectis; supra convexus, aeneus, dorso sublaevis, vittis duabus transversis, violaceis, una mox ante medium, altera in ipsa basi, lateribus subtiliter, creberrime punctulatis, pube brevissima, depressa, albida, dense obsitis, extus luteo-marginatis. Scutellum aeneum, laeve. Elytra antice prothoracis basi non latiora, lateribus mox pone basin modice rotundato-ampliata, dein versus apicem nonnihil angustata, apice conjunctim, late truncata, singulatim ad angulum externum leviter emarginata, angulo ipso breviter acuminato, suturali fere recto, parum producto; supra valde convexa, aenea, subtiliter, crebre punctulata, pube densa, brevi, depressa, albida obsita, sutura a basi longe ultra medium late costaque elevata disci longe pone medium desinente, elevatis, laevibus, glabris; margine laterali supra et subtus luteo. Corpus subtus nigro-aeneum, nitidum; pectore medio abdomineque luteis, illo utrinque basi plaga magna, laterali, nigro-aenea, segmento ultimo supra violaceo, subtus in medio ferrugineo. Pedes lutei, antici geniculis, tibiis tarsisque nigro-piceis.

284. *DINEUTES Caffer*: ovalis, convexiusculus, supra-nigro-olivaceus, vix aeneus, sub-nitidus, subtus piceus; fronte sub-remote rugulosa; prothorace obsolete coriaceo, subtiliter, remote punctulato; elytris obsolete striatis, subtiliter, remote punctulatis, ante apicem leviter sinuatis, apice conjunctim emarginatis; tibiis tarsisque

posterioribus rufo-testaceis. Long. $13\frac{1}{2}$ — $15\frac{1}{2}$, lat. 8—9 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

D. praemorso nonnihil major, praesertim latior. Caput supra paullo convexum, sub-nitidum, cupreo-violaceum, postice violaceum, antice infra oculos viridi-aeneo-marginatum, subtiliter coriaceum, remote rugulosum, utrinque leviter impressum; vertice basi chalybeo-nitente; labro viridi aeneo, crebre punctulato, apice rotundato, albo-piloso; palpis piceis, nitidis; oculis rotundatis, parum convexis, brunneis. Antennae aeneae, nitidae. Prothorax latitudine fere triplo brevior, antice utrinque rotundato-emarginatus, medio modice rotundato-productus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis anticis nonnihil prominulis, acutis, posticis rectis; supra convexus, nigro-olivaceus, sub-nitidus, subtiliter coriaceus, obsolete, remote punctulatus. Scutellum obtectum. Elytra ovata, antice in medio parum rotundato-producta, extus utrinque late, leviter sinuata, prothoracis basi haud latiora, lateribus a basi ad medium modice ampliata, dein apicem versus sensim angustata, ante apicem leviter sinuata, apice conjunctim emarginata, singulatim rotundata, supra convexiuscula, nigro-violacea, margine interdum dilute violaceo-micantia, tota obsolete striata, interstitiis obsolete, crebre coriaceis, subtiliter, remote punctulatis, margine inflexo, piceo. Corpus subtus piceum, nitidum, obsolete coriaceum. Pedes antici picei, in mare longissimi, coxis et trochanteribus interdum rufo-ferrugineis; pedibus posterioribus flavo-testaceis, femoribus piceis, apice dilutioribus.

285. *DINEUTES aereus*: ovalis, convexiusculus, supra nigro-violaceus, vel sub-aeneus, parum nitidus, subtilissime, dense punctulatus, subtus nigro-piceus; capite medio irregulariter, minus crebre aciculato; prothorace subtiliter, remote punctulato; elytris tenue striatis, apice rotundatis, serratis, ad suturam haud prominu-

lis, ante apicem leviter sinuatis, interstitiis remote, subtiliter punctulatis; tarsis posterioribus luteis. Long. 12—13½, lat. 6½—7¼ millim.

Dineutes aereus. KLUG Symb. Phys. tab. 34. f. 8. — AUBÈ Spec. Gen. des Hydrocanth. et Gyrin. p. 769. N:o 7.

Cyclous Aegyptiacus. DEJ. Cat. ed. 3:a p. 66.

Habitat in Caffraria tota.

286. *DINEUTES punctatus*: oblongo-ovalis, depressiusculus, supra brunneo-olivaceus, interdum aeneo-cupreoque variegatus, nitidulus, subtilissime reticulato-punctulatus, punctisque remotis, sparsis impressus, subtus nigropiceus; elytris leviter undulato-striatis, apice conjunctim late rotundatis, ante apicem vix sinuatis; tibiis tarsisque posterioribus luteis. Long. 11—13, lat. 6—6¾ millim.

Cyclous punctatus DEJ. Cat. ed. 3:a p. 66.

Dineutes punctatus AUBÈ Spec. Gen. d. Hydrocanth. et Gyrin. p. 774. N:o 10.

Habitat in Caffraria orientali.

287. *DINEUTES subspinosus*: oblongo-ovalis, convexiusculus, nitidus, nigro-piceus, supra vix aenescens; capite prothoraceque sub-laevibus; elytris subtile striatis, apice truncatis, serratis, ante apicem singulatim emarginatis, acute spinosis, vitta marginali viridi-cuprea; tarsis anticis pedibusque posterioribus ferrugineis. Long. 7½, lat. 3¾ millim.

Gyrinus subspinosus KLUG Symb. Phys. t. 34. f. 9.

Gyrinus dentipennis MAC LEAY Ann. Javan. p. 133?

Cyclous australis DEJ. Cat. ed. 3. p. 66.

Dineutes subspinosus AUBÈ Spec. Gen. des Hydrocanth. et Gyrin. p. 786. N:o 19.

Habitat in rivulis Caffrariae infra cataractulas, quarum ab imo ad summum repititis vicibus volitat et aquae insidens, deorsum se ferri patitur.

Observ. Individua e Caffraria reportata, semper Aegyptiacis minora magisque oblonga, ceterum in omnibus similia. Vix species distincta.

FAM. IV. STAPHYLINI.

288. *MYRME DONIA dispar*: rufo-testacea, nitida, breviter, parce pubescens, remote, mediocriter punctata; capite nigro; antennis crassis, fuscis, basi rufo-testaceis; prothorace sub-quadrato, canaliculato, versus basin nonnihil angustato; abdomine segmentis 4 et 5 nigris. Long. 6—7, lat. $1\frac{3}{4}$ —2 millim.

Mas.: abdominis segmento primo supra apice laminato, utrinque longe et acute spinoso, quinto supra parce tuberculato, sexto apice sub-tridentato.

Femina: abdominis segmento primo supra non laminato, inermi, quinto laevi, sexto sub-acuminato.

Habitat ad Portum Natalense et ad Boschjesmanns Rand.

M. Satelliti ERICHS. proxima, parce pubescens, capite nitido, abdomine segmentis tantum 4 et 5 nigris, ab illa mox distincta. Caput rotundatum, nigrum, nitidum, supra modice convexum, sub-remote, mediocriter punctatum; fronte non impressa; epistomate et ore rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennae crassae, fuscae, parce pubescentes, articulis tribus primis rufo-testaceis, primo obconico, secundo et tertio tenuioribus, 4—10 brevibus, crassis, apice truncatis, ultimo conico, extrorsum dilutiore. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice truncatus, postice late rotundatus, undique tenuiter marginatus, lateribus ab apice versus basin sensim oblique angustatus, angulis anticis obtusis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, nitidus, sub-remote, mediocriter punctatus, pube tenui, pallida adpersus, medio canalicula longitudinali, antice tenuiori, postice evidentiori. Scutellum parvum, triangulare, rufo-testaceum, sat crebre punctulatum. Elytra prothorace nonnihil longiora et latiora, sub-quadrata, supra paullo convexa, rufo-testacea, nitida, tenuiter pallido-pubescentia, sub-remote, mediocriter punctata, humeris angulisque apicalibus externis rotundatis. Abdomen rufo-testaceum, nitidum, sub-remote, subtilius punctatum, segmentis 4

et 5 nigris, primo maris in laminam apice late sinuatam producto, utrinque spina marginali, valida, sub-arcuata, basi dentata terminato, quinto supra tuberculis remotis notato. Pedes dilutius rufo-testacei.

289. *MYRMEDONIA terminata*: flavo-testacea, nitida, breviter, parce pubescens; capite nigro, obsolete, remote punctato; antennis crassis, ferrugineis, basi luteis; prothorace sub-quadrato, minus crebre, mediocriter punctato, canaliculato, versus basin nonnihil angustato; elytris crebrius et profundius punctatis; abdomine segmentis tribus ultimis rufo-piceis. Long. $5\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Praecedenti affinis, sed minor, gracilior. Caput rotundatum, nigrum, parum nitidum, supra modice convexum, obsolete, sat crebre punctulatum; labro, mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae crassae, ferrugineae, parce pubescentes, articulis tribus primis flavo-testaceis, primo obconico, 2 et 3 tenuioribus, 4—10 crassis, brevibus, apice truncatis, ultimo conico, basi excepto, dilutiore. Prothorax sub-quadratus, latitudine vix brevior, antice truncatus, postice late rotundatus, angulis anticis obtusis; supra convexiusculus, flavo-testaceus, nitidus, pube tenui, pallida, parce adpersus, sub-remote, mediocriter punctatus, medio canalicula longitudinali, anterieus obsolete, posterius evidentiore. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum, rufo-testaceum. Elytra sub-quadrata, prothorace parum latiora, non vero longiora, ad humeros rotundata, apice truncata, angulis externis fere recta, supra crebre, profundius punctata, flavo-testacea, nitida, tenuissime, breviter pallido-pubescentia. Abdomen crebre, mediocriter punctatum, segmentis tribus primis flavo-testaceis, sequentibus rufo-piceis. Pedes pallide flavo-testacei.

290. MYRMEDONIA *longicornis*: angusta, rufo-testacea, nitida, breviter et tenuiter pubescens; capite nigropiceo, obsolete punctulato; antennis longis, haud crassis; prothorace sub-quadrato, minus crebre punctulato, postice utrinque ad latera oblique, medio transversim, tenuiter impresso; elytris crebre, mediocriter punctatis; abdomine segmentis 4 et 5 ferrugineis. Long. 5, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Praecedentibus minor, gracilior, antennis longioribus, tenuioribus, articulis sub-obconicis, ab illis facile distincta. Caput rotundatum, nigro-piceum, nitidum, obsolete, sat crebre punctulatum, supra in medio fere planum; epistomate et ore rufo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennae dimidii corpore longiores, minus crassae, rufo-testaceae, parce pubescentes, articulo primo crasso, secundo brevior, tertio longior, sub-obconicis, 4—10 elongatis, sub-obconicis, apice truncatis, longitudine sensim decrescentibus, ultimo conico, acuminato. Prothorax sub-quadratus, latitudine nonnihil brevior, antice sub-truncatus, lateribus versus basin perparum angustatus, basi rotundatus, angulis omnibus obtusis; supra convexus, rufo-testaceus, nitidus, tenuiter pallido-pubescens, subtiliter, minus crebre punctulatus, utrinque ad latera impressus, basi medio canalicula brevi, transversa, fundo evidenter punctata. Scutellum parvum, triangulare, rufo-testaceum, crebre punctulatum. Elytra sub-quadrata, prothorace nonnihil latiora et longiora, ad humeros rotundata, apice truncata, extus ad angulum singulatim leviter emarginata, angulo ipso sub-recta, supra fere plana, confertim, mediocriter punctata, rufo-testacea, nitida, pube tenui, brevissima, pallida adspersa. Corpus rufo-testaceum, sat crebre, evidenter punctulatum, segmentis abdominis 4 et 5 ferrugineis. Pedes flavo-testacei.

291. *MYRMEDONIA proluxa*: angusta, rufo-testacea, nitida, parce pubescens; capite nigro, nitido, sat crebre punctulato; antennis modice crassis, basi dilutioribus; prothorace sub-quadrato, subtiliter, sat crebre punctulato, utrinque ad latera impresso; elytris ferrugineis, crebre, subtiliter punctatis; abdominis segmentis 3—5 ferrugineis. Long. 4, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Præcedenti nonnihil minor, antennis crassioribus, brevioribus, articulis 4—10 breviter obconicis, elytris ferrugineis, ab illa distincta. Caput rotundatum, nigrum, nitidum, supra modicè convexum, sat crebre punctulatum, medio impressum; epistomate et ore rufo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, brunneis. Antennae modice crassae, rufo-testaceae, parce pubescentes, basi dilutiores, articulo primo longo, extrorsum valde incrassato, secundo brevi, tertio obconico, 4—10 breviter obconicis, longitudine sensim decrescentibus, ultimo acuminato. Prothorax sub-quadratus, latitudine nonnihil brevior, apice truncatus, lateribus versus basin nonnihil angustatus, postice rotundatus, angulis omnibus obtusis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, nitidus, subtiliter, sat crebre punctulatus, pube tenui, pallida adspersus, utrinque ad latera impressus. Scutellum parvum, triangulare, crebre punctulatum, ferrugineum. Elytra sub-quadrata, prothorace nonnihil latiora et longiora, ad humeros rotundata, postice truncata, ad angulos externos leviter emarginata, sub-recta, supra fere plana, dilute ferruginea, nitida, crebre, subtiliter punctata, pube tenui, pallida adspersa. Abdomen rufo-testaceum, nitidum, crebre punctulatum, segmentis 3—5 ferrugineis. Pedes flavo-testacei.

292. *HOMALOTA atricapilla*: rufo-testacea, nitida, pilosa; capite nigro, profunde, minus crebre punctato, antennis fusiformibus; ferrugineis, basi dilutioribus; protho-

race latitudine brevior, sat crebre punctulato; elytris creberrime rugoso-punctatis; abdominis segmentis 4 et 5 ferrugineis. Long. 5, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

H. cinnamomea nonnihil major, crassior. Caput rotundatum, nigrum, nitidum, supra modice convexum, sub-remote, profunde punctatum; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennae capite cum prothorace longiores, crassae, ferrugineae, parce pilosae, articulis tribus primis dilutioribus, 4—10 breviter obconicis, apice truncatis, apicem versus sensim decrescentibus, ultimo conico, acuminato. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice truncatus, lateribus nonnihil rotundato-ampliatum, basi rotundatus, angulis omnibus obtusis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, nitidus, pube brevi, pallida obsitus, sat crebre punctulatus, undique anguste reflexo-marginatus. Scutellum parvum, crebre punctulatum, rufo-testaceum. Elytra prothoracis basi haud latiora, quam lata nonnihil breviora, ad humeros sub-rotundata, apice truncata, ad angulos externos leviter emarginata, supra parum convexa, creberrime, mediocriter rugoso-punctata, rufo-testacea, nitida, tenue pallido-pubescentia. Corpus rufo-testaceum, nitidum, obsolete punctulatum; abdomine piloso, supra ad latera valde elevato-marginato; segmentis 4 et 5 obscurioribus, ferrugineis. Pedes flavo-testacei.

293. *Aleochara rufipes*: nigra, sud-nitida, fusco-pubescentis; antennis apicem versus incrassatis, basi, palpis pedibusque rufo-testaceis; capite evidenter prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris prothorace brevioribus, creberrime punctatis, margine apicali obsolete ferrugineis; abdomine apicem versus attenuato, supra crebre, evidenter punctato. Long. $3\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

A. brevipenni proxima, elytris prothorace brevioribus, ab illa mox distincta. Caput ovatum, nigrum, subnitidum, pube densa, depressa, fusca obsitum, supra nonnihil convexum, evidenter, sat crebre punctulatum; labro mandibulisque piceis; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, paullo convexis, nigro-brunneis. Antennae capite prothoraceque nonnihil longiores, basi tenuiores, extrorsum sensim incrassatae, articulis duobus primis rufo-testaceis, tertio ferrugineo, reliquis nigro-fuscis, pubescentibus, ultimo sub-conico, apice dilutiore, obtuso. Prothorax latitudine dimidio brevior, basi elytrorum latitudine, antrorsum angustatus, postice lateribusque rotundatus, apice truncatus, angulis anticis sub-rectis, deflexis, posticis obtusis; supra convexus, subtiliter, confertim punctulatus, niger, sub-nitidus, pube brevi, depressa, fusca dense obsitus. Scutellum triangulare, profundius, crebre punctatum. Elytra prothorace dimidio breviora, ad humeros et in angulo apicali exteriori rotundata, apice truncata, supra parum convexa, confertissime ruguloso-punctata, nigra, sub-nitida, parcius pubescentia, margine apicali obsolete, anguste ferrugineo. Abdomen apicem versus sensim attenuatum, dense, fortius punctatum, segmentis ventralibus singulis margine posteriore rufo-ferrugineo. Pedes rufo-testacei.

294. *ALEOCHARA vaga*: fusca, sub-nitida, parce pubescens, antennarum basi apiceque prothoracis limbo, elytrorum vitta obsoleta, abdominis segmentorum marginibus pedibusque rufis; abdomine supra densius punctato. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Aleochara vaga. ERICHS. Gen. et Spec. Staphyl. p. 172. N:o 28.

Habitat in Caffraria meridionali.

295. *CONURUS obesus*: supra nigro-fuscus, parce sericeo-pubescens, subtus ferrugineus; antennis, palpis, pedibus anoque rufo-testaceis; prothorace amplo, convexo, obsolete punctulato; elytris confertim, subtiliter punctu-

latis, prothorace haud longioribus; abdomine apicem versus citius attenuato, supra subtiliter, crebre punctulato. Long. 4, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

C. pubescente vix longior, sed crassior, magis convexus, pube brevi, depressa, griseo-sericea vestitus. Caput parvum, breve, transversum, modice convexum, nigro-fuscum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis parum convexus, nigro-brunneis. Antennae capituli prothoracisque longitudine, flavo-testaceae, basi dilutiores, apicem versus sensim sub-incrassatae, articulo primo oblongo, 2—4 elongatis, 5—10 breviter obconicis, ultimo elongato, acuminato, dilutiori. Prothorax postice latitudine elytrorum, quam latus nonnihil brevior, antrorsum angustatus, apice duplo fere angustior quam basi, lateribus aequaliter, modice rotundatus, postice utrinque sub-sinuatus, angulis anticis obtusis, deflexis, posticis retrorsum perparum prominulis, fere rectis; supra valde convexus, obsolete, crebre punctulatus, nigro-piceus, pube brevi, depressa, grisea, dorso parce, ad latera densius, adpersus, margine summo basali rufescente. Scutellum triangulare, rufo-piceum, obsolete punctulatum. Elytra prothorace haud longiora, ad humeros et in angulo apicali exteriori rotundata, apice truncata, supra convexa, subtiliter, confertissime punctulata, fusco-picea, sub-nitida. Corpus subtus ferrugineum, supra fusco-piceum, undique subtiliter, sat crebre punctulatum, pilis rigidis, fuscis adpersum, segmentis duobus ultimis rufo-testaceis. Pedes rufo-testacei.

296. *TACHINUS exilis*: niger, nitidus, glaber; antennis basi, palpis prothoracis limbo, ore pedibusque rufo-testaceis; elytris subtiliter, confertim punctulatis, rufo-testaceis, medio plaga magna, ovata, fusca. Long. $1\frac{3}{4}$, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

T. picto affinis, minor, aliter coloratus. Caput latum, breve, transversum, nigrum, nitidum, glabrum, supra convexum, obsolete punctulatum; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennae capite prothoraceque paullo longiores, fusco-ferrugineae, basi dilutiores, apicem versus vix crassiores, articulis 3—10 breviter sub-obconicis, ultimo elongato, cylindrico, apice acuminato. Prothorax postice latitudine elytrorum, quam latus fere dimidio brevior, antrorsum nonnihil angustatus, lateribus modice rotundatus, apice late, leviter rotundato-emarginatus, basi utrinque sub-sinuatus, angulis omnibus obtusis, anticis deflexis; supra convexus, niger, nitidus, vix punctulatus, margine laterali rufo-testaceo. Scutellum sat magnum, triangulare, nigrum, nitidum, sub-laeve. Elytra prothorace paullo longiora, ad humeros et in angulo apicali exteriori rotundata, apice truncata, supra modice convexa, rufo-testacea, nitida, subtiliter, confertim punctulata, singulo in disco plaga sat magna, ovata, fusca. Corpus nigro-piceum, nitidum, crebre, subtiliter punctatum, dense, breviter pubescens, lateribus et apice parce nigro-pilosum, segmento ultimo rufo-testaceo. Pedes rufo-testacei.

VIII. HOMOROCERUS.

(Ab ὁμορος confinis et Κέρας cornu.)

Antennae fractae, breviusculae, incrassatae, articulis 2 et 3 rotundatis, 4—10 brevissimis, apice truncatis, ultimo obtuso.

Mandibulae arcuatae, edentatae, apice acuminatae.
Palpi filiformes.

Caput magnum, oblongo-quadratum.

Prothorax oblongus, posterius sensim angustatus, basi apiceque truncatus.

Pedes mediocres, robusti.

Genus

Genus ante *Xantholinum* locandum. Corpus elongatum, lineare, parum convexum, alatum. Caput exsertum, porrectum, oblongo-quadratum, basi profunde constrictum, supra modice convexum, collo cylindrico prothoraci adfixum; oculis apicem propius sitis, parvis, rotundatis, laud convexis. Labrum angustum, apice productum, setosum. Mandibulae validae, arcuatae, non dentatae, apice acuminatae. Palpi crassi, filiformes. Antennae basi approximatae, breviusculae, geniculatae, incrassatae, articulo primo modice elongato, nonnihil arcuato, basi tenui, extrorsum clavato, 2 et 3 breviter rotundatis, 4—10 brevissimis, apice truncatis, ultimo antecedenti dimidio longiore, apice obtuso. Prothorax oblongus, capite angustior, antice posticeque truncatus, lateribus versus basin sensim angustatus, supra convexiusculus, anterie utrinque ad latera puncto profundo impressus. Scutellum magnum, triangulare. Elytra apice introrsum leviter, oblique truncata. Abdomen lineare, apice obtusum. Pedes breves; coxis intermediis late distantibus; tibiis spinulosis, rectis, apicem versus latioribus; tarsis brevibus, unguiculis parvis, divaricatis, simplicibus.

297. *HOMOROCERUS rufipennis*: niger, nitidus, parce fusco-pilosus; capite remote, inaequaliter punctato; prothorace sub-laevis, ad latera subtilissime, remote punctulato; elytris rufis, remote, inaequaliter, parum profunde abdomineque crebre punctatis, illo dense pubescente. Long. 12, lat. 3 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Xantholino glabrato longior et crassior. Caput oblongo-quadratum, nigrum, nitidum, pilis longis, erectis, fuscis parce adpersum, supra modice convexum, punctis parvis, remotis, postice et ad latera majoribus mixtis, impressum, supra antenas in medio sub-laeve, collo crasso, cylin-

drico, laevi, prothoraci adfixum; palpis rufo-piceis, nitidis; oculis nigris, nitidis. Antennae nigrae, articulis tribus basalibus nitidis, glabris, reliquis opacis, dense, breviter griseo-pubescentibus. Prothorax oblongus, latitudine dimidio longior, antice capite paullo angustior, medio exacte, utrinque oblique truncatus, lateribus ab apice usque ad basin sensim angustatus, postice truncatus, angulis anticis obtusis, basalibus rotundatis; supra convexiusculus, niger, nitidus, dorso sub-laevis, lateribus subtilissime, remote punctulatus, pilis raris, fuscis adspersus, longe pone apicem utrinque puncto magno impressus. Scutellum magnum, triangulare, nigrum, nitidum, rude, minus crebre punctatum. Elytra quam lata nonnihil longiora, prothoracis basi latiora, humeris rotundata, apice singulatim introrsum leviter, oblique truncata, angulis rotundata, supra parum convexa, rufa, nitida, inaequaliter, parce, ad suturam, medio et ad latera nonnihil crebrius, evidenter punctata. Corpus nigrum, nitidum, crebre, mediocriter punctatum; abdomine densius fusco-pilosum, segmentis ultimis apice anguste rufo-testaceo-marginatis. Pedes nigri, nitidi; femoribus modice clavatis, parce pilosis, spinulis tibiaram ferrugineis.

298. *XANTHOLINUS amabilis*: niger, nitidus, parce pallido pilosus; capite magno, triangulati, laevi, postice et pone oculos mediocriter punctato; prothorace laevi, postice rotundato; scutello pectoreque aeneis; elytris inaequaliter punctatis, flavo-testaceis; abdomine flavo-testaceo, segmentis tribus basalibus supra medio aeneis; pedibus flavo-nigroque variegatis. Long. 14, lat. 4 millim.

Habitat in montibus Makkaliensibus.

Species pulchra et distinctissima. Caput magnum, sub-triangulare, nigrum, nitidum, parce pallido pubescens, postice in medio leviter rotundato-emarginatum, utrinque

oblique truncatum, in ipsa basi et pone oculos medio-criter, minus crebre punctatum, collo tenui, cylindrico prothoraci adfixum; palpis ferrugineis; oculis parvis, haud convexis, glaucis. Antennae nigro-piceae, parce pilosae, basi nitidae, extrorsum pubescentes. Prothorax antice capite angustior, truncatus, utrinque leviter sinuatus, latitudine antica haud brevior, lateribus ab apice ad basin angustatus, postice rotundatus, angulis anticis obtusis; supra convexiusculus, niger, nitidus, laevis, pilis pallidis parcissime adpersus, antice utrinque puncto magno impressus. Scutellum magnum, triangulare, planum, aeneum, nitidum, postice remote punctulatum, pilis flavescentibus adpersum. Elytra prothorace parum latiora, quam lata paullo longiora, ad humeros rotundata, apice truncata, angulis externis rotundata; supra fere plana, flavo-testacea, nitida, fulvescenti pilosa, dorso sub-laevia, juxta suturam inaequaliter punctata, disco stria obliqua, antice posticeque evanescente, fundo punctata impressa. Pectus aeneum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Abdomen flavo-testaceum, nitidum, dense pilosum, crebre punctulatum, segmentis tribus basalibus supra in medio aeneis. Pedes antici picei, posteriores flavo-testacei, trochanteribus totis femoribusque supra fusco-aeneis.

299. *STAPHYLINUS Erichsoni*: niger, sub-nitidus, pubescens; antennis flavo-testaceis; capite sub-quadrato, violaceo, confertim, profunde punctato; prothorace viridi-coerulescente, crebre punctato; elytris subtiliter, crebre punctulatis, viridi-cupreis, fulvo-tomentosis; tibiis tarsisque anticis fulvo-pubescentibus. Long. 21, lat. $6\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

S. hirto longitudine aequalis, nonnihil angustior. Caput magnum, sub-quadratum, violaceum, parum nitidum, sat dense, breviter fusco-pubescentibus, supra modice

convexum, crebre, sat profunde punctatum, postice late, leviter rotundato-emarginatum, collo crasso, confertim punctato, concolore, prothorace adfixum; labro mandibulisque nigris, hoc fulvo-piloso; palpis rufo-piceis; oculis rotundatis, paullo convexis, nigris, nitidis. Antennae vix longitudine capitis, flavo-testaceae, articulis 4 et 5 sub-rotundatis, 6—10 transversis, apice truncatis, ultimo apice emarginato. Prothorax latitudine brevior, capite non latior, antice truncatus, lateribus rectus, postice late rotundatus, angulis anticis fere rectis; supra convexiusculus, viridi-coerulescens, sub-nitidus, dense nigro-pubescentis, crebre, sat profunde punctatus, ante basin carinula brevi, longitudinali, laevi. Scutellum triangulare, nigrum, punctulatum, atro-tomentosum. Elytra prothorace nonnihil latiora, quam lata paullo breviora, humeris rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum oblique truncata, angulis externis oblique truncatis; supra sub-plana, viridi-cuprea, nitida, tomento denso, fulvescenti obsita. Alae violaceo-micantes. Corpus nigrum, sub-nitidum, pubescens, crebre, subtiliter punctatum. Pedes concolores, confertim punctulati; tibiis tarsisque anticis fulvo-pubescentibus.

300. *STAPHYLINUS nigriventris*: aeneus, nitidus, fulvo-pubescentis; scutello abdomineque atris; capite prothoraceque confertim punctatis, illo medio carinato; elytris crebre, subtiliter punctulatis; tibiis tarsisque flavo-testaceis. Long. 17, lat. 6 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

S. erythrocnemo affinis, abdomine nigro, immaculato, tibiis tarsisque flavo-testaceis, ab illo bene distinctus. Caput magnum, basi fere prothoracis latitudine, antrorsum angustatum, supra paullo convexum, aeneum, sub-nitidum, confertissime, mediocriter punctatum, pube fulvescenti obsitum; labro mandibulisque nigris, illo fulvo-tomentoso; palpis piceis; oculis sub-rotundatis,

parum convexis, glaucis. Antennae capite vix longiores, nigro-piceae, pubescentes, articulo tertio secundo paullo longiore, 4—10 sensim brevioribus, 6—10 transversis, ultimo apice profunde emarginato et inferne acuminato. Prothorax latitudine fere elytrorum, quam latus vix brevior, antice truncatus, lateribus sub-rectis, parallelis; basi cum angulis posterioribus exacte rotundatus, angulis anticis rectis; supra transversim, modice convexus, aeneus, nitidus, confertissime, mediocriter punctatus, fulvo-pubescent, linea media longitudinali, sub-elevata, laevi. Scutellum triangulare, aeneum, crebre punctulatum, atro-tomentosum. Elytra quam lata haud longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta; apice singulatim introrsum oblique truncata, angulo externo sub-obtusa; aenea, nitida, subtiliter, crebre punctata, pube densa fulvo-aurea vestita, margine laterali fusco-testaceo. Pectus fusco-aeneum, sub-nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, pube concolore obsitum. Pedes nigri; tibiis tarsisque flavo-testaceis.

301. *STAPHYLINUS Caffer*: niger, opacus, parce, breviter pubescens; capite oblongo-quadrato prothoraceque mediocriter, crebre punctatis; scutello atro-tomentoso; elytris confertim, mediocriter punctatis; abdomine sub-nitido, crebre, subtiliter punctulato. Long. 13, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

S. chalconecephalo magnitudine et statura non dissimilis. Caput oblongo-quadratum, nigrum, parum nitidum, pube brevi, concolore adpersum, supra parum convexus, mediocriter, crebre punctatum, collo crasso, punctato, prothoraci adfixum; palpis piceis, nitidis; oculis ovatis, parum convexis, nigro-brunneis. Antennae capite nonnihil longiores, nigrae, pubescentes et parce pilosae, articulo tertio secundo paullo longiore, 4—10 sensim crassioribus, 4 et 5 fere rotundatis, 6—10 trans-

versis, ultimo apice emarginato et inferne acuminato. Prothorax elytrorum latitudine, quam latus parum longior, antice truncatus, lateribus fere rectus, basi cum angulis posterioribus rotundatus, angulis anticis fere rectis; supra transversim nonnihil convexus, niger, sub-opacus, pube brevi, concolore obsitus, crebre, mediocriter punctatus, postice in medio carinula brevi, laeviuscula instructus. Scutellum sat magnum, triangulare, atrotomentosum. Elytra quam lata non longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum oblique truncata, angulis externis sub-obtusis; supra fere plana, nigra, sub-opaca, pubescentia, confertim, mediocriter punctata. Corpus nigrum, magis nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, pubescens et parce pilosum. Pedes nigri, nitidi, punctulati.

302. *STAPHYLINUS Hottentottus*: niger, sub-nitidus; capite prothoraceque aeneis, confertim punctulatis; elytris brunneis abdomineque pubescenti, sub-variegatis; scutello atrotomentoso. Long. 10—10½, lat. 3¼ millim.

Staphylinus Hottentottus NORDM. Symb. 37, 17. — ERICHS. Gen. et Spec. Staphyl. p. 390, 79.

Habitat in Caffraria meridionali.

303. *PHILONTHUS natalensis*: niger, nitidus, breviter pubescens, parce pilosus; capite orbiculato, prothorace latiore; antennis nigro-fuscis, articulis tribus primis flavo-testaceis; prothorace lateribus recto, elytris obscure aeneis, sat crebre punctatis. Long. 10, lat. 3 millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Ph. polito magnitudine aequalis, capite majore, antenarum articulis tribus primis flavo-testaceis. Niger, capite prothoraceque nitidissimis, elytris obscure aeneis. Caput prothorace nonnihil latius, orbiculatum, parce pilosum, supra leviter convexus, pone oculos utrinque parce, fortiter punctatum, antice punctis quatuor majoribus in quadrangulum positis; labro, mandibulis palpisque

piceis, nitidis; oculis ovatis, parum convexis, brunneis. Antennae capite prothoraceque paullo breviores, nigro-fuscae, articulis tribus primis flavo-testaceis, primo supra leviter infuscato, tertio secundo nonnihil longiore, 4 et 5 rotundatis, 6—10 sub-obconicis, sensim paullo brevioribus at vix crassioribus, ultimo ovato, apice emarginato, inferne magis acuminato. Prothorax capite angustior, latitudine paullo brevior, antice truncatus, lateribus ultra medium fere rectus, postice cum angulis rotundatus, angulis anticis obtusis, deflexis; supra convexiusculus, parce pilosus, seriebus dorsalibus punctis 4 aequaliter distantibus compositis, lateribus punctis praeter marginalia utrinque 5 impressus. Scutellum nigrum, parce pubescens, confertissime, antice obsolete punctulatum. Elytra latitudine vix longiora, apice singulatim introrsum oblique truncata, supra fere plana, obscure aenea, nitida, sat crebre, parum profunde punctata, breviter fusco-pubescentia. Abdomen nigrum, sub-nitidum, crebre, minus profunde punctatum, pube brevi pilisque concoloribus adpersum. Pedes nigri, coxis intermediis distantibus; tibiis tarsisque nigro-piceis, his omnibus spinulosis.

304. *PHILONTHUS hospes*: niger, nitidus, breviter pubescens, parce pilosus; capite orbiculato; antennis pedibusque luteis, coxis anticis nigro-fuscis; prothorace anterie sub-angustato, seriebus dorsalibus 5-punctatis; elytris aeneis, subtiliter, sat crebre punctulatis, margine summo luteis; abdominis segmentis apice ferrugineo-marginatis. Long. 8, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Philonthus hospes ERICHS. Archiv. für Naturg. IX. I. p. 221. 30.

Habitat in Caffraria orientali et meridionali.

305. *PHILONTHUS morio*: niger, nitidus, parce pilosus, breviter pubescens; capite ovali; antennis, palpis pedibusque piceis; prothorace anterie angustato, seriebus dorsalibus 5-punctatis; elytris creberrime, subtiliter

punctulatis; abdomine subtilissime, confertim punctulato. Long. $8\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Praecedenti parum major, totus niger, capite prothoraceque nitidissimis, hoc ovato, illo anterius magis angustato, elytris crebrius et subtilius punctulatis, antennis pedibusque piceis. Caput prothorace nonnihil latius, sub-ovatum, supra convexiusculum, parce pilosum, pone oculos utrinque remote, fortiter punctatum; labro, mandibulis palpisque piceis, nitidis; oculis ovatis, parum convexis, glaucis. Antennae piceae, parce pilosae, articulis duobus primis apice ferrugineis, tertio secundo nonnihil longiore, sequentibus sensim paullo brevioribus, sub-obconicis, ultimo ovato, apice emarginato et inferne magis acuminato. Prothorax basi fere latitudine elytrorum, quam latus vix longior, antrorsum sensim angustatus, apice truncatus, postice cum angulis rotundatus, angulis anticis obtusis, deflexis; supra convexiusculus, parce pilosus, seriebus dorsalibus punctis 5, apicali paullo remotiore, compositis, lateribus punctis praeter marginalia utrinque 3, in serie collocatis, subtilioribus. Scutellum nigrum, creberrime, subtiliter punctulatum, nigrum, sub-nitidum. Elytra latitudine paullo longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim leviter rotundato-emarginata, angulis externis rotundata, supra fere plana, nigra, nitida, parce pilosa et breviter pubescentia, subtiliter, creberrime punctulata. Abdomen apicem versus angustatum, nigrum, parum nitidum, obsolete, crebre punctulatum, pube et pilis concoloribus obsitum. Pedes rufo-picei, coxis intermediis distantibus; tibiis omnibus parce spinulosis.

306. *PHILONTHUS* *Caffer*: niger, nitidus, parce pilosus; capite ovato; mandibulis, palpis antennisque rufo-ferrugineis, illis basi dilutioribus; prothorace anterius angustato, seriebus dorsalibus 5-punctatis; elytris sub-

remote, mediocriter punctatis, macula magna postica, communi, introrsum dilatata, sanguinea; pedibus rufo-testaceis. Long. 7—8, lat. 2 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Ph. sanguinolento magnitudine aequalis. Caput ovatum, prothorace vix latius, nigrum, nitidum, parce pilosum, supra nonnihil convexum, pone oculos punctis remotis, profundis, inter oculos punctis duobus transversim positis, impressum; mandibulis palpisque rufo-ferrugineis, his apice infuscatis; oculis ovatis, parum convexis, nigro-brunneis. Antennae fusco-ferrugineae, parce pilosae, basi dilutiores, capite prothoraceque paullo breviores, articulo tertio secundo parum longiore, 4—10 obconicis, sensim nonnihil brevioribus et crassioribus, ultimo apice emarginato et inferne acuminato. Prothorax basi elytris nonnihil angustior, latitudine parum longior, antrorsum sensim angustatus, lateribus sub-obliquus, apice truncatus, basi cum angulis posterioribus rotundatus, angulis anticis obtusis, deflexis; supra modice convexus, niger, nitidissimus, seriebus dorsalibus punctis 5 aequaliter distantibus, lateribus punctis praeter marginalia utrinque 3 vel 4 subtilioribus, impressus. Scutellum nigrum, sub-nitidum, sat crebre punctulatum. Elytra prothorace vix longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum oblique truncata, angulo exteriori rotundata, supra fere plana, sub-remote, mediocriter punctata, sanguinea, nitida, parce nigro-pubescentia et pilosa, basi introrsum angustius, extrorsum latius nigra. Abdomen subtiliter, sat crebre punctulatum, nigrum, sub-nitidum, pubescens, segmentis duobus primis abdominis supra subtusque apice tenuiter rufo-ferrugineo-marginatis. Pedes rufo-testacei; coxis trochanteribusque anterioribus interdum piceis; tibiis omnibus spinulosis.

307. *PHILONTHUS bisignatus*: niger, nitidus, parce pilosus; capite parvulo, ovato; antennis pedibusque fusco-ferrugineis, illis dilutioribus; prothorace anterie angustato, seriebus dorsalibus 5-punctatis; elytris subtiliter, creberrime punctulatis, extus macula postica transversa, sanguinea. Long. 6, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Magnitudo et fere statura *Ph. bipustulati*, capite minore, magis oblongo, macula postica sanguinea, brevi, transversa, extrorsum locata, ab illo facile distinctus. Caput prothorace multo minus et angustius, ovatum, nigrum, nitidum, parce pilosum, supra convexiusculum, pone oculos punctis parvis, dispersis et inter oculos duobus transversim positis, impressum; palpis rufo-piceis, nitidis; oculis ovatis, parum convexis, glaucis. Antennae fusco-ferrugineae, parce pilosae, basi dilutiores. Prothorax latitudine baseos paullo longior, basi elytris nonnihil angustior, apicem versus leviter angustatus, lateribus sub-obliquus, postice cum angulis rotundatus, apice truncatus, angulis anticis deflexis, sub-rotundatis; supra convexiusculus, nitidissimus, seriebus dorsalibus punctis 5 aequaliter distantibus, lateribus punctis praeter marginalia utrinque 4 impressus, punctis omnibus subtilioribus. Scutellum nigrum, sub-nitidum, crebre punctulatum. Elytra prothoracis longitudine, quam lata nonnihil longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum leviter, oblique truncata, angulo exteriori rotundata, supra fere plana, subtiliter, creberrime punctulata, nigra, subnitida, extus macula sat magna apicali, transversa, sanguinea; pube nigra, apicem versus longiore adpersa. Abdomen nigrum, subnitidum, sat crebre punctulatum, pube tenui, concolore obsitum. Pedes fusco-ferruginei; coxis intermediis distantibus.

308. *PHILONTHUS varians*: niger, nitidus, parce pilosus; capite ovato; antennis basi pedibusque fusco-ferrugineis; prothorace anterieus angustato, seriebus dorsalibus 5-punctatis; elytris subtiliter, crebre punctulatis, fusco-aeneis, apice ferrugineis. Long. 6—7, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.
Philonthus varians. ERICHS. Gen. et Spec. Staphyl. p. 170. 70.
 var. d.

Habitat in Caffraria orientali.

309. *PHILONTHUS minutus*: niger, nitidus, parce pilosus; capite parvo, ovato; antennis basi, palpis pedibusque fusco-ferrugineis; prothorace anterieus angustato, seriebus dorsalibus 5-punctatis; elytris fusco-aeneis, confertim, subtiliter punctulatis. Long. 4, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

Ph. albipedi magnitudine aequalis. Caput prothorace multo minus et angustius, ovatum, nigrum, nitidum, parce pilosum, supra modice convexum, utrinque pone oculos punctis parvis, dispersis et inter oculos binis, transversim positis impressum; palpis fusco-ferrugineis; oculis ovatis, parum convexis, nigro-brunneis. Antennae capite prothoraceque vix longiores, piceae, parce pilosae, basi rufo-testaceae, articulo tertio secundo paullo longiore, 4—10 sensim brevioribus at haud crassioribus, omnibus latitudine vix longioribus, sub-obconicis, ultimo ovato, apice emarginato et inferne acuminato. Prothorax latitudine baseos vix longior, basi elytris nonnihil angustior, apicem versus leviter angustatus, lateribus obliquus, postice cum angulis rotundatus, apice truncatus, angulis anticis deflexis, obtusis; supra modice convexus, niger, nitidissimus, seriebus dorsalibus punctis 5, postremo paululum remotiore, compositis, lateribus punctis praeter marginalia 3 vel 4 parvis impressus. Scutellum subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, sub-nitidum. Elytra quam lata nonnihil longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice introrsum leviter, oblique truncata,

angulo exteriore obtusa, supra fere plana, fusco-aenea, nitida, breviter nigro-pubescentia, subtiliter, crebre punctulata. Abdomen nigrum, sub-nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, pilis depressis, nigris obsitum. Pedes fusco-ferruginei; tibiis omnibus spinulosis; coxis intermediis leviter distantibus.

310. *PHILONTHUS rufipes*: niger, nitidus, parce pilosus; capite ovato; palpis pedibusque rufo-testaceis; prothorace anterior angustato, seriebus dorsalibus 6-punctatis; elytris piceis, confertim, mediocriter punctulatis, sutura anguste rufescente; abdomine crebre, mediocriter punctulato. Long. 9, lat. 2½ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

Ph. fumario dimidio major. Caput prothorace vix angustius, nonnihil brevius, ovatum, nigrum, nitidum, supra modice convexum, parce pubescens, postice utrinque et ad oculos punctis pluribus, dispersis, profundis, antice duobus transversim positus, impressum; labro mandibulisque nigro-piceis; palpis rufo-testaceis; oculis ovatis, parum convexis, nigro-brunneis. Antennae capituli prothoracisque longitudine, piceae, parce pilosae, articulis tribus primis nitidis, glabris, basi rufo-testaceis, articulo tertio secundo dimidio fere longiore, 4—10 sensim paullo brevioribus et crassioribus, pubescentibus, primis eorum cylindricis, sequentibus sub-obconicis, ultimo ovato, dilutiore, apice emarginato et inferne acuminato. Prothorax elytris angustior, latitudine baseos nonnihil longior, antrorsum sensim angustatus, lateribus sub-obliquus, basi cum angulis modice rotundatus, apice truncatus, angulis anticis obtusis; supra nonnihil convexus, niger, nitidus, pilis fuscis parce adspersus, seriebus dorsalibus punctis 6 compositis, lateribus punctis praeter marginalia utrinque 5 impressus, punctis omnibus subtilioribus. Scutellum nigro-piceum, sub-nitidum, crebre punctulatum. Elytra prothorace nonnihil longiora, quam

lata vix breviora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum leviter truncata, supra fere plana, dense, mediocriter punctulata, nigro-picea, nitida, pube grisea sat dense adspersa, sutura anguste rufescente. Abdomen crebre, mediocriter punctulatum, nigrum, nitidum, tenuiter pubescens et pilosum. Pedes rufo-testacei, coxis anterioribus concoloribus, intermediis sub-approximatis; tibiis omnibus spinulosis.

311. *CRYPTOBIUM tricolor*: nigrum, sub-nitidum, dense pubescens, confertim punctatum; capite antennisque obscure rufis; prothorace oblongo, linea media sub-elevata, laevi; elytris apice rubris; abdomine subtiliter punctulato, segmento penultimo rufo-testaceo; pedibus pallide flavo-testaceis. Long. 6, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Cryptobium tricolor. ERICH. Archiv für Naturg. IX. I. p. 222. 31.

Habitat ad Portum Natalense.

Observ. Individuum nostrum cum descriptione a Dom. ERICHSON loco citato data, colore elytrorum excepto, omnino quadrat, elytra nempe nigra, macula tantum magna in angulo exteriori rubra.

312. *LATHROBIUM Caffer*: lineare, rufo-testaceum, parce pilosum; capite oblongo-ovato, nigro, postice parce, antice remote punctato; prothorace oblongo-quadrato, dorso bi-seriatim, lateribus inaequaliter punctato; elytris nigris, sub-remote, hinc inde fere seriatim punctatis. Long. 6, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

Magnitudo et fere statura *L. filiformis*. Elongatum, lineare, rufo-testaceum, nitidum, parce fusco-pubescens. Caput prothoracis latitudine, oblongo-ovatum, nigrum, nitidum, supra paullo convexum, postice remote, sat profunde punctatum, inter oculos punctis valde remotis, profundis impressum; labro, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. An-

tennae capite prothoraceque breviores, articulo tertio secundo parum longiore, 4—10 sensim paullo brevioribus, sub-obconicis, ultimo ovato, acuminato. Prothorax elytris nonnihil angustior, oblongo-quadratus, lateribus rectus, antice posticeque truncatus, angulis anterioribus leviter, posterioribus exacte rotundatis; supra convexiusculus, dorso sat regulariter, bi-seriatim punctatus, spatio interjecto laevissimo, lateribus irregulariter, remote, inaequaliter punctatis. Scutellum triangulare, sub-laeve, ferrugineum, nitidum. Elytra prothorace parum longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum leviter, oblique truncata, angulis exterioribus rotundata, supra parum convexa, nigra, nitida, inaequaliter, minus crebre, hinc inde sub-seriatim, mediocriter punctata. Abdomen subtiliter crebre punctulatum, pube densiore, grisea obsitum, apicem versus nonnihil obscurius. Pedes rufo-testacei.

313. *LITHOCARIS brevicollis*: rufo-testacea, sub-nitida, pubescens, subtiliter, confertim punctulata; antennis incrassatis; capite magno, sub-quadrato; prothorace brevi, transverso, postice rotundato, intra basin tri-foveolato; elytris prothorace longioribus, sub-quadratis; pedibus pallide flavo-testaceis. Long. $2\frac{3}{4}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria interiore.

A conspeciebus prothorace brevi, intra basin transversim subtilius tri-foveolato, mox distincta. Rufo-testacea, sub-nitida, pallido-pubescens. Caput magnum, prothorace latius, basi truncatum, angulis posterioribus rotundatis, lateribus rectis; ante oculos subito angustatum, sub-depressum, supra paullo convexum, subtiliter, crebre punctulatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae capite prothoraceque nonnihil breviores, apicem versus sensim incrassatae, articulo secundo tertioque sub-aequalibus, 4—10

sensim paullo brevioribus et crassioribus, ultimo apice acuminato. Prothorax latitudine dimidio brevior, elytris paullo angustior, apice utrinque oblique truncatus, lateribus versus basin oblique perparum angustatus, postice cum angulis rotundatus, angulis anterioribus obtusis; supra convexiusculus, subtiliter, confertim punctulatus, intra basin foveolis tribus parvis, transversim positus, impressus. Scutellum triangulare, subtilissime, crebre punctulatum. Elytra prothorace tertia parte longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim leviter, oblique introrsum truncata, angulis exterioribus rotundata, supra sub-depressa, confertim, subtiliter punctulata. Abdomen creberrime et subtilissime punctulatum, longius pubescens. Pedes pallide flavo-testacei; femoribus anticis leviter incrassatis.

314. *STILICUS bimaculatus*: sub-opacus, parce pilosus; capite prothoraceque rufo-testaceis, confertim punctulatis, illo sub-carinato; elytris subtilissime, crebre punctulatis, pallide flavo-testaceis, singulo macula magna, oblonga, nigro-fusca; pectore abdomineque nigro-piceis, illo segmentis apice testaceo-marginatis; pedibus dilute flavis. Long. 4—4½, lat. 1 millim.

Habitat in Caffraria orientali.

St. orbiculato vix major. Caput latitudine elytrorum, sub-orbiculatum, rufo-testaceum, sub-opacum, parce fusco-pilosum, basi truncatum, angulis obtusis; supra paullo convexum, confertim punctulatum; labro, mandibulis palpisque concoloribus; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae capite prothoraceque breviores, rufo-testaceae, articulo tertio secundo nonnihil longiore, sequentibus sensim paullo brevioribus et crassioribus, ultimo ovato, apice acuminato. Prothorax capite nonnihil brevior et angustior, apice utrinque oblique truncatus, dein lateribus versus basin sensim angustatus, postice truncatus, angulis anticis obtusis, basalibus fere

rectis; supra convexiusculus, rufo-testaceus, sub-opacus, pilis nonnullis fuscis obsitus, subtiliter, crebre punctulatus, linea longitudinali media, angusta, laevi, parum elevata, subtiliter canaliculata. Scutellum obsolete punctulatum, rufo-testaceum. Elytra prothorace nonnihil longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum oblique truncata, angulis exterioribus rotundata, supra paullo convexa, pallide flavo-testacea, parum nitida, subtilissime, crebre punctulata, in disco macula magna, longitudinali, nigro-fusca. Pectus et abdomen nigro-picea, confertim obsolete punctulata, illo segmentis apice anguste testaceo-marginatis. Pedes dilute flavi.

315. *PAEDERUS crassus*: niger, nitidus, parce pilosus; antennis basi rufo-testaceis; capite orbiculato, profunde, sub-remote punctato; prothorace convexo, sanguineo, sub-remote, sat profunde punctato; elytris brevibus, coeruleis, rude rugoso-punctatis, apice conjunctim rotundato - emarginatis. Long. 11—12, lat. 3—3½ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

E majoribus hujus generis, reliquis praesertim crassior. Caput magnum, sub-orbiculatum, prothorace latius, nigrum, nitidum, sat dense fusco-pilosum, supra paullo convexum, profunde, sub-remote punctatum; labro, mandibulis palpisque nigro-piceis, illis apice testaceis; oculis parvis, rotundatis, parum convexis, brunneis. Antennae capite prothoraceque nonnihil breviores, piceae, pilosae, articulis 1 et 2 basi rufo-testaceis, tertio secundo plus duplo longiore, 4—10 sensim brevioribus et nonnihil crassioribus, sub-obconicis, ultimo ovato, acuminato. Prothorax elytris nonnihil latior, apice truncatus, lateribus versus basin sensim angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis anticis rotundatis, posticis

posticis obtusis; supra convexus, sanguineus, nitidus, dense fusco-pubescent, sub-remote, sat profunde punctatus, medio longitudinaliter, anguste laevigatus et obsolete canaliculatus, canalicula antice posticeque valde abbreviata. Scutellum laeve, nigrum, nitidum. Elytra prothorace nonnihil angustiora et dimidio fere breviora, ad humeros rotundata, lateribus fere recta, apice conjunctim sat profunde rotundato-emarginata, angulis exterioribus oblique truncata, supra convexiuscula, rude, minus crebre rugoso-punctata, coerulea, nitida, fusco-pilosa. Corpus nigrum, nitidum, sat crebre, minus profunde punctatum, fusco-pilosum. Pedes nigri, nitidi, vix punctati; tarsis subtus brunneo-spongiosis.

316. *PAEDERUS collaris*: nigro-cyaneus, parum nitidus, parce albo-pubescent; articulo penultimo palporum maxillarium toto antennarumque basi rufo-testaceis; capite ovato, evidenter, sat crebre punctato; prothorace rufo, dorso sub-biseriatim, lateribus remote punctato; elytris obscure cyaneis, confertim, evidenter punctulatis. Long. 7, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat ad Portum Natalense.

P. ruficollis simillimus et magnitudine aequalis, capite angustiore, sub-ovato, evidenter, crebrius punctato, prothorace anterieus minus ampliato, subtus nigro, elytris obscurioribus, ab illo tamen bene distinctus. Caput prothorace nonnihil latius, sub-ovatum, nigro-violaceum, parum nitidum, supra paullo convexus, evidenter, sat crebre punctatum, pube brevi, depressa, pallida, parce obsitum; labro, mandibulis palpisque nigro-piceis, maxillaribus articulo penultimo rufo-testaceo; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae capite prothoraceque paullo longiores, nigro-piceae, articulis duobus primis obscure rufo-testaceis, tertio secundo dimidio longiore, 4—10 sensim nonnihil brevioribus at vix crassi-

oribus, ultimo ovato, acuminato. Prothorax ovatus, antice posticeque angustatus, lateribus ante medium modice rotundato-ampliatum, basi apiceque truncatus, angulis anticis rotundatis, posticis obtusis; supra convexus, rufo-sanguineus, sub-nitidus, lateribus parce, vage, dorso sub bi-seriatim punctatus, subtus niger. Scutellum subtiliter, crebre punctulatum, nigrum. Elytra prothorace tertia parte fere longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice sub-truncata, angulis exterioribus obtusa, nigro-cyanea, subtiliter, creberrime punctulata, pube depressa, albida, parce adpersa. Abdomen subtiliter punctulatum, nigrum, parum cyaneo-nitidum. Pedes tenues, nigri.

317. *PAEDERUS Caffer*: alatus, niger; elytris coeruleis, profunde, crebre punctatis; mandibulis, palporum antennarumque basi, prothorace oblongo abdominisque segmentis 4 primis rufo-testaceis; pedibus nigris, femoribus basi, coxis et trochanteribus totis rufo-testaceis. Long. 7—7½, lat. 1¼ millim.

Habitat in Caffraria tota.

Summa similitudo *P. Madagascariensis*, coxis posticis totis rufo-testaceis, ab illo tamen distinctus. Caput prothorace nonnihil latius, orbiculatum, nigrum, nitidum, parce nigro-pilosum, supra perparum convexus, postice et utrinque sat profunde, minus crebre punctatum, fronte media longitudinaliter laevi; utrinque inter oculos et ad antennarum insertionem sub-impressum; labro nigro-piceo; mandibulis rufo-testaceis; palpis maxillaribus articulis duobus primis flavo-testaceis, tertio nigro, basi testaceo, labialibus fuscis; oculis rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennae longitudine capitis cum prothorace, nigro-piceae, parce pilosae, articulis tribus primis flavo-testaceis, tertio secundo duplo fere longiore, 4—10 sensim paullo brevioribus et apicem versus nonnihil incrassatis, ultimo ovato, acuminato. Prothorax

elytris dimidio fere angustior, latitudine tertia parte fere longior, basi apiceque truncatus, lateribus anterieus leviter rotundatus, basin versus paullo angustatus, angulis posticis obtusis; supra modice convexus, rufo-testaceus, nitidus, disperse, parce punctatus, dorso medio longitudinaliter laevis, pilis fuscis parce adpersus. Scutellum crebre punctulatum, nigrum. Elytra prothorace fere sesqui-longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum leviter, oblique truncata, dense fortiter punctata, tenuiter fusco-pubescentia, coerulea, nitida. Abdomen sat crebre punctulatum, tenuiter pubescens, parce nigro-pilosellum, nitidum, segmentis 4 anterioribus rufis, posticis duobus nigris. Pectus nigrum. Pedes nigri, coxis trochanteribusque omnibus rufo-testaceis; femoribus anticis basi, posterioribus fere ad medium, testaceis.

318. *PAEDERUS aestuans*: alatus, niger; elytris coeruleis, profunde, sat crebre punctatis, palpis, antennis basi, prothorace, abdominis segmentis 4 primis, mesosterno pedibusque rufo-testaceis, femoribus posticis apice nigris. Long. 5—6, lat. 1 millim.

Paederus aestuans ERICHS. Gen. et Spec. Staphyl. p. 655 N:o 10.

Habitat in Caffraria orientali.

319. *PINOPHILUS punctatus*: nigro-piceus, sub-nitidus, dense fusco-pubescentis; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite orbiculato, confertim punctato, medio sub-laevis; prothorace oblongo-quadrato, confertim, mediocriter punctato, medio carinato; elytris prothorace vix longioribus, crebre, mediocriter rugoso-punctatis; abdomine segmentis duobus ultimis apice testaceo-marginatis. Long. $13\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali et interiore.

O. capensi nonnihil major. Caput prothorace parum latius, sub-orbiculatum, dense fusco-pubescentis, nigro-

piceum, sub-nitidum, supra paullo convexum, sat crebre, mediocriter punctatum, medio nonnihil laevigatum; labro mandibulisque piceis; palpis flavo-testaceis; oculis parvis, rotundatis, parum convexis. Antennae tenues, flavo-testaceae, parce pilosae, capite prothoraceque nonnihil breviores, articulo tertio secundo paullo longiore, sequentibus longitudine decrescentibus, ultimo ovato, acuminato. Prothorax elytris perparum angustior, oblongo-quadratus, latitudine nonnihil longior, basi apiceque truncatus, lateribus fere rectus vel antierius perparum ampliatus, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis; supra convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, aequaliter et mediocriter, confertim punctatus, sat dense nigro-pubescentis, medio linea angusta, sub-elevata, laevi, ante apicem oblitterata. Scutellum sub-triangulare, crebre punctatum, nigro-piceum, parum nitidum. Elytra prothorace nonnihil latiora et longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice singulatim introrsum oblique leviter truncata, crebre, mediocriter rugoso-punctata, nigro-picea, sub-nitida, breviter fusco-pubescentia. Abdomen sat crebre, subtiliter punctatum, nigrum, nitidum, tenuius pubescens, aeneo-reducens, segmentis duobus ultimis apice tenuiter testaceo-marginatis. Pedes flavo-testacei, coxis ferrugineis; tarsi anticis membranis fortiter dilatatis, tibia plus duplo latioribus.

320. *OEDICHIRUS abdominalis*: rufo-testaceus, nitidus, parce pallido-pilosus; palpis, antennis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque remote, irregulariter punctatis; elytris rude rugoso-punctatis; abdomine nigro, confertim punctato, segmentis apice tenuiter flavo-testaceo-marginatis. Long. 7—8, lat. 1½ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

O. Paederino nonnihil major. Caput prothorace paullo latius, orbiculatum, rufo-testaceum, nitidum, parce pallido-pilosum, supra convexiusculum, postice et pone

oculos crebrius, antice valde remote, irregulariter punctatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennae longitudine fere capitis cum prothorace, tenues, flavo-testaceae, parce pilosae, articulo tertio secundo nonnihil longiore, 3—10 sensim paullo brevioribus, sub-obconicis, ultimo ovato, apice abrupte acuminato. Prothorax latitudine dimidio longior, basi apiceque truncatus, mox pone apicem modice rotundato-amplius, dein versus basin sensim oblique angustatus, angulis anticis rotundatis, posticis sub-obtusis; supra convexus, rufo-testaceus, nitidus, parce pallido-pilosus, punctis magnis, profundis, lateribus dispersis, dorso irregulariter bi-seriatis impressus, medio longitudinaliter laevigatus. Scutellum parvum, laeve, rufo-testaceum. Elytra brevia, prothoracis basi latiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice conjunctim leviter emarginata, rufo-testacea, nitida, parce pilosa, profunde, sat crebre punctata. Abdomen elongatum, cylindricum, nigrum, nitidum, crebre, minus profunde punctatum, parce pilosum, apicem versus sub-incrassatum, segmentis apice anguste testaceo-marginatis, septimo prominulo, corniculis duobus acuminatis, leviter divergentibus, armato. Pedes pallide flavo-testacei.

321. *MEGALOPS plicatus*: rufo-testaceus, nitidus, supra parce nigro-variegatus; capite prothoraceque rude, minus crebre punctatis, illo transversim tri-plicato; elytris inaequaliter punctatis, longitudinaliter bi-carinatis; abdomine supra serie media e maculis nigris, segmento penultimo basi transversim nigro. Long. 5, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

M. caelato paullo major. Caput magnum, orbiculatum, prothorace latius, supra paullo convexum, profunde inaequaliter, medio parcius punctatum, rufo-ferugineum, sub-nitidum; fronte macula media nigro-picca,

utrinque ad oculos carinula parum elevata, longitudinali; mandibulis piceis; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, valde convexis. Antennae rufo-testaceae. Prothorax elytris nonnihil angustior, latitudine dimidio fere brevior, apice utrinque sinuatus, medio rotundato-productus, lateribus haud ampliatus, ante medium denticulo parvo munitus, versus basin angustatus, postice truncatus, angulis basalibus obtusis; supra convexus, rufo-testaceus, nitidus, antice in medio infuscatus, sulcis tribus transversalibus, fundo profunde punctatis, impressus, interstitiis elevatis, laevissimis, primo medio interrupto, 2 et 3 carinula longitudinali connexis. Scutellum parvum, triangulare, piceum, punctis nonnullis, profundis impressum. Elytra latitudine dimidio breviora, ad humeros rotundata, callo humerali elevato; lateribus pone basin nonnihil ampliata, apice conjunctim leviter rotundato-emarginata, angulis exterioribus rotundata, supra parum convexa, inaequalia, remote, disperse punctata, dorso carinula apicem versus introrsum flexa, propius ad latera altera introrsum nonnihil obliqua, apice abbreviata, et extus in margine striis duabus brevibus, profundis; rufo-testacea, nitida, in angulo exteriori apicali macula antice rotundata, nigra. Abdomen sub-laeve, rufo-testaceum, nitidum, supra in medio serie e maculis parvis nigro-fuscis, segmento penultimo basi transversim nigro. Pedes dilutius rufo-testacei.

322. *OSORIUS rugiceps*: niger, nitidus, parce pubescens; antennis, tibiis tarsisque rufo-ferrugineis; capite postice laevi, inter oculos profunde, longitudinaliter striato; prothorace parce punctato, dorso bi-canaliculato; elytris irregulariter, minus crebre punctatis; tibiis anterioribus medio valde, posticis apice modice ampliatis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. 2 millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

O. piceo magnitudine aequalis. Niger, nitidus, parce fusco-pubescens. Caput prothoracis latitudine, sub-ro-

tundatum, postice laeve, spatio transversali inter oculos, utriusque crebre, medio sub-remote, profundius, longitudinaliter striatum, apicem versus parce punctatum, apice truncatum; palpis dilute rufo-ferrugineis; oculis parvis, rotundatis, paullo convexis, brunneis. Antennae capite haud longiores, rufo-testaceae, pubescentes et parce pilosae, sensim nonnihil incrassatae, articulo ultimo acuminato. Prothorax latitudine antica brevior, basi apiceque truncatus, versus basin sensim angustatus, elytris nonnihil angustior, lateribus anguste reflexo-marginatus, angulis anticis fere rectis, basalibus sub-obtusis; supra modice convexus, disperse, remote punctatus, dorso longitudinaliter, parum profunde bi-caniculatus, canaliculis fundo punctatis, antice posticeque abbreviatis. Scutellum sublaeve. Elytra prothorace vix longiora, ad humeros rotundata, callo humerali elevato; lateribus recta, apice truncata, extus rotundata, supra paullo convexa, vage, minus profunde et crebre punctata, stria suturali impressa. Abdomen sat crebre punctatum, densius pubescens, apicem versus sensim modice incrassatum. Pedes breves, validi; femoribus rufo-piceis; tibiis dilute rufo-ferrugineis, anterioribus inflexis, extus acute denticulatis, medio valde ampliatis, posticis rectis, apice modice ampliatis, extus breviter quadri-spinosis; tarsis rufo-ferrugineis.

323. *OXYTELUS piceus*: niger, nitidus; palpis, antennarum basi, elytris pedibusque testaceis; fronte punctata, posterius canaliculata, antice concaviuscula, laevi; prothorace tri-sulcato. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Oxytelus piceus. ERICHS. Gen. et Spec. Staphyl. p. 788. 4.

Habitat ad Portum Natalense.

324. *OXYTELUS picipennis*: niger, nitidus; palpis pedibusque testaceis; capite crebre punctato, postice canaliculato, antice impresso; prothorace confertim punctato, tri-sulcato, lateribus parum dilatato; elytris piceis, confertissime punctatis. Long. 4, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

Affinis praecedenti, nonnihil minor, antennis totis nigro-piceis, prothorace elytrisque crebrius punctatis, hoc utrinque paullo rotundato-ampliato, sulcis dorsalibus rectis, ab illo bene distinctus. Caput prothorace non latius, sub-rotundatum, nigrum sub-nitidum, supra parum convexum, subtiliter, crebre punctatum, postice in medio canaliculatum, clypeo concaviusculo, margine laterali elevato; mandibulis piceis, palpis flavo-testaceis; oculis parvis, rotundatis, convexis, nigris. Antennae capite prothoraceque breviores, nigro-piceae, pubescentes, ab articulo quinto abrupte incrassatae, articulo tertio secundo paullo brevior 6—10 fere transversis, ultimo ovato, acuminato. Prothorax elytris parum angustior, latitudine dimidio brevior, apice truncatus, lateribus ante medium perparum rotundatus, dein versus basin nonnihil angustatus, postice rotundatus, angulis anticis antrorsum sub-prominulis, rotundatis, basalibus obtusis; supra subdepressus, niger, nitidus, crebre, mediocriter punctatus, dorso tri-sulcatus, sulco medio anterieus latiore, exterioribus rectis; lateribus impressis. Scutellum nigrum, sub-laeve. Elytra prothorace paullo longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice truncata, angulis exterioribus rotundata, supra fere plana, mediocriter, creberrime punctata, subtiliter et longitudinaliter rugosa, picea, sub-nitida. Abdomen sub-laeve, nigrum, parce pilosum. Pedes flavo-testacei.

325. *OXYTELUS pusillus*: niger, sub-opacus, pedibus piceis; capite plano, longitudinaliter tri-impresso; prothorace subtiliter punctato, profunde tri-sulcato, angulis anterioribus obtusis; elytris subtiliter, crebre punctulatis; abdomine sub-laevi. Long. $\frac{3}{4}$, lat. $\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria orientali.

O. depresso sub-similis, minor, prothorace profunde tri-sulcato, pedibus piceis, ab illo mox distinctus. De-

pressus, niger, sub-opacus. Caput prothorace nonnihil angustius, sub-rotundatum, supra planum, longitudinaliter tri-caniculatum; mandibulis et palpis nigro-piceis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae capite paullo longiores, apicem versus incrassatae, articulo tertio secundo parum tenuiore et vix brevior, articulis 6—10 transversis, ultimis tribus abrupte paullo majoribus. Prothorax elytris paullo angustior, latitudine dimidio brevior, apice truncatus, lateribus parum, postice late, rotundatus, angulis anticis sub-rotundatis, posticis obtusis; supra sub-depressus, subtilissime, confertim punctulatus; sub-strigosus, dorso profunde bisulcatus, sulcis fere rectis, lateribus late leviterque impressis. Scutellum parvum, triangulare, sub-laeve. Elytra prothorace nonnihil longiora, ad humeros rotundata, lateribus recta, apice truncata, extrorsum rotundata, supra depressa, subtiliter, confertissime punctulata. Abdomen magis nitidum, parce pilosum, sub-laeve, vel obsoletissime punctulatum. Pedes nigro-picei.

326. *OMALIUM philanthus*: oblongum, sub-depressum, nigrum; ore, antennis, ano pedibusque testaceis; fronte utrinque sulco longitudinali flexuoso; prothorace subtiliter, confertim punctulato, medio obsolete canaliculato; elytris flavis, limbo apicali nigro. Long. $1\frac{1}{2}$ —2, lat. $\frac{1}{2}$ millim.

Omalium philanthus. ERICHS. Gen. et Spec. Staphyl. p. 887. 26.

Habitat in Castraria meridionali.



INSECTA CAFFRARIÆ

ANNIS 1838—1845

A

J. A. WAHLBERG

COLLECTA,

AMICI AUXILIO SUFFULTUS,

DESCRIPSIT

CAROLUS H. BOHEMAN.

PARS I. FASCIC. II.

CUM TAB. II ÆN.

COLEOPTERA.

(*Buprestides*, *Elaterides*, *Cebrionites*, *Rhipicerides*, *Cyphonides*, *Lycides*, *Lampyrides*, *Telephorides*, *Melyrides*, *Clerii*, *Terediles*, *Ptiniore*s, *Palpatores*, *Silphales*, *Histeres*, *Scaphidilia*, *Nitidulariæ*, *Cryptophagidæ*, *Byrrhii*, *Dermestini*, *Parnidæ*, *Hydrophilidæ*.)

HOLMIÆ, 1851.

EX OFFICINA NORSTEDTIANA,

Sumtibus Regiis.

*Descriptiones litteris FHS subsignatas operi nostro benigne
elaboravit Dom. O. I. FÂHRÆUS, signatura vero BHN notatas
ipsi conscripsimus.*

167071

NS.

JOHANNI AUGUSTO WAHLBERG,

AFRICÆ AD EURONOTUM SITÆ

SCRUTATORI INDEFESSO,

INSECTORUM COLLECTORI DILIGENTISSIMO,

HANC PRIMAM SUI OPERIS PARTEM,

UT SIGNUM AMICITIÆ,

ANIMO GRATO

OFFERT

CAROLUS H. BOHEMAN.



FAM. V. BUPRESTIDES.

327. STERNOCERA (ESCHSCH.) *Orissa*: oblongo-ovata, convexa, viridi-ænea vel cærulescens, supra tenuissime, subtus densius albidopubescentis; capite scabro, fronte flavo-villosa; thorace crebre rugoso-foveolato, area laterali determinata, impressa, basin haud plane attingente, vellere pallide sulphureo tecta; elytris obsolete 5-costatis, interstitiis ruguloso-punctatis, basi foveis duabus longitudinalibus, inferiore brevioribus, margine laterali antice, plaga ovali media, inter lineas costales 4:am et 5:am sita, nonnunquam divisa, vittaque lanceolata, ab apice ultra tertiam partem elytrorum inter lineas easdem producta, pallide sulphureo-villosis; corpore subtus punctato, pectore plaga utrinque segmentisque ventralibus maculis intramarginalibus sulphureo-villosis. Long. 29—40, lat. 13—16 millim.

Sternocera Orissa. BUQUET Ann. de la Soc. Entom. de France VI. p. LXXVI.

LAPORTE et GORY: Mon. d. Bupr. Suppl. T. IV p. 5. pl. 1. f. 3.
Buprestis liturata. BURCHELL?

Hab. in tota Caffraria.

FHS.

328. JULODIS (SOLIER) *Natalensis* (BHN): oblongo-ovata, nigra, inæqualiter flavo-lanuginosa, thorace elytrisque vage et profunde punctatis, illo canaliculato, his costis quatuor disci abbreviatis, limbo antico sulcoque medio thoracis, nec non maculis duabus baseos vitisque todidem elytrorum pallide sulphureo-villosis. Long. 28, lat. 10—11 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput subrotundatum, crassum, convexum, rugososcrobiculatum, nigrum, scrobiculis frontis sulphureo-villosis; oculi ovati, modice convexi, glauci. Antennæ medium thoracis excedunt, nigrae, sat argute serratae, dentibus

supra helvo-holosericeis. Thorax latitudine baseos paullo brevior, antrorsum angustatus, apice oblique subtruncatus, basi bisinuatus, supra convexus, lateribus antice impressis crebrius, dorso remotius scrobiculatus, medio longitudinaliter canaliculatus, niger, margine antico et laterali, canalicula dorsi, fovea laterali punctisque plurimis sulphureo-villosis. Elytra thoraci arcte applicata ejusdemque basi vix latiora, ultra medium sublinearia, dein usque ad apicem attenuata, thorace quintuplo longiora, supra convexa, partim vage, partim subseriatim scrobiculata, versus latera subrugosa, costis, præter suturalem et marginalem, quatuor prædita, extimis duabus prope basin conjunctis, sulcum longitudinalem includentibus, interioribus antice evanescentibus, secunda a sutura ante apicem cum tertia confluenta, foveolis præterea duabus in margine baseos impressis, interiore in ipso angulo suturæ, minore, interstitioque suturæ proximo postice leviter subsulcato; tota nigra, foveolis duabus sulcoque laterali distinctius, scrobiculis plurimis vittaque postica juxta suturam minus determinate sulphureo-villosis. Corpus subtus convexum, pectore ventrisque basi variolosis, segmento anali rugoso-punctato, totum nigrum vel nigro-æneum, medio parcius, ad margines dense sulphureo-villosum, singulo segmentorum abdominis 2—5 macula denudata, rotunda, ad latera utrinque notato. Pedes simplices, nigri vel nigro-ænei, femoribus tibiisque punctatis, tarsis subtus ferrugineo-spongiosis. FHS.

329. *JULODIS vittipennis* (BHN): oblongo-ovata, viridi-ænea, nitida, crebre rugoso-punctata, elytris vitta discoidali, antice abbreviata, strigaeque e punctis seriatis intramarginali flavo-tomentosis; paginæ inferioris margine toto late albido-villoso. Long. 13—15, lat. $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in Cassraria tota.

Corpus totum, cum pedibus, viridi-æneum, nitidum. Caput crebre rugoso-punctatum, pilis rigidis, in fronte flavescentibus, circa os argenteo-albidis, obsitum; oculi subovati, modice prominuli, glauci. Antennæ medium thoracis vix excedunt, sat argute serratæ, nigræ, dentibus supra brunneo-sericeis. Thorax latitudine baseos fere dimidio brevior, antrorsum valde angustatus, apice oblique subtruncatus, basi profunde bisinuatus, lobo medio acuminatim producto, supra æqualiter convexus, undique confertim rugoso-punctatus, tenuiter flavo-pubescentis, lateribus inferne vitta lata albido-tomentosa, striga tenuissima subdenudata divisa. Elytra basi singulatim rotundata ibique thorace nonnihil latiora, mox vero sensim usque ad apicem attenuata, thorace quadruplo longiora, supra æqualiter convexa, pone humeros oblique impressa, impressione externe carinula terminata; undique confertim rugosopunctata, tenuissime flavescenti-pubescentia, vitta angusta, interdum maculari, prope apicem inchoata longe ultra medium dorsi producta, strigaeque intramarginali obsolete e punctis seriatis, antice evanescente, albido-tomentosis. Corpus subtus convexum, rugosopunctatum, medio parcius albidopubescentis, marginibus laterum singulis vitta e tomento ejusmodi condensato, plaga longitudinali subdenudata terminata, vestitis. Pedes tenues, simplices, punctati, parce albidopubescentes, tarsi subtus brunneo-spongiosis.

FHS.

330. ACMEODERA (ESCHSCH.) *albovillosa* (BHN): cuprea, supra violaceo-tincta, albovillosa, capite thoraceque deflexis, profunde punctatis, medio sulcatis, hoc brevissimo, ante basin utrinque foveola insculpto; elytris ad basin gibbosis, profunde crenostriatis, interstitiis costatis, alternis antice lævibus. Long. 13, lat. 5 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput sat crebre et profunde punctatum, cupreum, vertice violaceo-tincto, fronte canaliculata, pilis erectis niveis, sat dense vestita; oculi oblongo-ovales, parum convexi, glauci. Antennæ lineares, auro-cupreæ, parce albopubescentes, medium thoracis non attingunt. Thorax declinatus, longitudine duplo latior, antice dimidio angustior, basi apiceque vix nisi levissime sinuatus, lateribus marginatis, pone medium rotundato-ampliatis, supra convexus, medio sulco lato, apicem non plane attingente, et juxta basin foveola utrinque insculptus, undique profunde punctatus, cupreus, in dorso fusco-violaceo tinctus, pilis niveis parcius obsitus. Elytra basi thorace vix angustiora eique arcte applicata, ultra medium sublinearia, dein sensim angustata, apice conjunctim rotundata, margine postico acute serrato vel potius multidentato, thorace quintuplo longiora, supra ad basin distincte gibbosa, ceterum modice convexa, profunde sulcata, subrenata, interstitiis angustis elevatis, suturæ proximis et dorsalium alternis antice lævibus, nitidis, postice seriatim crebre punctatis, reliquis subrugulosis; cupreo-violacea, in dorso antico parce, alibi densius, niveo-pilosa. Corpus subtus læte cupreum, nitidum, subremote punctatum, lateribus niveo-villosis. Pedes tenues, punctulati, cuprei, niveo-pilosi, tarsis virescentibus.

FHS.

331. *ACMÆODERA gibbosa* (OLIV.): supra cæruleo-viridis, nitida, subtus nigro-violacea, antennis pedibusque nigris; capite thoraceque declinatis, illo crebre punctato, apice fusco, albido-pubescente, hoc brevissimo, medio profunde sulcato, versus latera confertim scrobiculato, disco parce et tenuiter punctulato, foveola juxta basin utrinque insculpto; elytris basi pulvinatis, longe ultra medium linearibus, profunde punctato-striatis, externe subcancellatis, sutura interstitiisque ei proximis sublævibus, margine postico acute serrato. Long. 12, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Acmæodera gibbosa LAPORTE & GORY: Mon. d. Bupr. p. 27, pl. 8, f. 46. — DEJ. Cat. ed. 3. p. 75.
Buprestis id. SCHH. Syn. Ins. III, p. 239, 133.

Hab. in Caffraria tota.

Variat thoracis lateribus elytrorumque vitta suturali cyaneo-vel violaceo-micantibus. FHS.

332. *ACMÆODERA posticalis*: oblonga, supra viridis, interdum cæruleo-micans, nitida, subtus cum pedibus antennisque nigra; capite thoraceque undique crebre punctatis, illo albo-pubescente, hoc medio canaliculato, foveolaque juxta marginem baseos utrinque notato; elytris basi parum elevatis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, interioribus antice lævibus, dorsalibus omnibus postice sulcatis et seriatim punctatis, exterioribus transversim crebre rugulosis; margine laterali plus minusve aureo-fulgente, postice serrato. Long. $7\frac{1}{2}$ —9, lat. $2\frac{1}{2}$ —3 millim.

Acmæodera posticalis. LAPORTE et GORY. Mon. d. Bupr. p. 28, pl. 8, f. 47.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

FHS.

333. *ACMÆODERA aurolimbata* (BHN): oblonga, subtus obscure ænea; capite thoraceque supra æneis, passim cæruleo-micantibus, punctatissimis, hoc canaliculato, intra basin transversim impresso; elytris cyaneis, margine aureo-purpurascente. Long. $7\frac{1}{4}$, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput evidenter punctatum, æneum, vertice lateribusque cæruleis, fronte longitudinaliter impressa, tenuiter albido-villosa; oculi ovales, modice convexi, glauci. Antennæ brevissimæ, nigræ. Thorax longitudine fere triplo lator, antice basi dimidio angustior, pone medium rotundato-ampliatum, postice medio sinuatus, apice leviter

bisinuatus, supra convexus, medio longitudinaliter sulcatus, intra marginem baseos transversim impressus, foveola utrinque distinctiore, undique crebre punctatus, æneus, disco cæruleo et cyaneo micante, margine laterali aureo-nitente, lateribus tenuissime albido sericeis. Elytra latitudine thoracis eoque quadruplo longiora, a basi ultra medium linearia, dein angustata, margine postico acute serrato, supra ad basin nonnihil gibbosa, humeris longitudinaliter callosis, ceterum modice convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis dorsi planis, postice sulcatis, seriatiim punctatis, intimis basi lævibus, lateralibus subconvexis, rugulosis; cærulea, cyaneo-micantia, margine determinate auro-purpureo, dorso præterea postice lateribusque setulis tenuissimis albidis obsitis. Corpus subtus et pedes obscure ænea, punctulata, pube albo-sericea adpersa.

FHS.

334. *ACMÆODERA luteo-picta* (BHN): nigra, subtus tenuiter albido-sericea, capite thoraceque crebre punctatis, illo griseo-villoso, hoc canaliculato, pone medium rotundato-ampliato, plagis tribus luteis; elytris tenuiter punctato-striatis, singulo antice fasciis duabus difformibus, postice maculis tribus luteis. Long. 11. lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput æneo-nigrum, crebre punctatum, dense griseo villosum; oculi oblongo-ovales, convexi, brunnei. Antennæ subtenuēs, nigræ, medium thoracis vix attingentes. Thorax longitudine duplo latior, antice basi dimidio angustior, lateribus tenuiter marginatis, pone medium valde rotundato-ampliatiss; basi leviter sinuatus, margine albociliato; apice subbisinuatus, supra parum convexus, medio canaliculatus, ad marginem baseos utrinque foveola insculptus, undique crebre punctatus, niger, plagis tribus majoribus luteis, una in medio baseos, antice anguste emarginata, reliquis ad margines laterum, antrorsum

sinuatim attenuatis, ornatus, pilis erectis, in dorso fuscis, ad latera anticeque albidis, sat dense obsitus. Elytra thorace quadruplo longiora, at paullo angustiora, pone humeros nonnihil attenuata, tunc ultra medium linearia, versus apicem dein sensim angustata, margine postico serrulato; supra modice convexa, in dorso tenuiter, externe apiceque profundius punctato-striata, interstitiis internis seriatim punctatis, lateralibus rugulosis, basi fovea communi insculpta, callis humeralibus sat elevatis; nigra, nitida, tenuiter fusco-setulosa, in dorso antico fascia irregulari, sinuato-dentata, et in medio alia geniculata, ambo interne abbreviatis, ante apicem præterea maculis utrinque tribus, subtriangulariter dispositis, punctoque in margine singulo humerorum luteis. Corpus subtus et pedes nigra, punctata, tenuiter albopubescentia. FHS.

335. *ACMÆODERA signifera* (BHN): nigra, tenuiter pubescens, thoracis vitta marginali laterum elytrorumque lituris aliquot baseos, fasciis duabus macularibus in dorso postico maculaque apicis flavis; capite thoraceque crebre punctatis, hoc obsoletius canaliculato; elytris punctato-striatis, interstitiis elevatis, angustis, seriato-punctulatis, subgranulatis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{2}$, millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput transversaliter convexum, crebre punctatum, nigrum, albido-pubescens; oculi oblongo-ovales, modice convexi, glauci. Antennæ nigræ, medium thoracis haud excedentes. Thorax longitudine fere duplo latior, antice dimidio angustior, pone medium modice rotundato-amplius, basi fere truncatus, apice levissime bisinuatus, lateribus tenuiter marginatis, supra modice convexus, medio obsolete canaliculatus, in ipso margine baseos versus latera utrinque foveola insculptus, undique sat crebre et profunde punctatus, niger, tenuissime albido-pubescens, juxta marginem laterum utrinque vitta deter-

minata, integra, flava, ornatus. Elytra thorace nonnihil angustiora, at quadruplo longiora, basi truncata, pone humeros levissime dilatatos longe ultra medium linearia, postice subrotundata, margine serrulato, supra æqualiter convexa, profunde punctato-striata, interstitiis argute costatis, seriatim obsolete punctulatis, subgranulatis vel rugulosis, nigra, parum violaceo-tincta, tenuissime albo-setulosa, macula parva baseos juxta suturam, linea longitudinali in callo humerali, apice extus hamata, nonnunquam interrupta, lineola ante medium dorsi in interstitio tertio a sutura, fasciis duabus macularibus, nec suturam nec marginem laterum attingentibus, una in medio, altera æquali spatio ab illa apiceque posita, nec non macula intra apicem utrinque flavis. Corpus subtile et pedes nigra, punctulata, tenuissime albo-pubescentia.

FHS.

336. *ACMÆODERA hieroglyphica* (BHN): nigra, subtile tenuiter albosquamulosa, supra parce albidopubescentia, capite thoraceque rude rugoso-punctatis, hoc basi obsolete carinulato, apice lobato; elytris punctato-striatis, cyaneis, vittis duabus baseos, interiore nonnunquam maculari, fascia in medio, interdum cum vitta interiore connexa, maculisque duabus vel tribus apicis luteis. Long. 6—7, lat. 2—2½ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariæ superioribus.

Caput obtusum, profunde punctatum, nigrum, brevissime albido-setulosum, vertice obsolete carinulato; oculi oblongo-ovales, modice convexi, nigri. Antennæ medium thoracis non attingentes, nigræ. Thorax longitudine fere duplo latior, antice basi dimidio angustior, lateribus marginatis, pone medium valde dilatatis; basi levissime emarginatus, apice medio distincte rotundatolobatus, angulis deflexis, supra subpulvinatus, rude rugoso-punctatus, basi obsolete carinulatus, versus latera utrinque in ipso margine baseos foveola insculptus, niger,

parce et breviter albidosetulosus. Elytra thorace nonnihil angustiora, quadruplo autem longiora, pone humeros leviter ampliata ultra medium linearia, deiu sensim angustata, margine postico serrulato, supra, præter callum humeralem sat elevatum, æqualiter convexa, concinne punctato-striata, interstitiis planis, seriato-punctatis, cyanea vel cærulescentia, tenuissime albido-setulosa, vittis duabus baseos, una prope suturam, sinuata vel interdum interrupta, ad medium dorsi extensa, altera marginali, nonnihil breviora, fascia in medio, interne abbreviata, cum vitta interiore nonnumquam confluenta, pone fasciam juxta suturam macula punctiformi utrinque, et intra apicem plagis vel fasciis duabus, interne abbreviatis, luteis. Corpus subtus distincte varioloso-punctatum, nigrum, parce albido-squamulosum. Pedes mediocres, nigri, tenuiter albido-setulosi.

FHS.

337. *ACMÆODERA inscripta* (BHN): nigra, subtus cicatricoso-punctata, tenuissime pubescens, capite thoraceque supra rude rugoso-punctatis, hoc inæquali, apice medio producto, lateribus marginatis, postice dilatatis, elytris distincte punctato-striatis, interstitiis planis, seriato-punctatis, violaceis, irregulariter luteo-maculatis et fasciatis. Long. $6\frac{1}{3}$, lat. 2 millim.

Hab. in terra Natalensi.

Caput obtusum, nigrum, crebre rugoso-punctatum, tenuissime albido-pubescens; oculi oblongo-ovati, glauci. Antennæ nigrae, medium thoracis non attingentes. Thorax longitudine duplo latior, antice basi dimidio angustior, lateribus distincte marginatis, versus basin rotundato-ampliatis, postice medio subtruncatus, utrinque emarginatus, apice medio rotundato-lobatus, supra convexus, medio postice obsolete canaliculatus et carinulatus, versus latera oblique impressus et intra basin foveola utrinque insculptus, niger, crebre rugoso- vel potius reticulato-

punctatus, punctis cinereo-squamulosis; elytra thorace paullo angustiora, quadruplo vero longiora, basi subtruncata, margine elevato, pone humeros distincte callosoelevatos ultra medium linearia, versus apicem dein sensim attenuata, margine postico serrato; supra modice convexa, distincte punctato-striata, interstitiis planis, seriatim punctatis, versus basin et ad latera transversim rugulosis, in dorso posterius sulcatis, obscure violacea, tenuissime seriatim setulosa, basi juxta suturam macula subrotunda, in ipso angulo humerali litura parva, pone callum humeralem fascia flexuosa, interne abbreviata, ante medium dorsi plaga transversa aliaque in ipso medio laterum, tum lituris duabus dorsalibus oblique positis, subconfluentibus, fasciisque duabus abbreviatis ante apicem, anteriore cum lituris præjacentibus subconnexa, luteis. Corpus subtus concinne cicatricoso-punctatum, nigrum nitidum tenuissime albido-pubescentis. Pedes subtenuis, nigri, vix punctati, tenuissime albido-pubescentes. FHS.

338. *ACMÆODERA adspersa* (FABR.): oblonga, nigra, capite crebre rugoso-punctato, tenuissime griseo-pubescente, fronte inter antennas transversim impressa; thorace rude strigoso-punctato, medio breviter carinato, utrinque ad basin unifoveolato, lateribus marginatis, pone medium rotundato-ampliatis, ante basin subsinuatis; elytris tenuiter striatis, interstitiis planis, profunde seriato-punctatis, basi lateribusque transversim rugosis, violaceo-nigris, punctis liturisque in dorso sparsis apiceque flavescentibus, margine postico serrato; pectore abdomineque æneo-tinctis, concinne punctatis. Long. 6, lat. 2 millim.

Acmæodera adspersa LAFORTE et GORY: Mon d. Bupr. p. 14, pl. 4, f. 22.

Buprestis id. SCHH. Syn. Ins. III, p. 257. 224.

Hab. in Caffraria tota.

Variat apice elytrorum non unicolore, sed maculis flavis tantum variegato.

FHS.

339. *ACMÉODERA grata* (BHN): obscure ænea, punctata, tenuissime pubescens, elytris postice serratis, ipso apice subtruncatis, flavis, versus apicem coccineo-tinctis, conjunctim vittis tribus abbreviatis maculisque tribus vel quatuor apicis violaceo-purpureis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{3}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput breve, obscure æneum, creberrime punctatum, tenuissime albedo-pubescens, inter antennas transversim impressum; oculi ovales, parum convexi, glauci. Antennæ tenues, nigræ, medium thoracis non attingentes. Thorax longitudine plus duplo latior, antice basi dimidio angustior, apice levissime bisinuatus, basi subtruncatus, lateribus marginatis, postice subparallelis; supra modice convexus, in dorso simpliciter, versus latera strigoso-punctatus, obscure æneus, tenuissime albidopubescens, margine baseos foveolis tribus distantibus insculpto, media obsolete. Elytra basi latitudine thoracis eoque quintuplo longiora, antice truncata, pone humeros nonnihil attenuata, dein ultra medium sublinearia, tum iterum angustata, ipso apice subtruncata, margine postico distincte serrato, supra, callis humeralibus exceptis, æqualiter convexa, distincte striato-punctata, interstitiis antice planis, versus apicem elevatis, sublævibus, paleacea, apice coccineo-tincta, vittis tribus determinatis, media suturam et interstitium proximum utrinque, reliquis interstitia 5—8 occupantibus, omnibus pone medium abbreviatis, pone illas fascia laterali utrinque, interdum maculari, suturam non attingente, tum macula suturali aliaque in ipso apice, nonnumquam invicem et cum vitta suturali confluentibus, violaceo-purpureis. Corpus subtus viridi-æneum, nitidum, tenuissime albedo-pubescens, abdomine medio parce et tenuiter

punctato, pectore ventrisque lateribus sub-cicatricosis. Pedes obscure ænei, tenuissime albido-pubescentes, femoribus sub-lævibus.

FHS.

340. *ACMÆODERA Wahlbergii*: viridi-ænea, punctata, tenuissime pubescens; elytris postice serratis, ipso apice rotundatis, flavis, conjunctim vittis tribus, fascia, interdum maculari, pone medium terminatis, maculis quinque ante apicem ipsoque apice cyaneis. Long. $7\frac{1}{2}$ —8, lat. $2\frac{1}{3}$ — $2\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

A. grata simillima, pictura fere unice distincta. Caput et antennæ ut in *A. grata*. Thorax, quoad formam etiam ut in illa, supra viridi-æneus, in dorso parcius et simpliciter, ad latera crebrius strigoso-punctatus, medio postice linea longitudinali lævi foveolaque utrinque in margine baseos notatus, foveola media ejusdem marginis vix conspicua. Elytra basi thorace vix angustiora eodemque quintuplo longiora, pone humeros callosaelevatos longe ultra medium sublinearia, dein angustata, ipso apice conjunctim breviter rotundato, margine postico valide serrato, supra evidenter striato-punctata, interstitiis in dorso planis, postice convexis, sublævibus, paleacea, vittis tribus determinatis, media suturam et interstitium proximum utrinque, reliquis interstitia 6—8 occupantibus, omnibus pone medium abbreviatis, fascia aut integra aut maculari vittas terminante, maculis quinque ante apicem, quarum tres triangulariter in dorso, reliquæ ad margines dispositæ, ipsoque apice cyaneis. Corpus subtus et pedes ut in *A. grata* omnino.

FHS.

341. *ACMÆODERA amœnula* (BHN): viridi-ænea, punctata, tenuissime pubescens, capite thoraceque crebre punctatis, hoc distincte rotundato-ampliato, margine baseos profunde trifoveolato; elytris flavis, margine baseos, vitta

suturali sinuata, abbreviata, maculisque sparsis nigris. Long. 6, lat. 2 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput subæquale, viridi-æneum, creberrime punctatum, pube tenuissima albida adpersum; oculi oblongo-ovales, modice convexi, glauci. Antennæ nigrae, medium thoracis non attingentes. Thorax longitudine duplo latior, antice angustior, lateribus marginatis, distincte rotundato-ampliatis, ante marginem baseos leviter subsinuatus, basi truncatus, apice bisinuatus, supra modice convexus, crebre punctatus, ad latera substrigosus, viridi-æneus, tenuiter albido-pubescent, margine baseos foveolis tribus distantibus profunde insculpto. Elytra vix latitudine thoracis, at eodem quadruplo longiora, basi truncata, margine elevato, pone humeros callosos ultra medium linearia, versus apicem dein attenuata, ipso apice conjunctim rotundato, margine postico laterum apicisque serrato, supra modice convexa, concinne punctato-striata, interstitiis in dorso planis, postice convexis, subtiliter, seriatim punctulatis et setulosis, pallide flava, margine baseos, macula in callo humerali utrinque, cum nigredine marginis confluyente, vitta suturali sinuata, circa medium abbreviata, plaga obliqua ante medium singuli disci, tum seriebus tribus transversis, singula e maculis tribus, quarum exteriores seriei intermediæ insigniores, nec non summo apice nigris. Corpus subtile viridi-æneum, punctatum, tenuissime albido-pubescent. Pedes breviusculi, viridi-ænei, pube albida parce adpersi.

FHS.

342. CHRYSOCHROA (CARCEL.) *amplipennis* (BHN): oblonga, supra cuprea, thorace vitta media marginibusque violaceis, elytris antice insigniter ampliatis; subtus æneo-cærulescens, flavo-hirta, thorace pedibusque violaceis, illo utrinque dense flavo-tomentoso. Long. 42, lat. 19 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpopois.

Caput subtransversum, rugoso-punctatum, violaceum, fronte late sulcata, medio flavo-pubescente, plaga utrinque auro-cuprea; oculi maximi, subovati, convexi, glauci. Antennæ breves, serratæ, nigræ, basi violaceo-tinctæ. Thorax latitudine baseos paullo brevior, a basi ad medium sublinearis, dein valde angustatus, apice late subsinuatus, basi in medio leviter productus, supra subdepressus, antice versus latera utrinque longitudinaliter impressus, præter lineam mediam longitudinalem subcarinatum marginemque apicis, undique crebre rugoso-punctatus, cupreus, nitidus, vitta media marginibusque laterum apicisque violaceis; subtus valde convexus, violaceus, punctatus, medio tricarinatus, utrinque dense sulphureo-lanuginosus. Elytra basi thorace parum latiora, mox vero admodum dilatata, ante medium iterum attenuata, conjunctim oblongo-subcordata, margine laterali pone extensionem humeralem leviter sinuato et pone sinum incrassato, thorace quadruplo longiora, supra modice convexa, creberrime rugoso-subreticulata, rugis dorsalibus plerisque in lineas elevatas digestis, tota cuprea, nitida, margine antice subtus violaceo. Pectus et abdomen confertim punctulata, viridi-ænea vel cærulescentia, sat dense flavo-villosa. Pedes mediocres, rugoso-punctati, violacei, flavo-pubescentes, femoribus 4 anterioribus incrassatis, primi paris antice plaga lævi, glabra.

FHS.

343. *CHRYSOCHROA ambigua*: subdepressa, viridi-aurea, nitida, elytrorum margine laterali auro-puniceo, thorace subscabro, ante medium ampliato, concinne marginato, carina marginali lævissima; elytris confertissime rugoso-reticulatis, dorso subregulariter elevato-striatis, margine ante medium incrassato. Long. 31—37, lat. 12—14 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Chrysochroæ scabræ Fabr. simillima, attamen distincta, statura paullo magis depressa, thorace non, ut illius, pone medium sed potius ante medium rotundato-ampliato, margine non incrassato atque scabro, sed concinne carinato, lævigato etc. Caput breve, punctatum, viridi-aureum, vertice subcærulescente, fronte longitudinaliter late excavata, sulphureo-tomentosa, medio lineola abbreviata impressa; oculi magni, oblongi, convexi, glauci. Antennæ medium thoracis non attingunt, tenues, serratæ, nigrae, articulo primo viridi-cæruleo. Thorax basi longitudine dimidio latior, a basi ad medium fere linearis, dein sensim angustatus, apice subtruncatus, intra apicem constrictus, basi bisinuatus, supra parum convexus, rugoso-punctatus, medio obsolete subcanaliculatus, ad latera longitudinaliter impressus, margine laterali distincte carinato, carina lævissima; viridis, versus latera aureo-fulgens, margine apicis, plerumque etiam laterum, cærulescente. Elytra basi thorace nonnihil latiora, eidemque arcte applicata, pone humeros nonnihil ampliatos levissime subsinuata, tunc iterum ante medium margine incrassato breviter ampliato, dein versus apicem sensim attenuata, thorace quadruplo longiora, supra parum convexa, creberrime at sat tenuiter rugoso-reticulata, in dorso confertim subcostata, versus latera subscabra, viridi-aurea, margine laterali determinate auro-puniceo. Corpus subtus convexum, subtiliter punctatum, albido-sericeum, pectoris basi ut etiam thoracis lateribus inferne sulphureo-tomentosis. Pedes mediocres, punctati, parce albido-pubescentes, virides vel cærulescentes, tibiis primi paris antice tarsisque omnibus plerumque obscurius ænescentibus.

FHS.

344. *CHRYSOCHROA Petelii* (BUQUET): subdepressa, atra, elytris crebre punctulatis, obscure æneis, plaga maxima humerali fasciaque lata pone medium luteo-albidis vel eborinis; capite rude rugoso-punctato, fronte in medio

sulcata; thorace in disco simpliciter, ad latera rugoso-punctato, pone medium utrinque fovea impressa, macula marginali laterum tribusque in pectore utrinque aureo-fulvis. Long. 25—27, lat. 10—10½ millim.

Chrysochroa Petelii. LAPORTE & GORY: Mon. d. Bupr. Suppl. p. 51, pl. 10, f. 51.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

FHS.

- ✓ 345. CHRYSODEMA (LAP. et GORY) *pubiventris*: subdepressa, supra chrysopræsea, capite aureo-fulvo, fronte angusta, canaliculata; thorace transverso, rugoso-punctato, medio obsolete canaliculato, lateribus subparallelis, elevato-marginatis; elytris pone humeros sensim attenuatis, costis, præter suturalem antice duplicatam, quatuor sub-integris, nigris, elevatis, interjectis in dorso anteriore duabus abbreviatis, interstitiis crebre rugoso-punctatis; pagina inferiore tota aurea, splendida, tomento flavo-albido obsita. Long. 25, lat. 10 millim.

Chrysodema pubiventris. LAPORTE et GORY: Mon. d. Bupr. p. 11, pl. 3, f. 14.

Evides strigosa: DEJ. Cat. ed. 3, p. 77.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

FHS.

346. CASTALIA (LAP. et GORY) *14-maculata* (BHN): oblonga, subtus fusco-ænea, capite thoraceque supra nigro-cupreis, hoc subpulvinate, canaliculato, pone medium elytris latiore, plaga oblonga flava ad margines utrinque; elytris costatis, violaceis, flavo-guttatis, apice multispinosis, sutura basi scutelloque immersis. Long. 16, lat. 5½ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput deflexum, crebre rugoso-punctatum, tenuiter albidopubescens, obscure cupreum, labro cæruleo; oculi elongati, parum convexi, nigri. Antennæ tenues, violaceæ,
medium

medium thoracis non excedunt. Thorax subtrapeziformis, pone medium insigniter, subangulatum amplius ibique longitudine duplo latior, basi medio productus, lobo impresso, apice levissime bisinuatus, lateribus tenuiter marginatus, supra subpulvinatus, canalicula longitudinali, antice evanescente, insculptus, medio lateribusque postice simpliciter excavato-punctatus, antice ad latera crebrius rugoso-punctatus, punctis setulis minutissimis albidis foetis, obscure cupreus, intra margines utrinque plaga oblonga, nec basin nec apicem attingente, flava. Scutellum valde demersum, oblongo-subtriangulare, violaceum, læve. Elytra thorace nonnihil angustiora at plus quadruplo longiora, basi interne conjunctim sinuata, ab humeris distincte angulatis ultra medium linearia, apice conjunctim rotundata, margine laterali juxta basin sinuata, apice spinulis utrinque 10—12 munito; supra modice convexa, punctato-striata, sutura antice valde demersa, interstitiisque alternis distincte costatis, costis argutis, lævibus, interstitiis reliquis convexis, rugulosis; violacea, glabra, in singulo maculis sex flavis, tribus ad suturam, rotundatis, prima et secunda inter se et a basi apiceque æquali spatio distantibus, tertia juxta apicem sita, reliquis marginalibus, æqualiter quoque inter se et a basi apiceque distantibus, antica rotundata, posterioribus subovatis, adjecta in ipso angulo baseos utrinque inferne plagula ejusdem coloris. Corpus subtile fusco-æneum, punctatum, tenuiter griseo-pubescentis. Pedes subtenuis, punctati, parce pubescentes, femoribus obscure cupreis, tibiis tarsisque violaceo-tinctis.

FHS.

347. BUPRESTIS (LINNÉ) *calamitosa* (BHN): oblonga, nigra, antennis tarsisque cæruleis, fronte et arcu intra angulos anticos thoracis sulphureo-tomentosis, dorso thoracis parce punctato, medio bilineato, area rotunda utrinque lævi; elytris striatis, sulco marginali pur-

pureo; subtus ad latera inæqualiter cuprea, ventre strigis tribus longitudinalibus albidis. Long. 20—30, lat. 7—12 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Caput obtusum, nigrum, fronte rugosa, sulphureo-tomentosa, vertice parce punctato, punctis plerisque auro-squamosis; oculi ovales, modice convexi, glauci. Antennæ breves, subtenuæ, cæruleæ. Thorax longitudine dimidio latior, antice paullo angustior, medio rotundato-amplius, basi leviter bisinuatus, apice pone oculos obtuse lobatus, inter lobos truncatus, supra parum convexus, niger, medio striis duabus longitudinalibus, irregularibus, punctatis, insculptus, versus latera postice sat rude scrobiculatus, ceterum parcius punctatus, punctis plerisque aureo-squamosis, area discoidali utrinque rotunda, lævi vel obsoletissime tantum strigosa, punctis congestis terminata, intra angulos anticos arcu impresso sulphureo-tomentoso; pagina inferiore ad latera tomento promiscue sulphureo et miniato vestita; prosterno tricarinato, carina media deplanata, exterioribus antice abbreviatis, omnibus lævibus, glabris, sulculis interjacentibus flavo-tomentosis. Scutellum exiguum, transversum, læve, nigrum. Elytra thorace fere quadruplo longiora, at medio ejusdem haud latiora, basi thoracis arete applicata, pone humeros ultra medium sublinearia, dein sensim angustata, margine prope basin in callum plus minusve distinctum extenso; supra modice convexa, distincte striata, striis minus evidenter punctatis, squamulis aureis rarissime obsitis, interstitiis postice convexis, plus minusve distincte punctatis, sulco intramarginali determinate rubro-purpureo. Pectus et abdomen convexa, nigro-violacea, illius limbo inæqualiter cupreo-squamoso, lateribus interdum albo-pilosis; abdominis segmento primo fere toto, margineque laterali reliquorum cupreo-squamosis, horum medio strigis tribus longitudinalibus albido-tomentosis

ornato, interstitiis sub lævigatis. Pedes mediocres, nigri, viridi-punctati, tarsi cæruleis.

FHS.

348. *BUPRESTIS gregaria* (BHN): oblonga, æneo-cuprea, capite thoraceque nigro-variegatis, hoc sulcis tribus vadosis distantibus, lateralibus flavo-tomentosis, macula rotunda in angulis anticis utrinque denudata, nigra; elytris punctato-striatis, interstitiis rugoso-punctatis, sulco intramarginali tenuiter albido-pubescente; subtus flavo-pubescentis, ventre utrinque punctis 5—6, serie dispositis, denudatis. Long. 25, lat. 10 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput obtusum, rugoso-punctatum, cupreo-nigroque variegatum, flavo-pubescentis; oculi ovals, modice prominuli, glauci. Antennæ breves, subtenuis, æneo-cupræ. Thorax longitudine dimidio latior, antice fere dimidio angustior, lateribus medio rotundatis, apice fere truncatus, basi leviter bisinuatus, supra parum convexus, inæqualiter rugoso-punctatus, cupreo-nigroque variegatus, medio obsolete canaliculatus, juxta marginem utrinque longitudinaliter exaratus, ibique flavo-tomentosus, macula rotunda in singulo angulo apicis denudata, atra. Scutellum minutum, transversum, viride, læve. Elytra thorace vix latiora, at fere quadruplo longiora, pone humeros parum dilatatos ultra medium sublinearia, dein sensim angustata, supra parum convexa, punctato-striata, interstitiis sat crebre rugoso-punctatis, tota cuprea, nitida, rugulis passim obscurioribus, intra marginem lateralem sulco, antice ferrugineo-postice albido-pubescente, inculpta. Corpus subtus aureo-cupreum, pube flavescente ad latera ventris magis condensata, obsitum, singulo segmento abdominis utrinque puncto denudato, nigro, signato. Pedes mediocres, crebre rugoso-punctati, cuprei, tenuiter flavo-pubescentes.

FHS.

349. BUPRESTIS *quadriareolata* (BHN): subdepressa, nigro-fusca, cupreo-variegata, thorace medio bicanaliculato, areolis quatuor rotundis, in arcum transversum dispositis, levibus, atris; elytris striatis, interstitiis rugoso-punctatis, sulco intramarginali, rubro-purpureo-tomentoso. Long. 20, lat. $7\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in Caffraria tota.

Caput rugoso-punctatum, nigro-cupreoque variegatum, fronte leviter, late, impressa; oculi ovals, modice prominuli, glauci. Antennæ breves, subtenués, viridi-æneæ. Thorax longitudine dimidio lator, antrorsum nonnihil angustatus, lateribus æqualiter, modice, rotundato-ampliatis, basi leviter bisinuatus, apice pone oculos obtuse lobatus, inter lobos truncatus, supra parum convexus, nigro-fuscus, punctis cupreis inæqualiter impressus, medio sulcis duobus irregularibus, antice confluentibus, exaratus, interstitio lævi; areolis præterea quatuor rotundis determinatis, arcuatim dispositis, duabus scilicet in medio disci, reliquis in angulis anticis, levibus, atris, notatus. Scutellum parvum, subtransversum, nigrum, læve. Elytra thorace vix latiora at quadruplo longiora, basi thoracis arcte applicata, pone humeros parum dilatatos ultra medium indistincte, dein citius angustata, supra parum convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis rugoso-punctatis, nigra, punctis rugulisque passim cupreo-variegata, sulco intra marginem lateralem utrinque rubro-purpureo-tomentoso. Corpus subtus auro-cupreum, passim nigro-variegatum, tenuiter flavo-pubescentis, segmentis quatuor ventralibus utrinque singulo puncto majore nigro notatis. Pedes midioeres, cupreo-ænei, rugoso-punctati, parce flavo-pubescentes.

FHS.

350. BUPRESTIS *cinctipennis*: oblonga, subdepressa, orichalcea, nitida, antennis tarsisque virescentibus, capite thoraceque rugoso-punctatis, rugis areolisque difformibus

azureis, lævibus, obsitis, hoc medio inæqualiter canaliculato, areola subrotundata ante medium disci utrinque calloque oblongo in singulo angulo apicis azureis, distinctioribus; elytris punctato-striatis, interstitiis punctatis, alternis azureo-subtessellatis, sulco intramarginali lato, cupreo, flavescenti-tomentoso; pagina inferiore punctata, passim azureo-maculata, flavescenti-tomentosa, ventre punctis quatuor majoribus azureis utrinque serie dispositis. Long. 16, lat. 6 millim.

Buprestis cinctipennis LAPORTE & GORY: Monogr. d. Bupr. p. 42 pl. 11 f. 53.

Hab. in Caffraria tota.

FHS.

351. *BUPRESTIS suspecta* (BHN): læte viridis, aureo-micans, splendida, capite thoraceque violaceo-variegatis, inæqualiter punctatis, hoc medio obsolete canaliculato, sulco laterali utrinque, albido-pubescente, areola parva subrotundata ante medium disci utrinque calloque breviter ovali in singulo angulo apicis lævibus, nigro-violaceis, distinctioribus, elytris punctato-striatis, interstitiis parce et inconcinne violaceo-variegatis, sulco intramarginali albido-pubescente. Long. 17—24, lat. 6—9 millim.

Hab. ad Boschjesmanns Rand.

B. cinctipenni valde propinqua, at, preter colorem, impressione frontali, sulcis lateralibus thoracis sat profunde exaratis, ut et dorso thoracis elytrorumque minus rugoso etc. distincta. Caput subrotundatum, rugoso-punctatum, viride, aureo- et violaceo-variegatum, fronte antice late impressa; oculi ovals, modice convexi, glauci. Antennæ virides, subtenuæ, medium thoracis non attingunt. Thorax longitudine paullo latior, basi leviter bisinuatus, a basi ultra medium linearis, antorsum modice angustatus, pone oculos obtuse lobatus, inter lobos subtruncatus,

supra parum convexus, viridis, aureo-splendens, violaceo-variegatus, dorso parcius, lateribus crebre punctatis, sulcis tribus distantibus exaratis, medio obsolete, lateralibus plus minusve albido-pubescentibus; puncto ante medium disci utrinque calloque subrotundato in angulis anticis nigro-violaceis, distinctioribus. Scutellum minutum, transversum, viridi-cæruleum, læve. Elytra latitudine thoracis eodemque fere quadruplo longiora, a basi ultra medium linearia, dein sensim attenuata, supra parum convexa, punctato-striata, interstitiis basi rugosis, postice punctatis, viridia, aureo-micantia, versus basin inconcinne violaceo-variegata, sulco marginali punctatissimo, albido-pubescente. Corpus subtus convexum, viridi-aureum, punctatum, pube albido-ochracea, versus latera densiore, obsitum; ventre punctis utrinque quatuor violaceis, denudatis. Pedes mediocres, viridi-aurei, rugoso-punctati, tenuiter albido-pubescentes.

Variat colore elytrorum cærulescente, plus minusve violaceo-variegato.

FHS.

352. *BUPRESTIS albomarginata* (HERBST): subdepressa, fusco-cuprea, capite thoraceque rude rugoso-punctatis, hoc medio obsolete canaliculato, lateribus marginatis, elytris subpulvinatis, apice bidentatis, distincte punctato-striatis, interstitiis subconvexis, parcius punctatis, sulco marginali tomento flavo-albido induto; pagina inferiore cuprea, undique variolosa, tenuiter flavo-pubescente. Long. 21—22, lat. 7—8 millim.

Buprestis albomarginata SCHN. Syn. Ins. III. p. 223. 53. — LAPORTE et GORY: Mon. d. Bupr. p. 42, pl. 10, f. 52.

Hab. in terrâ Natalesi.

FHS.

353. *BUPRESTIS viridimarginata* (BHN): subtus cupreo-aurea, parce violaceo-maculata, supra fusco-cuprea, capite thoraceque rugoso-punctatis, viridi et violaceo-

variegatis, hoc areolis quatuor subrotundatis lævibus, violaceis, distinctioribus, elytris distincte punctato-striatis, interstitiis convexis, punctatis, sulco marginali viridi, albido-pubescente. Long. 18—23, lat. 6—9 millim.

Habit. in Caffraria tota.

Caput supra depressum, rugoso-punctatum, aureo-viride, postice rugis longitudinalibus nigro-violaceis distinctioribus; oculi oblongo-ovati, convexi, glauci. Antennæ auro-virides, capite parum longiores. Thorax longitudine paullo latior, medio rotundato-amplius, versus basin leviter, versus apicem distinctius angustatus, postice bisinuatus, pone oculos obtuse lobatus, inter lobos truncatus, supra parum convexus, inæqualiter punctatus, versus latera rugosus, auro-viridi- et violaceo-variegatus, plagis violaceis plerisque lævibus, passim aureo-punctatis, areolis quatuor arcuatim dispositis, intermediis dorsalibus, rotundis, reliquis in angulis anticis, subovatis, distinctioribus; dorso medio obsolete canaliculato, sulcoque longe intra marginem lateralem utrinque irregulari, exarato. Scutellum minutissimum, transversum, violaceo-cupreum. Elytra thoraci arcte applicata, medio ejusdem non latiora, pone humeros indistincte dilatatos ultra medium linearia, dein sensim angustata, thorace fere quadruplo longiora, supra parum convexa, distincte punctato-striata, interstitiis convexis, inconcinne punctatis, basi rugosis; fusco-cuprea, punctis plerisque aureo-nitentibus, sulco marginali auro-viridi, albido-pubescente. Corpus subtus rugoso-punctatum, auro-cupreum, nitidum, passim violaceo-variegatum, tenuiter flavescenti-pubescentis, ventre punctis utrinque quatuor seriatis, violaceis, denudatis. Pedes rude punctati, virides, femoribus aureo-nitentibus. FHS.

354. BUPRESTIS *insidiosa* (BHN): subdepressa, auro-ænea, capite thoraceque passim violaceo-variegatis, rugoso-

punctatis, hoc trisulcato, lateribus modice rotundato-ampliat, areolis quatuor in dorso antico distinctioribus, violaceis; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, subseriatim punctatis, sulco marginali albido-pubescente. Long. 16—19, lat. $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{2}$ millim.

Habit. ad Boschjesmanns Rand.

Caput rugoso-punctatum, auro-æneum, parce violaceo-maculatum, tenuiter albido-pubescent, fronte late impressa; oculi oblongo-ovales, modice prominuli, glauci. Antennæ virides, medium thoracis vix attingunt. Thorax longitudine paullo latior, medio rotundato-ampliat, versus basin leviter, versus apicem distinctius angustatus, basi leviter bisinuatus, pone oculos obtuse lobatus, inter lobos truncatus; supra parum convexus, in dorso parcius, ad latera crebrius punctatus, in medio et intra marginem utrinque longitudinaliter sulcatus, auro-æneus, parce violaceo-maculatus, pube albida in dorso rariore, in sulcis lateralibus subcondensata, obsitus, in dorso antico areolis quatuor plus minusve distinctis, denudatis, violaceis, transversim dispositis. Scutellum minutum, transversum, viride, splendens. Elytra thorace fere quadruplo longiora, at medio ejusdem vix latiora, pone humeros perparum ampliatos ultra medium linearia, versus apicem dein sensim angustata, supra parum convexa, punctato-striata, interstitiis subplanis, punctatis, punctis plerisque seriatim, auro-ænea, nitida, pube albido-sericea in sulco marginali densiore, ceterum tenuissime obsita. Corpus subtus rugoso-punctatum, auro-cupreum, flavo-albido-pubescent, ventre punctis utrinque quatuor seriatim, denudatis, violaceis. Pedes mediocres, rugoso-punctati, auro-cuprei, albido-pubescentes, tarsi viridibus.

FHS.

355. BUPRESTIS *amicta* (BIN): subdepressa, auro-cuprea, sericeo-pubescent, capite thoraceque rugoso-punctatis, hoc trisulcato, medio modice rotundato-ampliato, elytris

tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, vage punctatis, dorsalibus alternis areolis oblongis, lævibus, subtessellatis, vitta marginali densius flavo-albido-pubescente. Long. 20—23, lat. 7—8½ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Caput crebre rugoso-punctatum, auro-cupreum, flavescenti-pubesceus, postice rugis sparsis nigro-violaceis, fronte late excavata; oculi oblongo-ovales, modice prominuli, glauci. Antennæ virescentes, medium thoracis vix attingentes. Thorax longitudine paullo latior, medio modice rotundato-ampliat, versus basin leviter, antrorsum distincte angustatus, basi levissime bisinuatus, apice fere truncatus, supra modice convexus, in medio angustius, ad latera utrinque late sulcatus, undique rugoso-punctatus, auro-cupreus, impressionibus lateribusque flavescenti-pollinosus. Scutellum parvum, subtransversum, cupreum. Elytra thorace fere quadruplo longiora, at medio ejusdem vix latiora, pone humeros perparum dilatatos ultra medium linearia, versus apicem dein sensim angustata, supra modice convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis subplanis, vage punctatis, æneo-virescentia, pube tenui subflavescente, in sulco marginali densiore, obsita, sutura areolisque oblongis lævibus, in interstitiis alternis dorsi subtessellatim seriatis, cupreo-nitentibus. Corpus subtus auro-cupreum, flavescenti-pubesceus, ventre punctis utrinque quatuor denudatis, plus minus evidenter violaceo-pupillatis. Pedes mediocres, auro-cuprei, rugoso-punctati, parce flavo-albido-pubescentes.

FHS.

356. *BUPRESTIS vana* (BHN): subdepressa, auro-cuprea, capite thoraceque rugoso-punctatis, hoc postice latiore, trisulcato, elytris punctato-striatis, interstitiis planis, inconcinne punctatis, sulco intramarginali viridi, pube griseo-virescente obsito; subtus æqualiter flavo-

griseo-pubescentis, ventre punctis utrinque quatuor denudatis. Long. 20—21, lat. 7—7½ millim.

Hab. ad Port. Natal.

Caput rude rugoso-punctatum, auro-cupreum, fronte late excavata; oculi oblongo-ovales, modice prominuli, glauci. Antennæ capite parum longiores, virides. Thorax longitudine paullo latior, antice latitudine postica fere dimidio angustior, basi bisinuatus, apice late emarginatus, supra modice convexus, in dorso parcius et subsimpliciter punctatus, ad latera confertim rugoso-scrobiculatus, cupreus, nitidus, in medio et intra marginem utrinque sat distincte sulcatus. Scutellum minutum, transversum, aureum. Elytra thorace quadruplo longiora, at basi ejusdem vix latiora, humeris fere rectangularis, a basi ultra medium sublinearia, versus apicem dein sensim angustata; supra subdepressa, tenuiter punctato-striata vel passim potius striato-punctata, interstitiis deplanatis, inconcinne punctatis, auro-cuprea, vitta marginali viridi, griseo-virescenti-pollinosa. Corpus subtile rugoso-punctatum, auro-cupreum, flavo-griseo-pubescentis, ventre punctis utrinque quatuor denudatis, violaceis, seriatim dispositis. Pedes simplices, auro-cuprei, rugoso-punctati, parce pubescentes, tarsi viridibus.

FHS.

357. BUPRESTIS *sulphureo-vittata* (BHN): subdepressa, supra obscure cuprea, subtile aeneo-virescens, thorace trisulcato elytrisque 5-costatis vitta laterali contigua, sinuata, postice abbreviata, sulphureo-pollinosa, ornatis. Long. 21, lat. 8 millim.

Hab. ad Port. Natal.

Caput crebre rugoso-punctatum, cupreum, vertice caeruleo-micante, fronte antice late impressa; oculi ovales, modice prominuli, glauci. Antennæ subtenuis, caeruleo-virescentes, medium thoracis nonnihil excedentes. Thorax longitudine parum latior, antice basi parum angustior,

medio modice rotundato-ampliatus, basi levissime bisinuatus, apice fere truncatus, supra modice convexus, obscure cupreus, rugoso-punctatus, sulcis tribus exaratus, medio carinulam includente, exterioribus juxta margines laterales sitis, subarcuatis, his polline sulphureo indutis; subtus æneo-virescens, polline sulphureo inæqualiter obsitus, linea obliqua utrinque indumenti ejusmodi distinctiore. Scutellum transversum, cupreum, medio impressum, læve. Elytra thorace paullo latiora et quadruplo longiora, pone humeros parum dilatatos ultra medium sublinearia, vel indistincte ampliata, versus apicem deinsensim attenuata, supra subdepressa, obscure cuprea, rugoso-punctata, præter carinam suturalem, antice duplicatam, costis quinque prædita, 1:a et 2:a scilicet distinctioribus, illa ante apicem evanescente, 3:a et 4:a valde irregularibus, postice confluentibus, 5:a laterali, postice abbreviata, interstitio inter costas tertiam et quartam polline sulphureo vestito, vittam, a thorace continuatam, interne bis sinuatam et ante apicem acuminatim desinentem, formante. Pectus et abdomen punctata, æneo-virescentia, medio parcius flavo-tomentosa, tomento ad latera plagiatis condensato. Pedes simplices, punctulati, æneo-cærulescentes, tenuissime flavo-pubescentes.

FHS.

358. PHÆNOPS (MEGERLE) *lugubrina* (BHN): depressa, supra atra, subtus obscure violacea, capite crebre punctato, fronte inæquali; thorace transverso, rotundato-ampliato, tenuiter strigoso, lobo antescutellari impresso; elytris tenuissime et creberrime granulatis, margine postice serrulato. Long. 11, lat. 4 millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariæpis superioribus.

Caput crebre et sat profunde punctatum, atrum, fronte antice late sulcata, utrinque longitudinaliter elevata; oculi oblongo-ovales, parum convexi, nigri. Antennæ

basin thoracis vix attingentes, versus apicem attenuatæ, obscure violaceæ. Thorax longitudine fere duplo latior, medio æqualiter rotundato-ampliatus, basi apiceque leviter bisinuatus, angulis posticis subprominulis, supra subdepressus, ater, crebre et tenuissime strigosus, ante medium disci areolis duabus rotundis lævibus, lobo antescutellari distincte impresso. Scutellum triangulare, rugulosum, nigrum. Elytra thorace parum latiora et quadruplo longiora, pone humeros rotundatos ultra medium linearia, dein attenuata, apice mucronata, breviter dehiscentia, margine postice serrulato; supra depressa, atra, undique granulis minutissimis creberrime et concinne obsita. Corpus subtus tenuiter strigosum passimque punctatum, obscure violaceum, fere glabrum. Pedes violacei, tenuiter strigosi, tibiis posticis nonnihil arcuatis, apice ciliatis.

FHS.

359. CHRYSOBOTHRIS (ESCHSCH.) *Boschismanni*: obscure ænea, nitida, capite rugoso-punctato, fronte retusa, margine clypei sinuato, viridi; thorace transverso, elytris dimidio angustiore, basi apiceque distincte bisinuato, lateribus parallelis, marginatis, dorso æquali, subremote punctulato, ad latera strigoso; elytris obscure violaceis, vage, concinne punctulatis, margine postice serrulato; ventre maculis marginalibus albo-pubescentibus; femoribus anticis valde incrassatis, subtus dente validissimo armatis. Long. $12\frac{1}{2}$, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Chrysobothris Boschismanni. LAPORTE & GORY: Mon. d. Bupr. p. 5, pl. 1, f. 6.

C. spinimana. DEFJ. Cat. ed. 4, p. 90.

Hab. in Caffraria tota.

FHS.

360. BELIONOTA (ESCHSCH.) *Bohemani* (MANNERHEIM): depressa, obscure ænea, nitida, glabra, subtus cupreo-fulgens, thorace medio vage punctulato, utrinque longitudinaliter impresso, strigoso-punctato, lateribus

tenuiter marginatis; elytris subtilissime punctulatis, quadri-costatis, femoribus strigosis, posticis incrassatis, incurvis. Long. 23, lat $8\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Caput obtusum, rugoso-punctatum, obscure æneum, interdum violaceo-tinctum, fronte tenuiter canaliculata; oculi oblongi, modicè convexi, in vertice approximati, glauci. Antennæ breviusculæ, subtenues, æneo-virescentes, articulis 3:o & 4:o violaceo-tinctis, primo basi rufescente. Thorax longitudine duplo latior, basi trisinuatus, angulis prominulis, a basi ultra medium fere linearis, versus apicem dein cito angustatus, apice fere truncatus, supra subdepressus, æneus, in dorso simpliciter et subremote punctulatus, versus latera crebrius punctatus et transversim strigosus, utrinque longitudinaliter late impressus, margine laterali tenui, antice arcuatim descendente. Scutellum oblongo-triangulare, æneum, læve vel punctulis tantum sparsis notatum. Elytra thorace quintuplo longiora et basi ejusdem parum latiora, antice subangulatim producta, pone humeros rotundatos ultra medium linearia, dein sensim attenuata, apice acuminata, supra parum convexa, undique vage et sat crebre punctulata, obscure ænea, glabra, nitida, præter suturam marginemque lateralem mediò geminatum lineis quatuor elevatis lævibus, intima et extima fere integris, intermediis postice abbreviatis, secunda antice arcuata, tertia cum quarta confluenta. Corpus subtus modicè convexum, medio vage punctulatum, ad latera strigosum, cupreum, purpureo-micans, splendidum, segmento anali in individuis obviis latissime et profunde emarginato, lobis lateralibus rotundatis. Pedes ænei, femoribus cupreo-tinctis, distincte strigosis, posticis robustioribus, incurvis, tibiis fragilibus, leviter arcuatis.

Variat elytris cupreis.

FHS.

361. ANTHAXIA (ESCHSCH.) *implexa* (BHN): fusco-cuprea, fronte depressa, albo-pubescente; thorace utrinque foveolato, dorso transversim ruguloso; elytris antice oblique, ad latera longitudinaliter impressis, apice serrulatis, Long. 7, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Caput confertim ruguloso-punctatum, cupreum, fronte depressa, albo-pubescente, vertice obscuriore, denudato; oculi elongati, convexi, glauci. Antennæ nigrae, basi cupreae, verticem vix vel parum excedentes. Thorax longitudine duplo latior, antice basi vix angustior, apice bisinuatus, basi truncatus, lateribus ante medium leviter ampliatis, tenuiter marginatis, carinula marginali antice abbreviata, postice flexa, supra parum convexus, ante basin utrinque foveola insculptus, crebre ruguloso-punctatus, obscure cupreus. Scutellum subtriangulare, fuscum, læve. Elytra thorace non latiora, at quadruplo longiora, basi truncata, ante medium nonnihil coarctata, postice attenuata, apice singulatim rotundata, margine postico serrulato; supra parum convexa, tenuiter ruguloso-punctata, fusco-cuprea, præter lineam transversam intra marginem baseos impressionibus duabus notata, una in dorso antico, obliqua, altera pone humeros oblongo-callosos ultra medium disci ducta. Corpus subtus, cum pedibus, lætius cupreum, rugoso-punctatum, tenuiter albo-pubescentis, tarsis nigris.

FHS.

362. ANTHAXIA *aurata*: subdepressa, crebre ruguloso-punctata, supra viridis, aut cærulescens; thoracis dorso vittis vel plagis duabus atro-violaceis, lateribus postice impressis, plus minusve inauratis; elytris postice singulatim anguste rotundatis, tenuiter serrulatis; subtus cyanea, abdominis margine viridi vel cæruleo; antennis tarsisque nigris. Long $5\frac{1}{2}$ —6, lat. $1\frac{3}{8}$ —2 millim.

Anthaxia aurata. LAP. & GORY: Mon. d. Bupr. p. 27, pl. 6, f. 34?
A troglodytes. DEJ. Cat. ed. 3, p. 81.

Hab. in terra Natalensi.

FHS.

363. *ANTHAXIA viridis*: subdepressa, reticulato-punctata, subtus cæruleo-viridis, supra cærulea, cyaneo-micans; fronte apice transversim impressa, thorace æquali, elytris tenuiter marginatis, apice singulatim rotundatis, integris; pedibus cyaneis, tarsis antennisque nigris. Long. 6, lat. 2 millim.

Anthaxia viridis. LAP. & GORY: Mon. d. Bupr. Suppl. p. 27, pl. 6, f. 37.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

FHS.

364. *EVAGORA* (LAP. et GORY) *sulcipennis*: subdepressa, fusco-cuprea, subtus medio longitudinaliter aureo-fulgens, levis, capite supra piceo, rugoso-punctato, variegatim griseo-villoso; antennis cupreo-nitentibus; thorace subtransverso, lateribus marginatis, medio rotundato-ampliat, juxta basin leviter sinuatis, supra in dorso vage punctulato, versus latera crebrius rugoso-punctato, posterius utrinque oblique impresso, punctis quatuor ante medium disci, quorum duo utrinque linea connexa, margine summo apicis et arcu marginali baseos rubro-aureis; scutello aureo-fulgido; elytris costis 4 sat regularibus, nigro-violaceis, elevatis; femoribus incrassatis, basi aureo-micantibus, tarsis viridibus. Long. 16, lat. 5½ millim.

Evagora sulcipennis. LAPORTE & GORY: Mon. d. Bupr. Suppl. p. 229, pl. 50, f. 294.

Anthaxia idem. DEJ. Cat. ed. 3, p. 80.

Habitat in Caffraria tota.

FHS.

365. *EVAGORA depilata* (BHN): depressa, nigro-violacea, punctatissima; fronte plana, albido-pubescente; thorace transverso, bifoveolato, elytrorum margine postice

multi-spinoso; pagina inferiore medio aureo-splendente; antennis viridibus, subtus rufis. Long. 11, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput latum, punctulatum, nigrum, tenuiter albido-pubescens, fronte plana, clypeo distincte quadri-lobato; oculi oblongo-ovales, modice convexi, brunnei. Antennæ medium thoracis vix attingentes, serratæ, articulis 1—3 cupreis, reliquis supra viridibus, subtus rufis. Thorax longitudine fere duplo latior, antice basi nonnihil angustior, lateribus æqualiter modice ampliatis, basi apiceque levissime bisinuatus, supra parum convexus, crebre et concinne punctulatus, nigro-violaceus, pone medium versus latera utrinque foveola impressa. Scutellum transversum, violaceum, læve. Elytra thorace haud latiora at plus triplo longiora, basi conjunctim leviter emarginata, pone humeros ultra medium linearia, versus apicem dein angustata, margine ibi crenulato; supra depressa, creberrime et vage punctulata, basi inæqualia, dorso vix visibiliter costulata. Corpus subtus modice convexum, medio longitudinaliter auro-cupreo-splendens, obsolete punctulatum, limbo violaceo, evidentius punctato. Pedes mediocres, punctulati, violacei, femoribus cupreo-micantibus.

FHS.

366. *EVAGORA impressicollis* (BHN): subdepressa, cuprea, nitida, confertissime punctulata; thorace æqualiter rotundato-ampliato, dorso utrinque impresso; elytris apice acuminatis, serrulatis; pagina inferiore medio aureo-fulgente, prosterno integro, æquali, ventre striga triplici utrinque albido-sericea. Long. $12\frac{1}{2}$, lat. 4 millim.

Habitat in Caffraria tota.

Caput latum, crebre punctulatum, apice rugulosum, fusco-cupreum, vertice obsolete canaliculato, fronte maculis e pube alba subvariegata; oculi oblongo-ovales,
modice

modice prominuli, glauci. Antennæ medium thoracis vix attingentes, lineares, totæ cupreæ. Thorax longitudine dimidio latior, antice basi vix angustior, medio æqualiter rotundato-ampliatu, basi subtruncatus, apice latissime submarginatus, lateribus a basi ultra medium tenuiter marginatis; supra parum convexus, in disco crebre et concinne punctulatus, ad latera confertim rugulosus, cupreus, ante basin utrinque oblique impressus. Scutellum breviter triangulare, concolor. Elytra basi thoracis vix latiora, ab humeris ultra medium linearia, ad apicem dein attenuata, margine serrulato, thorace fere quadruplo longiora, supra parum convexa, cuprea, in dorso simpliciter, tenuissime punctulata, ad latera confertim et tenuiter rugulosa; costarum vix nisi rudimenta observantur. Corpus subtus modice convexum, cupreum, medio longitudinaliter glabrum, fulgens, subtiliter punctulatum, ad latera tenuiter rugulosum, ventre strigis tribus macularibus, albo-pubescentibus, utrinque. Pedes cuprei, subtiliter punctulati, tenuiter albido-pubescentes, femoribus 4 anterioribus medio incrassatis; tarsis cæruleis.

FHS.

367. SPHENOPTERA (DEIEAN) *trispinosa*: oblonga, subdepressa, subtus obscure cuprea, passim cæruleo-micans, parce griseo-tomentosa, supra nigro-fusca, capite thoraceque punctis majoribus minutisque promiscue obsitis, illo distinctius canaliculato, fronte fovea impressa; elytris pone humeros sensim attenuatis, postice violaceo-tinctis, ad marginem baseos cupreo-nitentibus, evidenter punctato-striatis, interstitiis subconvexis, creberrime punctulatis, apice utrinque trispinosis; antennis nigris. Long. 16—19, lat. 5—6 millim.

Sphenoptera trispinosa. LAP. & GORY: Monogr. d. Bupr. p. 23, pl. 6, f. 33. — KLUG et EHRENBURG: Symb. 29, pl. 3, f. 3?

Hab. in terra Natalensi.

FHS.

368. SPHENOPTERA *mucronata* (BHN): oblonga, subtus obscure cuprea, parce griseo- et ochraceo-tomentosa; capite prothoraceque supra cupreo-æneis, parum metallicis, punctis majoribus minutisque promiscue obsitis; clypeo trisinuato, cupreo, a fronte sulco transverso disjuncto; prothorace basi trisinuato, lateribus parum ampliato; elytris punctato-striatis, cupreo-æneis, extrorsum cupreo-variegatis, basi foveolatis, apice distincte trispinosis. Long. 10—12, lat. $3\frac{1}{2}$ — $3\frac{3}{4}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

S. cupreo-splendentis statura, sed sæpe nonnihil major, prothorace longiori, evidentius minus crebre punctato, lateribus pone apicem minus ampliato, elytris profundius punctato-striatis, spinis apicalibus longioribus. Caput latum, punctis majoribus et minoribus promiscue obsitum, cupreo-æneum, subnitidum, vertice tenuiter, canaliculatum; clypeo trisinuato, cupreo, a fronte sulco transverso disjuncto; oculis ovatis, modice convexis, nigris. Antennæ vix ad medium prothoracis pertingentes, nigro-æneæ, articulo primo cupreo, secundo parvo, subrotundato, tertio oblongo, extrorsum parum crassiori. Prothorax latitudine antica nonnihil brevior, apice utrinque leviter sinuatus, lateribus tenuiter marginatis, pone apicem parum ampliatis, medio nonnihil rotundatis; postice evidenter bisinuatus, angulis retrorsum modice prominulis, lobo medio sat lato, apice leviter emarginato; supra modice convexus, cupreo-æneus, subnitidus, punctis majoribus minutisque sat crebre promiscue insculptus, medio obsolete canaliculatus, subtus parce griseo-tomentosus. Scutellum brevissimum, latum, æneum, subtilissime punctulatum. Elytra prothoraci arcte applicata, illo nonnihil latiora et duplo longiora, antice singulatim rotundato-producta, humeris modice elevatis, subrotundatis; pone humeros ad medium recta, dein versus apicem sensim angustata, supra modice convexa, cupreo-ænea,

lateribus plus minusve cupreo-variegata, mediocriter punctato-striata, striis interioribus, præsertim pone medium profundioribus, interstitiis confertim et subtiliter punctulatis, dorsalibus magis convexis; singulo elytro basi bi-impreso, apice spinulis tribus acutis munito, intermedia reliquis robustiore, interiore parva, brevi. Corpus subtus convexum, crebre rugoso-punctatum, obscure cupreum, parce, inæqualiter griseo- et ochraceo-tomentosum. Pedes mediocres, punctati, cupreo-ænei, griseo-pubescentes; tarsiis æneis.

BHN.

369. SPHENOPTERA *cupreo-splendens*: oblonga, obscure cuprea, parce, subtus densius ochraceo- et griseo-tomentosa; capite prothoraceque confertim punctulatis; clypeo trisinuato, a fronte sulco transverso, obsoleto disjuncto; prothorace basi trisinuato, lateribus mox pone apicem oblique ampliato, dein recto; elytris confertissime punctulatis, obsolete punctato-striatis, infra medium tenuiter cæruleo-marginatis, basi foveolatis, apice breviter trispinosis. Long. 8—10, lat. 2½—3 millim.

Evagora cupreo-splendens. LAPORTE et GORY: Mon d. Bupr. p. 4, pl. 1, f. 4.

Sphenoptera urbana. DEJ. Cat. ed. 3, p. 92.

Hab. in Caffraria meridionali.

BHN.

370. SPHENOPTERA *corrugata*: cuprea, capite thoraceque remote punctatis, spatiis interjacentibus crebre punctulatis, fronte transversim impressa, callis duobus elevatis; thorace antice rotundato-ampliato, dorso canaliculato, vittis tribus distantibus, parallelis, e polline flavo-griseo, plus minusve distinctis; elytris apice obsolete tridentatis, striato-punctatis, transversim rugulosis, interstitiis alternis costatis, omnibus tenuiter griseo-pollinosis; antennis nigris, articulo primo cupreo. Long. 11—14, lat. 3½—5 millim.

Sphenoptera corrugata. KLUG & EHRENB. Symb. 27, pl. 3, f. 1?
LAPORTE & GORY: Mon. d. Bupr. p. 15, pl. 4, f. 19.

Habitat ad Boschjesmannus Rand et in terra Natalensi. FHS.

371. SPHENOPTERA *intermedia*: ænea, nitida, capite thoraceque remote punctatis, illo antice impresso, hoc medio rotundato-ampliato, carina marginali laterum fere ad apicem producta; elytris apice utrinque trispinosis, spina media validiore, striato-punctatis, interstitiis obsoletissime punctulatis, alternis postice elevatioribus; antennis nigris. Long. 14, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Sphenoptera intermedia. LAPORTE & GORY: Mon. d. Bupr. Suppl. p. 310, pl. 52, f. 305. — DEJ. Cat. ed. 3, p. 92.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis. FHS.

372. SPHENOPTERA *disjuncta* (BHN): elongata, cuprea, nitida, capite thoraceque subremote punctatis, spatiis interjacentibus confertissime punctulatis, fronte foveolata et rugosa, clypeo viridi, thoracis lateribus vix ampliatis, dorso leviter canaliculato; elytris striato-punctatis, interstitiis subtilissime punctulatis, alternis posterius subcostatis, apice spinis tribus armatis, media reliquis parum majore; antennis nigris, basi viridibus, articulis 2:o & 3:o nodosis. Long. 14, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

S. neglectæ simillima, nec distinguenda nisi thorace angustiore, interstitiis ejusdem elytrorumque evidentius punctulatis atque spina apicis media minore. Caput latum, rugoso-punctatum, cupreum, fronte canaliculata, scrobiculata, clypeo læte viridi; oculi ovati, modice prominuli, nigri. Antennæ medium thoracis vix excedentes, nigræ, articulo primo viridi, secundo et tertio nodosis.

Thorax latitudine antica fere longior, apice leviter bisinuatus, usque ad basin sensim etsi levissime ampliatus, lateribus fere rectis, a basi ultra medium marginatis, margine ad basin flexo, postice evidentius bisinuatus, angulis prominulis, lobo medio truncato; supra modice convexus, medio obsolete canaliculatus, ad latera crebrius rugoso-punctatus, in dorso punctis majoribus remote ob-
situs, spatiis interjacentibus subtilissime et crebre punctulatis; subtus rugosus, lateribus albido-tomentosis, proster-
sterno lineaque utrinque glabris auro-cupreis. Scutellum brevissime subcordatum, auro-cupreum. Elytra thoraci arcte applicata, ad humeros nonnihil elevatos basi ejusdem perparum latiora, pone humeros versus apicem sensim attenuata, thorace triplo longiora, supra modice convexa, cuprea, striato-punctata, interstitiis confertim at subtiliter punctulatis, dorsalibus alternis suturaque postice costatis, apice spinulis tribus utrinque munita, intermedia reliquis parum robustiore. Pectus et abdomen convexa, rugoso-punctata, auro-cuprea, lateribus densius albido-tomentosa, medio longitudinaliter subglabra. Pedes mediocres, punctati, cuprei, albido-pubescentes, tarsis viridibus.

FHS.

373. SPHENOPTERA *fallax*: oblonga, obscure ænea, capite inæquali, rugoso-punctato, cupreo-fuscoque variegato; thorace perparum ampliato, obsolete canaliculato, disperse punctato, punctis minutis interjectis; elytris striato-punctatis, interstitiis obsolete punctulatis, alternis suturaque postice subcostatis, apice trispinosis; subtus inæqualiter helvo-tomentosa; antennarum articulo tertio oblongo, quarto subæquali. Long. 16, lat. 5 millim.

Hab. ad Port. Natal.

Caput latum, rugoso-punctatum, cupreo-fuscoque variegatum, vertice canaliculato, fronte bifoveolata; oculi ovati, modice convexi, glauci. Antennæ medium thoracis

attingentes, tenues, nigrae, articulo tertio quarto vix brevior. Thorax latitudine antica haud brevior, postice parum latior, basi apiceque bisinuatus, lateribus parum ampliatis, a basi ad medium distincte marginatis, carina marginali subrecta; supra parum convexus, fusco-æneus, cupreo-tinctus, medio obsolete canaliculatus, punctis majoribus minus confertim obsitus, immixtis aliis minutissimis. Scutellum latissime triangulare, æneum, punctulatum. Elytra thorace fere quadruplo longiora, cum eodem æqualiter at leviter ampliata, ejusque basi arcte applicata, supra parum convexa, fusco-ænea, striato-punctata, interstitiis obsolete punctulatis, alternis suturae postice subcostatis, margine laterali ante medium insigniter sinuato, apicis singulatim trispinoso, spinula media paullo robustiore. Corpus subtus æneum, cupreo-tinctum, inæqualiter punctatum, helvo-tomentosum, sterno maculisque ad latera ventris utrinque seriatis denudatis. Pedes concolores, punctati, tenuiter flavo-pubescentes.

FHS.

374. SPHENOPTERA *neglecta*: elongata, cuprea, nitida, capite thoraceque subremote punctatis, fronte foveolata et rugosa; thoracis lateribus medio leviter rotundato-ampliatis, dorso obsolete canaliculato; elytris attenuatis, apice spinis tribus, media valida, munitis, evidenter punctato-striatis, interstitiis obsolete punctulatis, alternis apice costatis; pagina inferiore ad latera helvo-tomentosa, medio cupreo-fulgido, prosterno antice cæruleo; antennis nigris, articulis 2:o et 3:o nodosis. Long. 14, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Sphenoptera neglecta. DEJ. Cat. ed. 3, p. 92.

LAPORTE & GORY: Mon. d. Bupr. Suppl. p. 315, pl. 53, f. 311.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

FHS.

375. SPHENOPTERA *gentilis* (BHN): oblonga, cuprea, nitida, clypeo auro-viridi, thorace conico, disperse punctato,

elytris ab humeris sensim attenuatis, apice obtuse tridentatis, striato-punctatis, interstitiis punctulatis, alternis apice obsoletius costatis. Long. 12, lat. 4 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput latum, punctatum, cupreum, fronte rugoso-foveolata, clypeo 4-dentato, metallico-virescente; oculi ovati, modice convexi, glauci. Antennæ medium thoracis vix excedentes, tenues, nigræ, articulo primo viridi. Thorax conicus, latitudine baseos haud longior, basi apiceque bisinuatus, supra modice convexus, medio vix visibiliter canaliculatus, lateribus tenuiter marginatus, cupreus, nitidus, undique punctis majoribus minutisque promiscue obsitus. Scutellum brevissimum, obtuse subtriangulare, impressum, cupreum. Elytra thoraci arcte applicata eoque triplo longiora, pone humeros perparum ampliata versus apicem sensim angustata, apice subtruncata ibique cum mucrone suturali tridentata, supra modice convexa, striato-punctata, interstitiis crebre punctulatis, versus latera transversim rugosis, alternis apice obsoletius costatis, callo humerali distinctiore. Corpus subtus cupreum, nitidum, punctatum, tomento dilute ochraceo ad latera densius vestitum, ventre utrinque maculis seriatis denudatis, sublævibus. Pedes cuprei, punctati, tenuiter pubescentes, tibiis angustis, anterioribus apice incurvis, tarsis obscurius æneis.

FHS.

376. SPHENOPTERA *trepida* (BHN): oblonga, cuprea, nitida, thorace subquadrato, medio canaliculato, punctatissimo; elytris a basi sensim attenuatis, striato-punctatis, interstitiis dorsalibus alternis distinctius costatis, apice trispinosis. Long. 10, lat. 3 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariëpis.

Caput latum, crebre punctatum, cupreum, fronte obsolete canaliculata, callo utrinque elevato; oculi ovati, modice prominuli, glauci. Antennæ tenues, medium

thoracis non attingentes, totæ nigræ. Thorax sublinearis, antice breviter perparum angustatus, longitudine non latior, basi apiceque bisinuatus, lateribus a basi ultra medium tenuiter marginatus, supra modice convexus, medio late at parum profunde canaliculatus, cupreus, subremote punctatus, interjectis punctis minutissimis, creberrimis. Scutellum transversum, cupreum, spina apicali cærulea. Elytra basi latitudine thoracis, sensim versus apicem angustata, apice utrinque sat distincte trispinosa, thorace triplo longiora, supra modice convexa, obscurius cuprea, striato-punctata, sutura interstitiisque alternis postice evidenter costatis, callo humerali elevato. Corpus subtus convexum, auro-cupreum, punctatum, medio longitudinaliter glabrum, margine laterali albido-tomentoso. Pedes mediocres, cuprei, femoribus primi paris antice tarsisque obscurius æneis.

FHS.

377. SPHENOPTERA *tantilla* (BHN): sublinearis, cuprea, nitida, fronte æquali, crebre punctata; thorace subquadrato, lateribus marginato, basi profunde bisinuato; elytris striato-punctatis, interstitiis partim vage et seriatim punctulatis, apice obtuse trispinosis, antennis tarsisque nigris. Long. 7, lat. 2 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Caput thorace vix angustius, transversaliter convexum, crebre punctatum, cupreum; oculi ovati, parum convexi, brunnei. Antennæ tenuissimæ, medium thoracis non attingentes, nigræ, basi cupreo-nitentes. Thorax subquadratus, vix medio dilatatus, longitudine paullo latior, apice levissime, basi distincte bisinuatus, supra modice convexus, subremote punctatus, spatiis interjacentibus vix visibiliter punctulatis, cupreus, lateribus a basi fere ad apicem tenuiter marginatis. Scutellum brevissimum, cupreum, subleve. Elytra latitudine thoracis eoque quadruplo longiora, a basi ultra medium linearia, dein

angustata, apice utrinque obtuse trispinosa, supra parum convexa, tenuiter striato-punctata, interstitiis subrugulosis, punctulis, passim seriatis, obsitis, alternis apice minus distincte elevatioribus. Corpus subtus modice convexum, punctatum, cupreum, parce et tenuissime albido-pubescentis, fere glabrum. Pedes tenues, cuprei, tarsis nigris.

FHS.

378. AMORPHOSOMA (LAPORTE) *spectrum* (BHN): oblonga, ænea, flavo-virescenti-tomentosa; capite thoraceque rude strigosis, illo late excavato, hoc intra margines laterum longitudinaliter impresso, tuberculis in dorso tribus validis, in margine baseos duobus subdeplanatis, fasciculosis; elytris costis quatuor subglabris. Long. 14—15, lat. $4\frac{1}{2}$ —5 millim.

Hab. ad Port. Natal.

Color totius corporis æneus, nitens. Caput longitudinaliter late impressum, rude strigoso-punctatum, margine intraoculari utrinque elevato, flavescenti-fasciculoso; oculi ovati, modice convexi, glauci. Antennæ verticem parum excedentes, obscurius æneæ, griseo-pubescentes. Thorax longitudine dimidio latior, medio leviter ampliatus, antrorsum cito angustatus, basi profunde, apice leviter bisinuatus, supra convexus, rugis partim compositis crebre strigosus, intra margines laterum incrassatos utrinque sulcatus et intra lobos baseos apicisque transversim subimpressus, in dorso callis tribus distinctissimis transversim seriatis et in margine baseos utrinque plica triangulari subreflexa, præditus, elevationibus omnibus cum lobo apicis flavo-virescenti-fasciculosis, superficie reliqua tomento ejusmodi coloris inæqualiter induta. Scutellum triangulare, sublæve, glabrum. Elytra thorace haud latiora sed plus quadruplo longiora, basi interne leviter rotundato-producta, margine lobi elevato, ab humeris calloso-elevatis ultra medium linearia, dein versus apicem sensim attenuata, apice ipso singulatim rotundata,

supra subdepressa, minus distincte punctato-striata, interstitiis crebre ruguloso-punctatis, alternis costatis, costis 2:a et 4:a fere integris, distinctioribus, 3:a postice abbreviata, 1:a obsoletissima, omnibus glabris, superficie reliqua tomento flavo-virescente vestita. Corpus subtus valde convexum, antice rugosum, postice subtilius punctulatum, flavo-virescenti-sericeum, abdomine vitta longitudinali utrinque denudata. Pedes mediocres, obsolete et parce punctati, flavo-virescenti-tomentosi, ænei, tarsis obscurioribus.

FHS.

379. AMORPHOSOMA *exasperata* (SWARTZ): subdepressa, fusco-ænea, atro et orichalco-variegata, capite cupreo, fronte tuberculis quatuor strigosis elevatis, duobus posterioribus brunneo-fasciculosis; thorace transverso, postice ampliato, undique strigoso, fusco, tuberculis circiter 14 cupreo-nitentibus, gyroso-lineatis; elytris ante medium coarctatis, scabris, passim atro-fasciculosis, costa longitudinali in medio dorsi areaque pone medium juxta suturam orichalceis, glabris, punctatis, distinctioribus, hac plagis fusco-holocericeis terminata. Long. 10—12, lat. $3\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$ millim.

LAPORTE & GORY: Monogr. d. Bupr. p. 10, pl. 3, f. 12.

Buprestis id. SWARTZ: Schb. Syn. Ins. III. app. p. 124. 171.

Agrilus id. DEJ. Cat. ed. 3, pag. 82.

Hab. in Caffraria tota.

FHS.

380. AMORPHOSOMA *denticollis* (BHN): oblonga, subdepressa, capite thoraceque nigro-fuscis, variegatim rubro-tomentosis, illo canaliculato, hoc utrinque bidentato, dorso postice arcuatim impresso; elytris fusco-violaceis, unicostatis, lituris flexuosis cinereo-pubescentibus variegatis, abdomine rubro-fasciato. Long. 13, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Hab. ad Port. Natal.

Caput punctatum, medio longitudinaliter sulcatum, nigro-fuscum, tomento miniato, cinereo passim immixto, vestitum; oculi ovales, modice convexi, brunnei. Antennæ nigræ, extrorsum serratæ, medium thoracis non attingunt. Thorax longitudine fere duplo latior, antice basi paullo angustior, basi profunde, apice leviter bisinuatus, lateribus marginatis, pone medium ampliatis, margine ante basin insigniter flexo, supra parum convexus, strigoso-punctatus, ante basin utrinque oblique et profunde impressus, nigro-fuscus, tomento miniato, cinereo passim immixto, inæqualiter vestitus, lateribus dentibus duobus munitis, anteriore e callo obliquo carinato, intra angulos anticos utrinque, posteriore e sinu marginis formato. Scutellum triangulare, acuminatum, nigro-fuscum, glabrum. Elytra thorace vix latiora, at fere quintuplo longiora, basi interne leviter rotundato-producta, pone humeros callosos nonnihil coarctata, apice singulatim subrotundata, supra subdepressa, crebre punctata, violacea, fusco squamulosa, lituris variis difformibus, in dorso anteriore scilicet tribus juxta suturam totidemque ad latera utrinque, nec non cruce communi gemina apicis cinereo-pubescentibus, in medio disci costa longitudinali, utrinque abbreviata, glabra, lævi, nigra, nitida. Corpus subtus modice convexum, tenuissime strigoso-punctulatum, violaceum, passim cyaneo-cupreoque micans, pectore utrinque parce rubro-tomentoso, abdomine medio dilatato, elytris latiore, segmento secundo fascia miniato-tomentosa, medio interrupta, ornato, posterioribus singulatim puncto laterali albo-pubescente notatis. Pedes mediocres, nigri, vix cyaneo tincti, tenuiter strigulosi, fere nudi.

FHS.

381. AMORPHOSOMA *capucina* (BHN): oblonga, supra obscure violacea, capite thoraceque conjunctim antrorsum attenuatis adscendentibus, illo bicalloso, hoc foveolato, basi bituberculato, intra margines laterum flexuosim

carinato; elytris tomento sulphureo, fulvo albidoque variegatis, apice atris, albo-lituratis. Long. 11, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput fusco-violaceum, valde convexum, canalicula longitudinali in callos duos divisum, tomento ochraceo, flavo-alboque maculato, dense vestitum; oculi oblongo-ovales, modice convexi, glauci. Antennæ nigræ, basi cupreo-nitentes, medium thoracis non attingentes. Thorax latitudine baseos nonnihil brevior et antice dimidio angustior, lateribus obliquis, marginatis, juxta basin perparum rotundatis, basi apiceque bisinuatus, antice adscendens, intra apicem transversim impressus, ad basin utrinque fovea profunda excavatus, adjacente in ipso margine tuberculo carinato, undique sat crebre rugoso-punctatus, fusco-violaceus, medio cupreo micans, tomento fusco, ochraceo albidoque inæqualiter variegatus, intra margines laterum utrinque carina flexuosa elevata, lævi. Scutellum triangulare, æneum, læve, margine baseos elevato. Elytra thorace quadruplo longiora, sed basi ejusdem haud latiora, pone humeros callosos perparum coarctata, fere linearia, postice leviter angustata, apice truncata, margine apicis crenulato; supra depressa, inconcinne punctata et passim rugosa, margine baseos interne elevato, fusco-violacea, tomento nitente, pallide sulphureo, fulvo albidoque promiscue induta, apice late nigrescentia, albo-variegata. Corpus subtus convexum, orichalceum, nitidum, pectore abdominisque lateribus antice crebre strigosis, hujus medio apiceque parce punctulatis, segmentis tribus ultimis lateribus violaceo-tinctis, albo-maculatis, ultimo etiam apice violaceo ibique truncato, podice transversim striato. Pedes breves, læviusculi, cuprei, tibiis anticis angulatis, posticis ciliatis.

FHS.

382. AMORPHOSOMA *deruta* (BHN): nigra, apice violaceo-micans, supra pube cinerea variegata, fronte ochraceo-

tomentosa, parum convexa, thorace subquadrato, dorso profunde trifoveolato, lateribus marginatis, intra margines carinula abbreviata elevata. Long. 8, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpopouis.

Caput modice convexum, punctatum, minus distincte canaliculatum, violaceo-nigrum, tomento in vertice fusco albidoque, in fronte flavo-ochraceo, vestitum; oculi ovales, convexi, brunnei. Antennæ tenues, cupreo-nigræ, verticem parum excedentes. Thorax longitudine latitudinem fere adæquans, antice basi parum angustior, postice apiceque bisinuatus, lateribus leviter ampliatis, marginatis, margine juxta basin flexo, angulis posticis rotundatis, supra convexus, inæqualis, crebre strigoso-punctatus, intra basin utrinque fovea lata et in dorso antico tertia rotunda, distinctioribus, excavatus, totus niger, pube albida, passim submaculatum congesta, adpersus, intra margines laterum ante medium carinula brevi subarcuata, lævi. Scutellum triangulare, fusco-violaceum, læve, glabrum. Elytra antice thoracis latitudine eoque plus triplo longiora, basi interne rotundata, angulis humeralibus obtusis, ante medium nonnihil coarctata, apice singulatim subrotundata, supra depressa, crebre punctata, nigra, apice violaceo-micantia, pube albida a basi longe ultra medium variegata et intra apicem striga duplici, transversa, flexuosa, albido-pubescente, ab indumento anteriore fascia inæquali atro-holosericea disjuncta, ornata. Corpus subtus crebre et concinne strigoso-punctatum, æneum, lateribus apiceque indeterminate violaceis; abdomine pone medium elytris latiore. Pedes æneo-violacei, sublævæ, tibiis posticis extrorsum dilatatis, ciliatis.

FHS.

383. AMORPHOSOMA *vidua* (BHN): subtus obscure cyanea, supra atra, passim cupreo-micans, fronte thoraceque

variegatim silaceo-tomentosis, hoc valde inæquali, lateribus subdentatis, elytris confertissime strigoso-punctulatis, in disco anteriore lituris duabus cupreis et intra apicem fascia flexuosa silaceo-tomentosa. Long. 7, lat. 2 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput modice convexum, obsolete canaliculatum, strigoso-punctatum, violaceo-cupreum, tomento silaceo variegatim vestitum; oculi ovales, convexi, glauci. Antennæ nigræ, verticem haud excedentes. Thorax longitudine paullo latior, antice basi parum angustior, postice profunde, apice leviter bisinuatus, angulis baseos rotundatis, lateribus marginatis, margine ante basin flexo, supra parum convexus, ante medium dorsi transversim et intra basin utrinque oblique late impressus, undique confertim strigosus, strigis flexuosis, in elevationibus dorsi gyrosis, atro-fuscus, versus latera cupreo-micans, variegatim silaceo-tomentosus, dorso longitudinaliter nudo; ante medium laterum utrinque callo oblique elevato, flexuosim carinato, superne viso dentem marginalem mentiente. Scutellum, triangulare, læve, concolor. Elytra thorace non latiora, sed plus triplo longiora, basi singulatim rotundato-producta, humeris rotundatis, ante medium nonnihil coarctata, postice iterum attenuata, apice singulatim subrotundata, margine apicis tenuissime crenulato; supra perparum convexa, intra marginem baseos et ante apicem late impressa, undique tenuissime strigoso-punctulata, nigra, apice violacea, ceterum indistinctius purpureo tincta, in dorso areolis duabus, una prope basin, altera ante medium juxta suturam, cupreis, flavo-tomentosis, impressione ante apicem quoque cupreo-nitente, fascia flexuosa, duplicata, distinctissima, e tomento silaceo, ornata. Corpus subtus obscure cyaneum, tenuissime et confertissime strigulosum, abdomine postice lituris, utrinque bifariam seriatis, silaceo-tomentosis, exterioribus cu-

preo-micantibus. Pedes breves, strigosi, nigro-violacei, tibiis posticis ciliatis.

FHS.

384. AMORPHOSOMA *immunita* (BHN): nigro-violacea, capite thoraceque albo-pubescentibus atroque fasciculosus, hoc subquadrato, inæquali, lineola elevata intra margines laterum utrinque; elytris tenuiter strigoso-punctatis, albido-pubescentibus, maculis nigris variegatis, plaga atra ante apicem distinctiore. Long. $5\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Caput parum convexum, punctatum, medio canaliculatum, nigro-violaceum, variegatum albo-pubescentibus atroque fasciculosum; oculi ovals, modice convexi, glauci. Antennæ tenues, nigrae, verticem vix excedentes. Thorax longitudine latitudinem adæquans, basi profunde, apice levissime bisinuatus, lateribus parum et æqualiter rotundato-ampliatis, marginatis, margine juxta basin leviter flexo; supra modice convexus, intra basin utrinque profunde excavatus, fovea ante medium dorsi obsoletiore, totus nigro-violaceus, confertim strigoso-punctatus, parce albo-pubescentibus, variegatum atro-fasciculosus, in medio laterum juxta margines utrinque linea tenui, flexuosa, elevata, lævi. Scutellum triangulare, læve, concolor. Elytra thorace triplo longiora et antice ejusdem latitudine, ante medium nonnihil coarctata, apice singulatim subrotundata, supra depressa, confertim et tenuiter strigoso-punctata, nigro-violacea, pube albida adpersa, litoribus atro-tomentosis parce variegata, plaga communi atra ante apicem distinctiore. Corpus subtus obscure cyaneo-violaceum, tenuissime strigoso-punctatum, abdomine dilatato, elytra pone medium excedente, margine maculatim albo-pubescente. Pedes breves, cyanei, læviusculi, tibiis versus apicem dilatatis, posticis ciliatis.

FHS.

385. *AMORPHOSOMA acutipennis* (BHN): cuprea, inæqualiter silaceo albidoque tomentosa, capite late sulcato, thorace antice latiore, dorso profunde foveolato, intra angulos baseos callo carinato utrinque; elytris apice mucronatis, pone medium fascia denudata, infuscata, distinctiore. Long. $6-7\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{2}-2$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Caput cupreum, strigoso-punctatum, antice maculatim flavescenti-albidoque tomentosum, postice subnudum, late et profunde longitudinaliter sulcatum, margine intraoculari utrinque adscendente; oculi oblongo-ovati, modice convexi, glauci. Antennæ extrorsum dilatatæ, serratæ, cupreæ, verticem non attingentes. Thorax longitudine diindio latior, ante medium insigniter rotundato-ampliatum, marginibus argutis, valde explanatis, basi trisinuatus, apice leviter bisinuatus, supra sat crebre punctatus et strigosus, foveis quatuor, una intra apicem, altera ante basin transversa, subduplicata, reliquis intra margines laterum, insculptus, cupreus, parce et inæqualiter silaceo-tomentosus, intra angulos baseos utrinque callo carinato elevato. Scutellum breve, transversim distinctissime carinatum, apice acuminatum, cupreum, læve. Elytra vix latitudine thoracis at eodem plus quadruplo longiora, basi singulatim breviter sublobata, humeris rectangulis, ante medium subcoarctata, versus apicem iterum valde attenuata, ipso apice mucronata, mucronibus divaricatis, supra parum convexa, tenuiter subreticulato-strigosa, postice juxta suturam longitudinaliter impressa, fusco-cuprea, apice late cupreo-nitentia, in dorso variegatim fusco, silaceo albidoque squamulosa, relictis plagis duabus lateralibus ante medium fasciaque pone medium infuscatis. Corpus subtus cupreum, nitidum, strigoso-punctulatum, abdomine medio dilatato, elytra excedente, margine superiore, lateribusque ventris pectorisque maculatim silaceo-albidoque

albidoque tomentosis. Pedes mediocres, cuprei, sublæves, tibiis posticis apice ciliatis.

FHS.

386. *AMORPHOSOMA comata* (BHN): nigra, nitida, fronte, thoracis marginibus scutelloque viridibus, thorace basi transversim impresso, intra margines laterum postice carinulato; elytris transversim strigosis, pube albida variegatis, apice crenulatis. Long. 3, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput breve, vertice subtiliter punctato, nigro, fronte subretusa, profunde punctata, auro-viridi; oculi ovales, parum convexi, glauci. Antennæ tenues, verticem vix excedentes, fuscæ, basi virescentes. Thorax subtransversus, æqualiter rotundato-ampliat, basi profunde, apice leviter bisinuatus, marginibus laterum argutis, reflexis, supra modice convexus, basi late et profunde impressus, sat crebre punctatus, niger, marginibus laterum læte viridibus; juxta margines utrinque carinula arcuata, antice abbreviata, sat arguta, carina vero dorsi obsoletissima. Scutellum transversum, viride. Elytra thorace non latiora, at quadruplo longiora, a basi ultra medium sublinearia, apice singulatim rotundata, margine ejusdem crenulato; supra subdepressa, transversim crebre strigosa, nigra, pube albida variegata, maculatim denudata. Corpus subtus nigrum, punctulatum. Pedes mediocres, femoribus primi paris antice viridibus, posticis æneis, tibiis posticis medio ciliatis.

FHS.

387. *CORÆBUS* (LAP. et GORY) *albopunctatus* (BHN): cyaneus, vertice callis duobus purpureis, thorace punctis 10 elytrisque singulatim 17 albo-pubescentibus, apice elytrorum obtuso, crenulato, tibiis posticis medio ciliatis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Caput tenuissime strigosum, fronte depressa, cyanea, interdum aureo-micante, litura gemina niveo-pubescente notata, in vertice callis duobus sat elevatis auro-purpureis, canalicula angusta disjunctis; oculi elongato-ovales, modice convexi, glauci. Antennæ nigræ, extrorsum serratæ, verticem vix excedentes. Thorax longitudine duplo latior, antice basi nonnihil angustior, apice leviter, basi distincte bisinuatus, lateribus rotundato-ampliatis, margine postice flexuoso; supra modice convexus, postice transversim et ad latera oblique impressus, subtiliter et remote punctulatus, transversim tenuissime substrigosus, cyaneus, violaceo-micans, lituris decem niveo-pubescentibus, in series tres transversas dispositis, tribus scilicet in margine baseos, totidem ad apicem et quatuor intermediis, omnibus invicem remotissimis. Scutellum transversum, apice mucronatum, violaceum, sublæve. Elytra thorace vix latiora, at quadruplo longiora, basi interne rotundato-lobata, humeris rectangulatis, lateribus longe ultra medium subparallelis, apice obtuse rotundata, margine postico laterum apicisque crenulato, supra subdepressa, vage punctulata, transversim tenuissime substrigosa, cyanea, violaceo-micantia, areolis in singulo 17 rotundis, subimpressis, irregulariter sparsis, niveo-pubescentibus. Corpus subtus convexum, subtilissime punctulatum, antice sat evidenter strigosum, cyaneum, pube alba parce adpersum, puncto laterali ad basin abdominis utrinque densius niveo-piloso. Pedes validiusculi, postici cyanei, anteriores nigrescentes, femoribus posticis valde incrassatis, tibiis ejusdem paris medio breviter sinuatis, sinu nigrociliato, subcristato, femoribus tibiisque intermediis superne bicarinatis, carinis tenuissime crenulatis. FHS.

388. *CORÆBUS callosicollis* (BHN): oblongus, supra fusco-olivaceus, parum metallico-nitens, subtus æneo-splendens, undique crebre et subtiliter strigosus, tenuissime albido-pubescentis, fronte longitudinaliter excavata, tho-

racis dorso postice compresso-elevato, elytris apice singulatim rotundatis. Long. 7, lat. $2\frac{1}{3}$ millim.

Hab. ad Portum Natalensem.

Caput obtusum, fusco-olivaceum, a vertice fere ad apicem late sulcatum et in sulco tenuiter canaliculatum, creberrime strigosum, parce albido-pubescentis; oculi ovales, modice convexi, glauci. Antennæ verticem vix excedentes, cupreæ, basi nigræ. Thorax longitudine paullo latior, antice basi nonnihil angustior, basi distincte bisinuatus, apice rotundato-productus, lateribus parum ampliatis, evidenter marginatis, margine ante basin admodum flexuoso, supra convexus, dorso postice gibboso-elevato, ad latera oblique impresso, fusco-olivaceus, parum æneomicans, undique confertissime strigosus, tenuissime albido-pubescentis. Scutellum triangulare, apice acuminatum, æneum, læve. Elytra antice latitudine thoracis eoque quadruplo longiora, basi interne leviter lobata, angulis humeralibus rectis, ante medium nonnihil contracta, longe ultra medium dein sublinearia, tum iterum attenuata, apice singulatim rotundata, margine apicis obsolete crenulato, supra, callis humeralibus longitudinaliter elevatis exceptis, æqualia, confertissime at tenuiter granulato-strigosa, fusco-olivacea, parce griseo-pubescentia. Corpus subtus viridi-æneum, tenuissime strigosum et punctulatum, ad latera pectoris densius, ceterum parce albido-squamulosum. Pedes mediocres, ænei, tenuissime albido-pubescentes.

FHS.

389. *CORÆBUS parellinus* (BHN): cyaneus, tenuissime pubescens, capite valde convexo, vix canaliculato; thorace pone medium leviter gibboso, utrinque obsolete impresso, undique confertissime strigoso, lateribus ante basin leviter rotundato-ampliatis; elytris tenuissime transversim rugulosis, apice singulatim rotundatis; antennis pedibusque nigris. Long. $5\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. ad Port. Natal.

Caput valde convexum, crebre strigosum, cyaneum, tenuiter griseo-pubescens, fronte antice nonnihil impressa, vertice non nisi obsoletissime canaliculato; oculi mediocres, ovales, minus prominuli, glauci. Antennæ tenues, nigrae, medium thoracis vix attingentes. Thorax longitudine media non latior, antice basi parum angustior, ad basin nonnihil ampliatus, antrorsum dein sensim angustatus, apice supra rotundato-productus, basi breviter at distincte bisinuatus, lateribus marginatis, margine ante basin modice flexo; supra convexus, pone medium dorsi modice elevatus, juxta elevationem utrinque obsolete impressus et ad latera fovea vadosa insculptus, undique strigis flexuosis crebre at sat tenuiter elevatis, cyaneus, pube albida tenuissime adpersus. Scutellum mucronatum, utrinque sinuatum, fuscum, sublæve. Elytra thorace haud latiora, at triplo longiora, basi interne breviter lobata, longe ultra medium sublinearia, ante medium tantum leviter coarctata, apice singulatim rotundata, margine apicis indistincte crenulata, supra parum convexa, cyanea, tenuissime transversim granulato-rugulosa, pube brevissima albida, parce adpersa. Corpus subtus cyaneum, tenuissime albido-pubescens, pectore substriguloso, abdomine punctulato. Pedes mediocres, vix punctati, nigrescentes, pube tenuissima, albida, adpersi.

FHS.

390. *CORÆBUS psittacus*: subtus cærulescens, supra cyaneus, capite valde convexo, distincte canaliculato; thoracis dorso fortiter strigoso, compresso-elevato, utrinque arcuatim distincte impresso, fovea laterali profunda, lateribus pone medium subsinuatis, angulis posticis subprominulis; elytris transversim rugulosis, apice singulatim rotundatis; antennis pedibusque nigris. Long. $5\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. ad Port. Natal.

C. parellino simillimus, at differt sculptura capitis thoracisque multo distinctiore, oculis majoribus nec non structura thoracis. Caput valde convexum, evidenter strigoso-punctatum, cyaneum vel subcærulescens, tenuiter griseo-pubescent, vertice sulcato, fronte triangulariter impressa; oculi magni, breviter ovales, glauci. Thorax longitudine media haud latior, antice basi nonnihil angustior, juxta apicem breviter ampliatus, superne visus pone medium leviter, late, sinuatus, apice supra modice rotundato-productus, basi medio insigniter rotundato-lobatus, lateribus marginatis, margine ante basin valde flexuoso, angulis posticis subprominulis, in dorso sulcis duobus longitudinalibus, medio extrorsum arcuatis, impressis, area interjacente præsertim postice usque ad scutellum insigniter incrassato-elevata, intra margines laterales præterea utrinque fovea profunde excavata, undique strigis transversim flexuosis, dorsi distinctioribus, elevatis; cyaneus vel subcærulescens, pube tenuissima albida parce adpersus. Scutellum, elytra, corpus inferne, antennæ et pedes ut in *C. parellino*, colore modo paginæ inferioris magis viridi-cærulescente.

FHS.

391. *CORÆBUS cæsareus* (BHN): subtus viridi-æneus, supra obscurius olivaceo-virescens, tenuissime pubescens; capite parum convexo, longitudinaliter late impresso; thorace pone medium dorsi subgibboso; elytris tenuissime granulato-strigosis, apice singulatim rotundatis; antennis pedibusque æneis. Long. $5\frac{1}{2}$ —6, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. ad Port. Natal.

Caput obtusum, crebre punctatum, obscure viridi-æneum, fronte longitudinaliter late excavata; oculi majusculi, ovales, convexi, glauci. Antennæ verticem haud excedunt, cuprei, aut ænescentes. Thorax longitudine parum latior, antice basi dimidio angustior, angulis deflexis,

lateribus argute marginatis, postice subparallellis, margine ante basin valde flexuoso, apice rotundato-productus, basi bisinuatus, supra convexus, dorso pone medium subgibboso, lateribus medio leviter impressis, undique punctatus, plus minusve evidenter strigosus, virescens, pube albida parce adpersus. Scutellum subtriangulare, apice acuminatum, sublæve. Elytra thorace fere quadruplo longiora, at basi eodem haud latiora, pone humeros nonnihil coarctata, dein longe ultra medium linearia, tum iterum angustata, apice singulatim rotundata, margine apicis tenuissime crenulato; supra subdepressa, undique tenuissime granulata et transversim strigulosa, obscure olivacea, pube tenuissima albida adpersa. Corpus subtus convexum, latius viridi-æneum, crebre strigoso-punctulatum, tenuissime albido-pubescens. Pedes mediocres, vix punctati, viridi-ænei, tibiis leviter arcuatis. FHS.

392. *CORÆBUS purpuratus* (BHN): subtus cyaneus, supra purpureo-violaceus, tenuissime albido-pubescens, fronte depressa, canaliculata, thorace juxta basin rotundato-ampliato, dorso parce punctato, basi lateribusque remote aciculatis; elytris tenuissime granulato-strigosis; antennis nigris. Long. 6, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Caput obtusum, remote punctulatum, violaceum, tenuissime albido-pubescens, fronte medio longitudinaliter canaliculata; oculi magni, ovals, convexi, glauci. Antennæ nigræ, medium thoracis non attingentes. Thorax longitudine parum latior, antice basi dimidio angustior, prope basin rotundato-ampliatus, lateribus distincte marginatis, postice bisinuatus, apice fere truncatus, supra leviter subpulvinatus, æqualis, in dorso antico parce punctatus, ad latera et basin subremote aciculatus, violaceus, tenuissime albido-pubescens. Scutellum subtriangulare, transversim sulcatum, apice acuminatum, viola-

ceum, sublæve. Elytra thorace fere angustiora, sed plus triplo longiora, pone humeros longe ultra medium sublinearia, apice singulatim rotundata, margine apicali subtilissime crenulato, supra subdepressa, callis humeralibus longitudinaliter elevatis exceptis, æqualia, undique tenuissime, transversim, granulato-strigosa, purpureo-violacea, pube tenuissima, albida, parce adspersa. Corpus subtus cyaneum, nitidum, parce albido-pubescentis, pectore transversim strigoso, abdomine subtilissime et remote punctulato. Pedes mediocres, vix punctati, cærulei, fere glabri.

FHS.

393. *CORÆBUS contubernalis* (BHN): elongatus, viridi-æneus, flavescens-pubescentis, undique creberrime punctatus, fronte convexa, sulcata; thorace æquali, subconico, versus basin leviter rotundato-ampliato; elytris apice singulatim rotundatis; antennis pedibusque cæruleo-virescentibus. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{3}{8}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariëpis.

Corpus totum viridi-æneum, pube flavescens sat dense obsitum. Caput valde convexum, crebre punctatum, medio longitudinaliter profunde sulcatum; oculi mediocres, convexi, ovals, brunnei. Antennæ cæruleo-virescentes, tennes, medium thoracis non attingentes. Thorax longitudine vix latior, prope basin leviter ampliatus, antrorsum dein sensim at modice attenuatus, lateribus tenuiter marginatis, margine ante basin flexo, apice fere truncatus, basi profunde bisinuatus, lobo medio leviter marginato, supra æqualiter convexus, sat crebre punctatus, carinula dorsali vix conspicua. Scutellum apice mucronatum, medio transversim sulcatum, læve. Elytra thorace non latiora at fere quadruplo longiora, basi interne leviter lobata, pone humeros nonnihil coarctata, dein ultra medium linearia, apice singulatim rotundata, margine vix visibiliter crenulato, supra subdepressa, con-

fertissime punctulata, callo humerali parum elevato. Corpus subtus convexum, confertim punctulatum, pectore transversim strigoso. Pedes mediocres, vix punctati, cæruleo-virescentes, posteriores æneo-micantes FHS.

394. *CORÆBUS fraternus* (BHN): oblongus, niger, nitidus, fronte, thoracis lateribus pectoreque viridi-æneis, capite thoraceque crebre punctatis, hoc subcylindrico; elytris punctis oblongis, interne subseriatis, confertim insculptis, strigis transversis subreticulatis; pectore macula marginali utrinque niveo-tomentosa. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Hab. in terra Natalensi.

Caput crebre punctatum, vertice convexo, nigro, fronte viridi-ænea; oculi magni, ovales, parum, convexi, glauci. Antennæ tenues, nigræ, verticem haud excedentes. Thorax subcylindricus, longitudine vix latior, ad angulos apicis perparum angustatus, antice truncatus, basi bisinuatus, lateribus marginatis, margine postice flexuoso, supra modice convexus, crebre strigoso-punctatus, niger, nitidus, tenuissime albido-pubescent, lateribus æneo-nitentibus. Scutellum subtriangulare, nigrum, sublæve. Elytra thorace haud latiora, at quadruplo longiora, pone humeros nonnihil coarctata, apice singulatim rotundata, margine apicali crenato, supra subdepressa, nigra, nitida, glabra, punctis oblongis, in dorso subseriatim dispositis, strigis transversis elevatis partim connexis, subcancellatis vel reticulatis, confertim obsitis. Corpus subtus convexum, crebre punctatum, abdomine nigro, pectore viridi-æneo, hoc macula marginali distincta, niveo-tomentosa. Pedes tenues, nigri, femoribus subtus spinulosis, tibiis arcuatis, posticis extus ciliatis. FHS.

395. *AGRILUS* (MEGERLE) *discolor* (BHN): elongatus, niger, fronte late sulcata, rubro-tomentosa, medio cinereo-

pubescente, areola elevata glabra; thorace pone medium leviter rotundato-ampliato, dorso crebre strigoso, nudo, vitta laterali utrinque coccineo- vel aurantiaco-tomentosa, postice furcata, callum longitudinalem, glabrum, includente; elytris tenuissime granulato-scabris, singulis maculis tribus coccineo- vel aurantiaco-tomentosis, prima in ipso margine baseos subobliqua, puncto atro terminata, secunda longe ante medium dorsi, cum puncto præjacente atro cohærente, tertiaque spatio longiore distante, juxta suturam sitis; pectore abdomineque cupreis, fulgentibus, lateribus illius atque segmenti hujus basalis fere totis maculaque laterali in singulo segmentorum ventralium reliquorum albidosquamulosis, margine præterea pectoris maculaque baseos ejusdem utrinque, nec non vitta interrupta in margine abdominis superiore coccineo- vel aurantiaco-tomentosis; antennis pedibusque nigris, fere glabris. Long. 15—18, lat. 4—5 millim.

Agrilus ferrugineo-guttatus. LAPORTE et GORY: Mon. d. Bupr. p. 4, pl. 1.

DEJ. Cat. ed. 3, p. 82.

Hab. in Caffraria tota.

FHS.

396. *AGRILUS ferrugineo-guttatus*: elongatus, niger, subopacus, fronte late sulcata, medio cinereo-pubescente, lunula centrali nigra, limbo rubro-tomentoso; thorace subtransverso, fere lineari, dorso strigoso, medio carinato, intra margines laterum postice callo longitudinali elevato, vitta intramarginali arcuata areolisque quatuor dorsalibus impressis, duabus scilicet intra apicem approximatis, reliquis costas baseos adjacentibus, magis distantibus, miniato-rubris; elytris tenuiter scabris, singulis maculis tribus miniato-rubris, prima intra marginem baseos, cuneiformi, obliqua, puncto atro terminata, secunda ante medium dorsi, cum puncto præjacente atro cohærente, tertiaque spatio fere æquali distante,

juxta suturam sitis, subquadratis; pectore abdomineque subtus cupreis, fulgentibus, illo fere toto hujusque lateribus basi nec non punctis duobus in margine superiore miniato-tomentosis, segmentis tribus ventralibus ultimis singulis macula laterali nivea notatis; antennis pedibusque nigris, albido-pubescentibus. Long. 15, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Buprestis id. HERBST. Col. IX, p. 309, 245. Tab. 156, f. 14.
SCHH. Syn. Ins. III. 246. 164.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis. FHS.

397. *AGRILUS cupriventris*: elongatus, niger, subtus cupreus, lateribus pectoris, plaga ad basin ventris utrinque maculisque 5 in margine superiore abdominis niveo-villosis; capite thoraceque canaliculatis, illo maculis tribus, hoc vittis totidem croceo-tomentosis; elytris cupreo-tinctis, costa discoidali nigra, linea interne adjacenti croceo-tomentosa. Long. 12, lat. 3 millim.

Agrilus cupriventris. LAPORTE et GORY: Mon. d. Bupr. pl. 23, pl. 5, f. 22.

Agrilus confinis. DEJ. Cat. ed. 3, p. 82.

Hab. ad Port. Natal. FHS.

398. *AGRILUS hastulatus* (BHN): elongatus, viridis, capite thoraceque canaliculatis, strigosis, elytris cæruleis, apice spinosis, sterno maculisque lateralibus ventris albo-villosis. Long. 10, lat. $2\frac{1}{3}$ millim.

Hab. ad Port. Natal.

Caput auro-viride, longitudinaliter sulcatum, strigoso-punctatum; oculi maximi, ovals, convexi, glauci. Antennæ verticem parum excedunt, cupræ, articulis 4 baseos nigris. Thorax longitudine dimidio latior, apice leviter, basi profunde bisinuatus, angulis posticis loboque antescutellari quoque emarginatis, lateribus subparallelis, geminatim carinato-marginatis, carinis postice connexis,

supra modice convexus, viridis, transversim confertissime strigosus, medio longitudinaliter obsolete canaliculatus, lateribus oblique impressis, intra angulos baseos callo utrinque elevato, carinula antice versus marginem producta notato. Scutellum transversum, auro-viride, carinula lineisque duabus transversalibus notatum, apice valide mucronatum. Elytra basi latitudine thoracis eoque quintuplo longiora, antice singulatim leviter rotundato-producta, pone medium versus apicem sensim attenuata, postice crenata, spino in ipso apice distinctiore, supra subdepressa, basi foveolata, humeris longitudinaliter callosis, viride-cærulea, undique tenuiter punctato-rugulosa. Corpus sub-tus convexum, punctulatum, viride, nitidum, thorace pectoreque vitta media longitudinali, maculisque quatuor ad latera abdominis utrinque albido-villosis. Pedes virides, tarsis nigris.

FHS.

399. *AGRILUS subsignatus* (BIN): oblongus, æneus, supra obscurior, inæqualiter virescenti-vel fusco-squamulosus, thorace antrorsum dilatato, utrinque oblique impresso, dorso foveolato, transversim strigoso, angulis posticis carinula notatis; elytris basi impressis, postice fasciis duabus infuscatis, area intermedia et impressione baseos plus minusve ochraceo-tomentosis. Long. 5—7½, lat. 1½—2 millim.

Hab. ad. Port. Natal.

Caput æneum, strigoso-punctatum, late sulcatum, fronte tomento ochraceo, albo fuscoque variegata; oculi ovales, convexi, glauci. Antennæ serratæ, cupreæ, medium thoracis non attingunt. Thorax longitudine paullo latior, apice fere truncatus, basi trisinuatus, lateribus marginatis, ante medium distincte rotundato-ampliatis, supra modice convexus, basi leviter, ad latera profunde impressus, intra apicem fovea distinctiore, transversa, excavatus, intra angulos baseos callo utrinque elevato,

tenuiter carinato; totus æneus vel fuscus, punctatus, in dorso transversim strigosus, tomento squamulisque ochraceis vel fuscis cinereisque inæqualiter obsitus. Scutellum breve, transversim carinatum, apice acuminatum, fusco-æneum. Elytra thorace quadruplo longiora et antice ejus basi nonnihil latiora, ante medium leviter coarctata, postice attenuata, crenulata, ipso apice præterea spinula plus minusve distincta munito, supra minime convexa, intra marginem baseos impressa, obscure metallica vel fusca, crebre granulato-rugosa, squamulis ochraceis vel fuscis obsita, pone medium fasciis duabus indeterminatis, posteriore abbreviata, infuscatis, area interjacente atque impressionibus baseos plus minusve ochraceo-vel densius cinereo-tomentosis. Corpus subtus convexum, æneum, pube albo-sericea adspersum. Pedes ænei, albo-pubescentes, femoribus incrassatis, posticis subtrigonis.

FHS.

400. *AGRILUS debilis* (BHN): supra obscure cupreus, vertice sulcato, fronte dense flavescenti-villosa; thoracis foveis duabus dorsi lateribusque impressis ochraceo-tomentosis; elytris valde attenuatis, tenuiter granulato-strigosis, vitta longitudinali integra umbrina. Long. 7, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Caput obscure æneum, vertice canaliculato, strigoso-punctato, nudo, fronte vellere flavescente tecta; oculi oblongi, modice convexi, glauci. Antennæ serratæ, cupræ, verticem haud excedunt. Thorax longitudine paullo latior, apice superne truncatus, basi trisinuatus, lateribus marginatis, antice leviter rotundato-ampliatis, angulis posticis rectis, supra modice convexus, ad latera oblique impressus, dorso foveis duabus, anteriore subtransversa, posteriore oblonga, insculptus, obscure cupreus, crebre strigosus, cavitatibus densius ochraceo-tomentosis. Scu-

tellum breve, transversim carinatum, apice acuminatum, cupreum. Elytra thorace quintuplo longiora, sed non latiora, pone humeros coarctata, longe ultra medium dein sublinearia, tunc iterum attenuata, apice singulatim subacuminata, serrata, supra parum convexa, tenuissime granulato-strigosa, basi impressa, fusco-cuprea, vitta a fovea baseos ad apicem ducta, postice suturam tangente, umbrino-squamulosa. Corpus subtus lætius cupreum, squamositate albida, ad latera densiore, obsitum. Pedes cuprei, inæqualiter albido-pubescentes, femoribus incrassatis, posticis semi-ellipticis.

FHS.

401. *AGRILUS cyanimus* (BHN): subtus cæruleus, supra aut violaceus aut viridis, vertice canaliculato, thorace punctato, utrinque arcuatim impresso, carinula angulorum baseos obliqua, lineari, elytris creberrime granulatis, ante apicem fascia albido-pubescente, femoribus posticis auro-fulgidis. Long. 7, lat. 2 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput parum convexum, punctatum, cyaneo-cærulescens, vertice longitudinaliter canaliculato, fronte supra os semicirculariter impressa; oculi ovales, modice convexi, glauci. Antennæ tenues, fusco-cupræ, verticem non excedentes. Thorax longitudine dimidio latior, subæqualiter rotundato-ampliat, apice oblique subtruncatus, basi trisinuatus, lateribus marginatis, supra crebre punctatus, aut violaceus, cæruleo-micans, aut læte viridis, a basi utrinque versus angulos apicis arcuatim impressus, angulis baseos subelevatis, carinula brevi, recta, intus vergente, notatis. Scutellum breve, apice sinuato-acuminatum, violaceum vel viride, læve. Elytra thorace non latiora, at quadruplo longiora, sublinearia, apice obtusa, singulatim subrotundata, margine postico serrulato, supra sub-depressa, creberrime strigoso-granulata, aut violacea, posterius cæruleo-micantia, aut læte viridia, ante apicem

fascia tenuiter albo-pubescente et in ipso apice plaga indumenti ejusmodi obsoleta. Corpus subtus convexum, tenuiter punctatum, cæruleum. Pedes fusco-cuprei, femoribus posticis incrassatis, externe insigniter auro-fulgentibus, tibiis ejusdem paris medio ciliatis. FHS.

402. *AGRILUS beryllinus* (BHN); subtus cæruleus, supra viridis, granulis rugulisque transversim dispositis confertim obsitus, fronte puncto centrali auro-nitente; thorace sublineari, lateribus obsolete impressis, carinula angulorum baseos obliqua; femoribus posticis auro-fulgidis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. 2 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Pagina superior tota splendide viridis, granis rugulisque transversim vel oblique dispositis, passim undulatis, crebre obsita. Caput minime convexum, intra apicem transversim impressum, fronte medio areola punctiformi, sublævi, auro-nitente, notata; oculi ovales, convexi, glauci. Antennæ brevissimæ, nigræ, basi supra auro-virides. Thorax longitudine media vix latior, basi trisinuatus, apice late rotundato-lobatus, lateribus fere parallelis, marginatis, margine flexuoso, supra convexus, dorso æquali, lateribus obsolete, oblique impressis, ab angulis baseos utrinque carinula brevi, recta, intus producta, nigra. Scutellum breve, apice valide mucronatum. Elytra latitudine thoracis eoque plus quadruplo longiora, sublinearia, apice singulatim rotundata, margine postico crenulato, supra parum convexa, basi leviter impressa. Corpus subtus valde convexum, tenuiter strigoso-punctatum, cæruleum, violaceo-micans. Pedes viridi-ænei, remote punctati, femoribus posticis valde dilatatis, externe auro-fulgentibus, tibiis ejusdem paris medio ciliatis. FHS.

403. *AGRILUS mendicus* (BHN): auro-viridis, nitidus, capite thoraceque distincte strigosis, fronte sulcata, dorso tho-

racis bifoveolato, lateribus impressis, carinula intramarginali arcuata, abbreviata; elytris confertim granulatis, vel strigoso-squamulatis, basi impressis. Long. 8, lat. 2 millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Corpus totum auro-viride, nitens. Caput modice convexum, medio longitudinaliter sulcatum, distinctissime strigosum, strigis in vertice utrinque gyrosis; oculi oblongo-ovales, convexi, glauci. Antennæ subtenuæ, viridianæ, verticem vix attingunt. Thorax longitudine paulo latior, basi profunde, apice leviter bisinuatus, lateribus ante medium modice rotundato-ampliatis, juxta basin nonnihil sinuatis, geminatim carinato-marginatis, carinis antrorsum divergentibus; supra modice convexus, utrinque oblique impressus, dorso foveis duabus, anteriore rotunda, postica oblonga, insculptus, undique distinctissime transversim strigosus, basi intra margines laterales utrinque linea arcuata, elevata, ante medium abbreviata. Scutellum breve, linea transversa insculptum, apice acuminatum. Elytra thorace quintuplo longiora, at basi ejusdem haud latiora, ante medium leviter coarctata, postice iterum attenuata, apice tenuissime serrulata, supra parum convexa, intra marginem baseos late excavata, postice juxta suturam longitudinaliter obsolete impressa, undique confertissime granulosa, vel strigoso-squamulata, impressione longitudinali tenuissime albo-sericea. Corpus subtile convexum, tenuiter strigosum albidoque pubescens. Pedes mediocres, concolores, tibiis posticis apice fusco-ciliatis.

FHS.

404. *AGRILUS sulcifrons* (BHN): elongatus, viridis, antennis tarsisque nigris, capite thoraceque distincte strigosis, vertice canaliculato; thoracis dorso sulco longitudinali, interrupto, exarato, intra angulos baseos carinula arcuata utrinque; elytris confertim granulato-strigosis, basi impressis. Long. 6—7, lat. $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. ad Port. Natal.

Corpus totum viride, pube albida tenuissima parce adpersum. Caput modice convexum, sulco longitudinali, antice evanescente, exaratum, crebre strigoso-punctatum, strigis in elevationibus verticis utrinque gyrosis; oculi ovales, convexi, glauci. Antennæ tenues, nigræ, verticem vix excedentes. Thorax longitudine paullo latior, antice leviter rotundato-productus, basi trisinuatus, lateribus ante medium nonnihil ampliatis, geminatim carinato-marginatis, carinis antice parum divergentibus, supra modice convexus, confertim strigosus, lateribus obsoletius impressis, dorso sulco longitudinali, ante medium interrupto, insculpto, intra angulos baseos lineola elevata, versus medium laterum arcuatim flexa. Scutellum breve, linea transversa impressum, apice mucronatum. Elytra thorace non latiora, at quintuplo longiora, ante medium coarctata, postice iterum attenuata, margine apicis crenulato, supra subdepressa, intra marginem baseos fovea insculpta, undique confertim transversaliter granulato-strigosa. Corpus subtus convexum, creberrime et tenuissime transversim strigosum. Pedes mediocres, virides, tarsis nigris.

FHS.

405. *AGRILUS tenellus* (BHN): elongatus, obscure viridis, tenuissime pubescens, capite thoraceque strigosis, illo canaliculato, hoc lateribus profunde impressis, dorso subæquali; elytris basi foveolatis; antennis tarsisque nigris. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. ad Port. Natal.

Corpus totum prasino-viridé, pube tenuissima, albida, adpersum. Caput parum convexum, crebre strigosum, medio longitudinaliter sulcatum; oculi maximi, ovales, convexi, ferruginei. Antennæ nigræ. Thorax longitudine paullo latior, fere linearis, prope apicem tantum levissime ampliatus,

amplius, basi trisinuatus, apice leviter rotundato-productus, lateribus geminatim carinato-marginatis, carinis basi conniventibus; supra convexus, confertissime transversim strigosus, ad latera oblique et profunde impressus, dorso nonnisi obsolete foveolato, angulis posticis nonnihil elevatis, vix vere carinatis. Scutellum breve, transversim lineatum, apice mucronatum. Elytra latitudine thoracis eoque quintuplo longiora, ante medium leviter coarctata, versus apicem iterum attenuata, postice tenuissime crenulata, supra depressa, intra marginem baseos transversim excavata, juxta suturam longitudinaliter obsolete impressa, undique tenuiter squamulato-strigosa. Corpus subtus convexum, tenuissime strigosum. Pedes mediocres, virides, tarsi nigri.

FHS.

406. *AGRILUS pygmæus* (BHN.): nigro-æneus, tenuissime albido-pubescentis, capite thoraceque punctatis, illo obsolete canaliculato, hoc ante medium ampliato, lateribus impressis, bimarginatis, carinula intra angulos baseos arcuata; elytris transversim strigosis, postice attenuatis. Long. 4, lat. 1 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Corpus totum, cum pedibus, obscure æneum, pube albida tenuissima parce adpersum. Caput convexum, crebre punctulatum, longitudinaliter obsolete canaliculatum; oculi angustissimi, elongati, parum convexi, nigri. Antennæ nigræ, extus serratæ, verticem non excedentes. Thorax latitudine baseos parum brevior, ante medium rotundato-amplius, basi trisinuatus, apice levissime bisinuatus, lateribus geminatim carinato-marginatis, carinis basi connexis, antice divergentibus, supra modice convexus, remotius punctulatus, dorso basi obsolete sulcato, lateribus oblique impressis, intra angulos baseos carinula arcuata, tenuissima, utrinque. Scutellum

transversim elevatum, apice acuminatum. Elytra thorace non latiora, sed quadruplo longiora, ante medium non-nihil coarctata, versus apicem iterum attenuata, margine postico tenuissime crenulato, supra subdepressa, transversim crebre strigosa, in interstitiis punctulata, intra marginem baseos transversim impressa. Corpus subtus convexum, tenuiter strigoso-punctatum. Pedes mediocres, tibiis posticis apice ciliatis.

FHS.

407. *AGRILUS cuspidatus* (BHN.): cupreus, tenuissime pubescens; capite thoraceque strigoso-punctatis, illo obsolete canaliculato, hoc subcylindrico, ante basin transversim impresso, dorso bifoveolato; elytris transversim strigosis, basi impressis. Long. $3\frac{1}{2}$ —4, lat. 1 millim.

Hab. ad Port. Natal.

Corpus totum cupreum, nitidum, pube tenuissima, alba, parce adpersum. Caput convexum, tenuiter strigoso-punctatum, medio longitudinaliter obsolete canaliculatum; oculi elongato-ovales, modice convexi, brunnei. Antennæ extus serratæ, nigræ, verticem vix excedentes. Thorax subquadratus, longitudine vix vel parum latior, ante medium indistincte ampliatus, basi trisinuatus, apice subtruncatus, lateribus bmarginatis, carinis marginalibus postice approximatis; supra modice convexus, tenuiter punctulatus, passim strigulosus, intra apicem brevius, pone medium longius et distinctius transversim impressus, dorso in utraque cavitate fovea excavata, posteriore profundiore. Scutellum breve, transversim carinatum, apice acuminatum. Elytra latitudine thoracis eoque quadruplo longiora, ante medium leviter coarctata, versus apicem iterum attenuata, margine postico tenuissime crenulato, supra parum convexa, intra marginem lobatum baseos impressa, undique transversim elevato-strigosa, interstitiis subtiliter punctulatis. Corpus subtus convexum, tenuissime

strigoso-punctulatum. Pedes mediocres, cuprei, femoribus tibiisque primi paris antice cæruleo-æneis.

FHS.

408. *AGRILUS cylindricollis* (BHN.): viridi-æneus, tenuiter albo-setulosus; capite thoraceque convexis, subtiliter strigoso-punctulatis, illo canaliculato, hoc subæquali, fere cylindrico, absque carinis; elytris apice integris; antennis tarsisque nigris. Long. 4, lat. 1 millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Corpus totum viridi-æneum, undique setulis tenuissimis, albidis concinne obsitum. Caput convexum, longitudinaliter distincte canaliculatum, tenuiter et subremote strigoso-punctatum; oculi ovati, parum convexi, glauci. Antennæ nigræ, verticem haud excedentes. Thorax latitudine baseos non brevior, basi bisinuatus, apice oblique subtruncatus, lateribus antice nonnihil rotundato-ampliatis, juxta basin levissime sinuatis; supra subæqualiter convexus, basi apiceque transversim tantum obsolete impressus, tenuiter et subremote strigoso-punctatus. Scutellum triangulare, læve. Elytra thorace haud latiora at fere quadruplo longiora, ante medium nonnihil coarctata, postice iterum attenuata, apice singulatim rotundata, supra parum convexa, basi obsolete impressa, undique crebre strigoso-punctata. Corpus subtus convexum, ad latera distincte, ceterum subtilius punctatum. Pedes viridi-ænei, tenuissime albo-setulosi, tarsis nigris.

FHS.

409. *TRACHYS* (FAER.) *senegalensis* (BUQUET): cuprea, nitida, vertice, thoracis lateribus impressis apiceque elytrorum late silaceo-tomentosis, fronte canaliculata, marginibus intra-ocularibus elevatis; thorace postice quadrisinuato, lobo antescutellari utrinque oblique impresso; elytris conjunctim subtriangularibus, obsolete ruguloso-punctatis, carina tenui ab humeris ad apicem

usque ducta; antennis tarsisque nigris. Long. $3\frac{1}{4}$, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Trachys senegalensis LAP. & GORY: Mon. d. Bupr. Suppl. p. 351, pl. 60, f. 350.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis. FHS.

410. *TRACHYS coracina* (BHN.): breviter ovata, atra, fronte excavata, thorace lateribus impressis, dorso subæquali; elytris vage et minus crebre punctatis, passim albido-pilosis, apice conjunctim obtuse rotundatis, basi utrinque impressis, humeris insigniter callosis. Long. $3\frac{1}{3}$, lat. 2 millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Tota atra, nitida. Caput breve, late excavatum, medio longitudinaliter canaliculatum, pube albida parce adpersum; oculi subovati, glauci. Antennæ tenuissimæ, concolores. Thorax longitudine plus quadruplo latior, antrorsum abrupte angustatus, apice late emarginatus, basi subquadrisinguatus, lobo medio rotundato; supra parum convexus, ad latera utrinque impressus ibique obsolete rugulosus, pube albida parce variegatus. Scutellum minutum, triangulare. Elytra antice thoracis basi arcte applicata eademque parum latiora, humeris calloso-elevatis, ultra medium dein sublinearia vel levissime tantum angustata, apice conjunctim obtuse rotundata, latitudine baseos dimidio longiora, supra subdepressa, singula basi et pone callos humerales impressa, vage et remote punctata, versus latera pube albida parce variegata. Corpus subtus parum convexus, obsoletissime variolosum, pube albida tenuissima adpersum. Pedes simplices.

FHS.

411. *TRACHYS incerta* (BHN.): subovata, subtus nigra, supra cuprea, tomento flavescente variegata; fronte leviter retusa; thorace lateribus impresso, basi marginato; elytris

externe rugulosis, apice conjunctim rotundatis. Long. 3, lat. $1\frac{2}{3}$ millim.

Hab. in terra Natalensi.

Caput breve, intra margines oculorum impressum, medio longitudinaliter canaliculatum, cupreum, pilis aureo-flavescentibus obsitum; oculi ovales, brunnei. Antennæ tenues, nigræ, medium thoracis non attingentes. Thorax basi longitudine quadruplo latior, antrorsum abrupte angustatus, apice late emarginatus, basi quadrisinuatus ibique distincte marginatus, supra parum convexus, ad latera leviter impressus, cupreus, pilis aureo-flavescentibus inæqualiter obsitus. Scutellum minutissimum, triangulare, fusco-cupreum. Elytra thoraci arcte applicata, pone humeros nonnihil dilatatos ad medium sublinearia, dein sensim angustata, apice conjunctim rotundata, latitudine baseos duplo longiora, supra parum convexa, singula basi et pone humeros impressa, dorso obsoletius, ad latera distinctius rugulosa et punctata, cuprea, tomento aureo-flavescente variegatim obsita. Corpus subtus nigrum, parum metallicum, obsoletissime variolosum, pube albida parce adpersum. Pedes simplices, nigri. FHS.

412. *TRACHYS puberula* (BHN.): violaceo-cuprea, capite antice impresso, postice canaliculato; thorace lateribus et intra marginem baseos impresso, angulis anticis prominulis; elytris attenuatis, tomento cupreo albidoque passim variegatis; antennis nigris. Long. 3, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariepis.

Caput subretractum, cupreum, vertice punctato, medio canaliculato, fronte supra os triangulariter impressa; oculi ovales, nigro-brunnei. Antennæ tenues, nigræ, medium thoracis non attingentes. Thorax postice longitudine quadruplo latior, antrorsum abrupte angustatus, basi quadrisinuatus, apice late emarginatus, angulis insigniter

prominentibus; supra parum convexus, basi secundum marginem lateribusque impressus, in impressionibus passim punctatus, cupreus, tomento tenui, concolore, versus latera inæqualiter adpersus. Scutellum minutum, triangulare, concolor. Elytra thoraci arcte applicata ejusdemque basi antice latitudine æqualia, ab humeris sensim angustata, apice conjunctim subacuminata vel anguste subrotundata, latitudine baseos duplo longiora, supra parum convexa, singula basi et pone humeros impressa, minus distincte ruguloso-punctata, cuprea, versus latera tomento tenui, concolore passim adpersa et postice præterea pube albida subfasciatim variegata; pone humeros carinulæ costalis rudimentum plus minusve conspicuum. Corpus subtus fusco-cupreum, obsoletissime variolosum, pube tenuissima, albida, adpersum. Pedes simplices, obscure cuprei.

FHS.

413. *TRACHYS timida* (BHN.): subovata, nigra, parce albidopubescentis; fronte antice impressa, vertice canaliculato; thorace lateribus subæquali; elytris cyaneis, remote punctatis, pube albida subfasciatis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Gariëpis.

Elytris exceptis, tota nigra, læviuscula, pube tenuissima, albida, parce adpersa. Caput brevissimum, vertice deplanato, medio tenuiter canaliculato, fronte supra os rotundatim impressa; oculi ovals, parum convexi, glauci. Antennæ tenues, nigrae, verticem parum excedentes. Thorax postice longitudine fere quadruplo latior, antrorsum abrupte angustatus, basi profunde bisinuatus, apice fere truncatus, supra modice convexus, intra marginem baseos transversim leviter impressus. Scutellum minutissimum, triangulare. Elytra antice latitudine baseos thoracis, pone angulos humerales leviter coarctata, circa medium breviter sublinearia, apice conjunctim ro-

tundata, latitudine baseos duplo longiora, supra parum convexa, passim rugulosa, remote et inconcinne punctata, intra marginem baseos transversim impressa, cyanea, violaceo-micantia, ante medium lituris paucis, postice fasciis duabus flexuosis e pilis albis ornata. Corpus subtus parum convexum. Pedes simplices. FHS.

414. *TRACHYS lucidula* (BHN.): subovata, subtus nigra, supra fusco-ænea, parce flavescenti-pilosa, fronte medio impressa, thorace subæquali; elytris vage et remote punctatis, apice conjunctim rotundatis. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Hab. ad portum Elisabethæ.

Caput breve, æneum, parce flavescenti-pilosum, fronte fovea excavata; oculi ovales, parum convexi, nigri. Antennæ tenues, nigræ, verticem non excedentes. Thorax postice longitudine plus triplo latior, antrorsum valde angustatus, apice fere truncatus, basi medio insigniter rotundato-lobatus, supra modice convexus, intra marginem baseos transversim leviter impressus, fusco-æneus, lateribus pilis flavescens plus minusve confertim adspersis. Scutellum punctiforme, concolor. Elytra antice basi thoracis vix latiora, pone humeros sensim leviter angustata, apice conjunctim rotundata, latitudine baseos duplo longiora, supra parum convexa, humeris modice calloso-elevatis, undique remote punctata, fusco-ænea, nonnumquam violaceo-tincta, lateribus apiceque jam distinctius, jam obsolete flavo-piloso-variegatis. Corpus subtus cum pedibus, nigrum, parce albido-pubescentis.

FHS.

415. *TRACHYS evanescens* (BHN.): oblongo-ovata, supra et subtus fusco-ænea, parce albo-pubescentis; fronte canaliculata, thorace subæquali; elytris remote punctatis, apice conjunctim rotundatis; antennis nigris. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. 1 millim.

Hab. ad Port. Natal.

Corpus totum obscure æneum. Caput supra depressum, tenuiter canaliculatum, parce albido-pubescent; oculi ovals, parum convexi, nigri. Antennæ tenues, nigrae, verticem parum excedentes. Thorax postice longitudine triplo latior, antrorsum angustatus, apice fere truncatus, basi medio rotundato-lobatus, supra modice convexus, subæqualis, pube tenuissima, albida, parce adpersus. Scutellum punctiforme. Elytra thorace vix latiora at plus quadruplo longiora, pone humeros ultra medium fere linearia, posterius attenuata, apice conjunctim rotundata, supra depressa, callis humeralibus leviter tantum elevatis, undique vage et minus crebre punctata, pube albida tenui variegatim adpersa. Corpus subtus parum convexum, pube tenuissima, albida, parce adpersum. Pedes simplices, nigro-ænei.

FHS.

416. APHANISTICUS (LATREILLE) *parvulus* (BHN.): linearis, ater, punctatus; capite thoraci æquali, fronte excavata; thorace medio transversim late impresso et intra marginem apicis linea insculpto; elytris crebre ruguloso-punctatis. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. $\frac{2}{3}$ millim.

Hab. ad Port. Natal.

Totus ater, subnitidus, glaber. Caput maximum, longitudine et latitudine thoraci æquale, crebre punctatum, fronte deflexa, antice profunde excavata; oculi ad apicem laterum siti, ovati, modice convexi. Antennæ tenuissimæ, verticem vix attingentes. Thorax cylindricus, longitudine dimidio latior, basi bisinuatus, apice truncatus, lateribus tenuissime marginatis, supra convexus, minus crebre quam caput punctatus, medio sulco transversali, lato, et intra marginem apicis linea, utrisque in dorso subinterruptis, insculptus. Scutellum triangulare, apice acuminatum. Elytra latitudine thoracis, eoque plus quadruplo longiora, basi interne rotundata, ante medium vix coarctata,

postice attenuata, apice singulatim subrotundata, supra subdepressa, æqualia, ad latera subseriatim, interne apiceque vage punctata, dorso antico transversim ruguloso. Corpus subtus convexum, pectore crebre et distincte, abdomine obsoletius punctato. Pedes simplices, læves.

FHS.

417. *APHANISTICUS delicatulus* (BHN.): elongatus, ater; capite parvo, profunde sulcato; thorace æqualiter rotundato-ampliato, ante basin transversim profunde impresso; elytris interrupte lineolatis, juxta suturam longitudinaliter impressis, apice conjunctim emarginatis. Long. $3\frac{1}{2}$ —4, lat. $\frac{3}{4}$ —1 millim.

Hab. ad Boschjesmanns Rand.

Totus ater, nitidus, glaber. Caput subrotundatum, a vertice usque ad os profunde sulcatum; oculi ovales, ad apicem laterum siti, sulco frontali terminati. Antennæ tenues, medium thoracis fere attingentes. Thorax latitudine baseos non brevior, antice basi nonnihil angustior, basi bisinuatus, apice truncatus, lateribus æqualiter distincte rotundato-ampliat, tenuiter marginatis, supra modice convexus, ante basin sulco transverso, profundissimo, late insculptus, superficie de cætero fere lævi, vel obsoletissime tantum subvariolosa. Scutellum minutum, demersum, punctiforme. Elytra thorace quadruplo longiora at basi ejusdem vix latiora, ante medium distincte coarctata, margine elevato, postice attenuata, apice ipso conjunctim emarginata, margine postico tenuissime crenulato, supra subdeplanata, postice juxta suturam longitudinaliter impressa, striis 9 e lineolis minutissimis concinne seriatis, postice obsoletioribus, dorso anteriore plus minusve transversim ruguloso. Corpus subtus convexum, læve vel obsoletissime tantum subvariolosum. Pedes mediocres, læves.

FHS.

418. *APHANISTICUS insculptus* (BHN.): oblongus, ater; capite subtriangulari, profunde sulcato; thorace brevi, transversim bisulcato, æqualiter rotundato-ampliato, marginibus explanatis; elytris punctato-striatis, interrupte subcostatis, postice juxta suturam sulcatis. Long. 3, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Totus ater, subnitidus, glaber. Caput porrectum, attenuatum, longitudinaliter profunde sulcatum; oculi subovati, ad apicem laterum siti. Antennæ tenuissimæ, verticem parum excedentes. Thorax longitudine duplo latior, basi bisinuatus, apice late emarginatus, lateribus æqualiter rotundato-ampliat, margine valde explanato, angulis omnibus subacuminatis, supra intra apicem et pone medium transversim profunde impressus, intra marginem baseos callis duobus transversis elevatis, superficie dorsi lævi. Scutellum minutum, triangulare. Elytra thorace non latiora, sed plus quadruplo longiora, ante medium nonnihil coarctata, postice iterum attenuata, apice singulatim interne rotundata, angulo exteriori subprominulo; supra parum convexa, juxta suturam postice late sulcata, ceterum minus regulariter punctato-striata, interstitiis passim subcostatis. Corpus subtus modice convexum, læve. Pedes simplices.

FHS.

419. *APHANISTICUS pullus*: oblongus, ater; capite subtriangulari, profunde sulcato; thorace transversim bisulcato, æqualiter rotundato-ampliato, in cavitatibus punctato; elytris interrupte lineolatis, apice conjunctim emarginatis. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Hab. in tractibus fluvii Limpoponis.

Totus ater, subnitidus, glaber. Caput porrectum, attenuatum, longitudinaliter profunde sulcatum; oculi lunati, ad apicem extra marginem sulci utrinque siti. Antennæ tenues, verticem vix excedentes. Thorax latitudine

baseos vix brevior, postice bisinuatus, apice subtruncatus, lateribus æqualiter rotundato-ampliatis, argute marginatis, supra intra apicem et pone medium transversim impressus, intra marginem baseos callo transverso, subinterrupto, elevato, cavitatibus inæqualiter varioloso-punctulatis. Scutellum punctiforme. Elytra thorace vix latiora, at fere quadruplo longiora, ante medium distincte coarctata, margine elevato, postice attenuata, apice conjunctim emarginata, supra minime convexa, versus apicem juxta suturam longitudinaliter impressa, striis 9 e lineolis minutissimis vel punctis oblongis concinne seriatis, postice obsolete, dorso anteriore transversim ruguloso. Corpus subtile convexum, obsolete varioloso-punctatum, abdomine apice lævi. Pedes simplices, læves.

FHS.

420. APHANISTICUS *pumilio* (BHN.): subdepressus, ater; capite semigloboso, profunde sulcato; thorace, brevi, basi profunde, intra apicem obsolete, transversim sulcato, lateribus rotundato-ampliatis, margine explanato; elytris obsolete punctato-striatis, juxta suturam longitudinaliter impressis, apice conjunctim subrotundatis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $\frac{2}{3}$ millim.

Hab. in terra Natalensi.

Totus ater, nitidus, glaber. Caput parvum, rotundatum, sulco longitudinali profunde exaratum; oculi ovales, margine sulci antice terminati. Antennæ tenuissimæ, verticem parum excedentes. Thorax longitudine fere duplo latior, basi bisinuatus, apice truncatus, lateribus æqualiter rotundato-ampliatis, margine valde explanato, supra intra apicem utrinque obsolete, basi vero profunde, transversim impressus, superficie lævi. Scutellum punctiforme. Elytra thorace vix latiora at plus quadruplo longiora, ante medium coarctata, margine reflexo, pone medium sensim attenuata, apice ipso conjunctim anguste subrotundata, supra parum convexa, obsolete pun-

ctato-striata, juxta suturam ante medium fovea excavata, versus apicem dein longitudinaliter impressa. Corpus subtus modice convexum, vix punctatum. Pedes simplices, læves.

FHS.

Fam. VI. ELATERIDES.

421. EUCNEMIS (AHRENS) *granulipennis*: oblongus, paullo convexus, nigro-piceus, subnitidus, fusco pubescens; antennis, palpis pedibusque dilute rufo-ferrugineis; capite prothoraceque mediocriter, crebre punctatis, hoc postice profunde bi-sinuato; elytris tenuiter striatis, interstitiis subplanis, crebre granulatis. Long. 9, lat. 3 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput sat magnum, latitudine parum brevius, nigro-piceum, subnitidum, mediocriter, crebre punctatum, tenuiter fusco-pubescens, supra paullo convexum, antice rotundatum; palpis dilute rufo-ferrugineis; oculis ovatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace nonnihil breviores, dilute rufo-ferrugineæ, pubescentes. Prothorax latitudine paullo brevior, nigro-piceus, nitidus, fusco-pubescens, supra convexiusculus, crebre, mediocriter punctatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum haud prominulis, obtusis; lateribus mox pone apicem nonnihil rotundatus, dein versus basin sensim oblique ampliatus, postice profunde bisinuatus, lobo medio elevato, apice truncato, angulis posticis retrorsum productis, acutis, supra tenuiter carinatis. Scutellum ovatum, nigro-piceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, fusco-pubescens. Elytra prothorace duplo longiora et ejus basi nonnihil angustiora, nigro-picea, subnitida, sat dense, breviter fusco-pubescens, supra convexiuscula, tenuiter striata, interstitiis fere planis, evidenter, crebre granulatis; antice singulatim leviter

rotundata, lateribus ultra medium recta, dein apicem versus¹ angustata, apice conjunctim rotundata, humeris non elevatis, rotundatis. Corpus subtus rufo-piceum, nitidum, mediocriter, crebre punctatum, breviter fusco-pubescent. Pedes dilute rufo-ferruginei, confertim punctulati, parce fusco-pubescentes.

BHN.

422. *EUCNEMIS contractus*: oblongus, paullo convexus, nigro-piceus, parum nitidus, parce, breviter fusco-pubescent; antennis, palpis pedibusque dilute rufo-ferrugineis; capite prothoraceque subtiliter, sat crebre punctatis, hoc postice profunde bisinuato; elytris profunde punctato-striatis, interstitiis convexis, subtiliter, crebre punctulatis. Long. 6—7, lat. $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura omnino præcedentis, dimidio fere minor. Caput sat magnum, nigro-piceum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce fusco-pubescent, supra paullo convexum, apice rotundatum; palpis dilute rufo-ferrugineis; oculis ovatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace nonnihil breviores, subtenuis, dilute rufo-ferrugineæ, pubescentes. Prothorax latitudine paullo brevior, nigro-piceus, parum nitidus, parce fusco-pubescent, supra convexiusculus, sat crebre subtiliterque punctatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum baud prominulis, obtusis; lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-amplius, dein versus basin sensim oblique amplius, postice utrinque sat profunde sinuatus, lobo medio parum elevato, apice truncato, angulis retrorsum prominulis, acuminatis. Scutellum ovatum, nigro-piceum, subopacum, subtiliter punctulatum, fusco-pubescent. Elytra prothorace duplo longiora et ejus basi nonnihil angustiora, nigra, parum nitida, parce fusco-pubescentia, supra convexiuscula, sat profunde striata, striis in fundo mediocriter punctatis,

interstitiis convexis, subtiliter, crebre punctulatis; antice singulatim leviter rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus ultra medium recta, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus nigro-piceum, parum nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, vix pubescens. Pedes dilute rufo-testacei, obsolete punctulati, breviter pubescentes.

BHN.

423. DIRRHAGUS (ESCHSCH.) *cylindricollis*: elongatus, subcylindricus, niger, subopacus, subtus parce griseo-squamulosus; pedibus rufo-ferrugineis; capite prothoraceque confertim, mediocriter rugoso-granulatis, hoc oblongo, lateribus recto; elytris crebre rugoso-granulatis, subtiliter striatis. Long. $6\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Caput magnum, nigrum, subopacum, mediocriter, crebre rugoso-punctatum, supra paullo convexum, antice in medio productum, apice obtusum, inter antennas foveola parva impressum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ nigro-piceæ, opacæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio longior, subcylindricus, niger, subopacus, confertim, mediocriter rugoso-granulatus, squamulis nonnullis piliformibus, griseis versus latera adpersus, antice leviter rotundato-productus, utrinque oblique truncatus, mox pone apicem leviter rotundato-ampliatum, dein lateribus rectus, postice bi-sinuatus, lobo medio subtruncatus, angulis retrorsum modice productis, acuminatis. Scutellum subquadratum, nigrum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum, apice leviter rotundatum. Elytra prothorace vix duplo longiora et ejus basi haud angustiora, nigra, subopaca, fere glabra, supra modice convexa, confertim rugoso-granulata, subtiliter striata, antice singulatim leviter rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus ad me-

dium recta, dein apicem versus attenuata, apice conjunctim subacuminata. Corpus subtus nigrum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum, squamis piliformibus griseis sat dense obsitum. Pedes breviusculi, rufo-ferruginei, obsolete punctulati, breviter cinereo-pubescentes.

BHN.

424. *ÆMIDIUS* (LATR.) *Gigas*: oblongus, subcylindricus, nigro-piceus, subnitidus, parce griseo-pubescentis; antennis, palpis pedibusque rufo-brunneis; capite prothoraceque mediocriter, crebre punctatis, hoc valde convexo, angulis posticis retrorsum prominulis, supra elevatis; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis parum convexis, subtiliter reticulatis, sat crebre punctulatis. Long. 38, lat. 12 millim.

Eucnemis gigas. MANNERH. *Eucnemis* Ins. Gen. p. 14. 1. T. I, f. 1.
Æmidius gigas. LATR. Ann. de la Soc. Ent. de France. III, p. 158.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

425. *TETRALOBUS* (SERVILLE) *flabellicornis*: oblongus, modice convexus, nigro-piceus, subnitidus, supra pube densa, depressa, silacea, subtus cinerea obsitus; capite antice rotundato, reflexo, supra profunde impresso; prothorace subtiliter, crebre punctulato, angulis posticis retrorsum productis, apice inflexis; elytris subtiliter, confertim punctulatis, lineis parum elevatis, longitudinalibus instructis, apice rotundatis. Long. ♂ 44—48, lat. 16. Long. ♀ 58, lat. 21 millim.

Mas: antennis articulis octo ultimis flabellatis.

Femina: antennis acute serratis, articulo ultimo oblongo, apice obtuso.

Elater flabellicornis. SCHÖNH. Syn. Ins. III, p. 270. 19.

Habitat in Caffraria tota.

BHN.

426. *TETRALOBUS* *Heros*: oblongus, modice convexus, piceus, sub-nitidus; capite antice modice impresso, apice

obtusum, reflexum; prothorace antice convexo, confertim, dorso remotius punctulato, postice cinereo-pubescente, angulis retrorsum productis, acutis; elytris subtilissime, confertim punctulatis, obsolete costatis, apice rotundatis; pectore cinereo-villoso. Long. ♂ 37—47, lat. 12½—16. Long ♀ 38—44, lat. 14½—16 millim.

Mas.: antennis articulis octo ultimis flabellatis.

Femina: antennis serratis, articulo ultimo ovato, apice truncato.

Habitat in Caffraria tota.

Statura præcedentis, sed sæpe minor, supra fere glaber, capite antice haud rotundato, obtuso, supra minus profunde impresso, prothorace convexiore, angulis posticis retrorsum minus productis, haud inflexis, ab illo bene distinctus. Caput sat magnum, subquadratum, crebre, parum profunde rugoso-punctatum, nigro-piceum, parum nitidum, supra fere planum, antice late, minus profunde impressum, apice obtusum, modice reflexum, utrinque rotundatum; oculis magnis, nigris, nitidis, lævibus, quo ad partem prothorace occultatis. Prothorax longitudine latior, nigro-piceus, subnitidus, supra convexus, confertim, medio dorsi parcius punctulatus, ante basin cinereo-pubescentis, antice late rotundato-emarginatus, cinereo-setulosus, angulis subobtusis, lateribus fere ad medium sensim rotundatus, dein subrectus, postice bisinuatus, lobo medio elevato, truncato, angulis retrorsum modice productis, acuminatis, apice haud inflexis. Scutellum magnum, subcordatum, nigro-piceum, subtiliter punctulatum, parce cinereo-pubescentis. Elytra prothorace triplo longiora at ejus basi non latiora, modice convexa, picea, subnitida, subtiliter, crebre punctulata, tenue longitudinaliter subcostata, subtilissime striato-punctulata, antice singulatim extrorsum obliqua, singulo pone basin bimpresso, humeris obtuse angulatis; lateribus fere ad medium recta, dein sensim perparum angustata, apice conjunctim rotundata, ad suturam singulatim nonnihil reflexa.

reflexa. Corpus subtus nigro-piceum, subnitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum; pectore sat dense cinereo-villoso; abdomine parce, breviter similiter pubescente. Pedes nigro-picei, subnitidi, subtiliter, crebre punctulati, parce cinereo-pubescentes; tarsis obscure ferrugineis.

427. *TETRALOBUS polyphemus*: oblongus, modice convexus, piceus, parum nitidus; antennis, palpis pedibusque ferrugineis; capite apice rotundato, supra antice impresso; prothorace convexo, undique confertissime punctulato, angulis posticis retrorsum modice productis, apice acuminatis, haud inflexis; scutello oblongo-triangulari; elytris confertim punctulatis, leviter sulcatis, interstitiis modice convexis; pectore longe silaceo-villoso. Long. 45, lat. 15 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Mas tantum nobis cognitus. Præcedente nonnihil angustior, antennis, palpis pedibusque ferrugineis, capite antice magis rotundato, prothorace angustiore, undique confertim punctulato, anterieus utrinque minus subito rotundato, angulis posticis supra elevatis, scutello oblongo-triangulari, elytris subsulcatis, pectore densius et longius silaceo-villoso, ab illo bene distinctus. Caput oblongo-quadratum, piceum, parum nitidum, supra planum, sat crebre punctulatum, postice breviter, anguste carinatum, antice modice impressum, apice rotundatum, reflexum; palpis ferrugineis; oculis magnis, rotundatis, modice convexis, piceis, nitidis, lævibus. Antennæ ferrugineæ, articulo primo obscuriore, 2—11 brevibus, 4—11 inferne longe continuatis, flagelliformibus. Prothorax longitudine vix latior, nigro-piceus, sub-opacus, supra convexus, confertim punctulatus, ante basin parce cinereo-pubescentis, antice leviter rotundato-emarginatus, breviter fulvo-setulosus, lateribus mox pone apicem sensim rotundato-am-

pliat, postorius leviter sinuatus, basi bi-sinuatus, lobo medio elevato, truncato, angulis posticis retrorsum modice productis, supra elevatis, apice acuminatis, haud inflexis. Scutellum oblongo-triangulari, subtiliter, sat crebre punctulatum, parce cinereo-pubescent. Elytra prothorace plus quam triplo longiora, sed ejus basi non latiora, picea, subnitida, fere glabra, antice singulatim extrorsum nonnihil obliqua, humeris non prominulis, obtuse angulatis; lateribus longe ultra medium haud, dein apicem versus sensim paullo angustata, apice conjunctim rotundata; supra modice convexa, subtiliter, confertim punctulata, leviter, ultra medium evidentius, prope suturam obsolete sulcata, interstitiis parum convexis. Corpus subtus piceum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum; pectore dense et longe silaceo-villoso; ventre haud pubescente. Pedes rufo-ferruginei, sat crebre punctulati, parce pubescentes.

BHN.

428. *TETRALOBUS bifoveolatus*: oblongus, modice convexus, rufo-ferrugineus, parum nitidus; capite prothoraceque nigro-piceis, illo profunde impresso, apice late rotundato, utrinque oblique truncato, hoc convexo, confertim punctato, ante medium foveolis duabus parvis, profundis, remotis, carinaque laterali, antice in marginem excurrente, notato, angulis posticis retrorsum productis, acuminatis; scutello subtriangulari; elytris confertim punctulatis, haud sulcatis; pectore helvolo-villoso. Long. 32—44, lat. 9—14 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limponis.

Tetralobo polyphemo nonnihil angustior, prothorace foveolato, ad latera carinato, elytris lateribus usque ad apicem fere rectis, a reliquis mox distinctus. Caput oblongo-quadratum, crebre, medioeriter punctatum, nigropiceum, parum nitidum, supra planum, antius profunde impressum, basi utrinque plaga parva, subtriangu-

lari, nitidissima, lævi, introrsum parce punctulata; apice truncatum, reflexum, utrinque oblique truncatum; palpis rufo-ferrugineis; oculis magnis, rotundatis, convexis, nigro-piceis, nitidis, lævibus. Antennæ rufo-ferrugineæ, in mare articulis 2—11 brevibus, 4—11 inferne longe continuatis, dilutioribus, flagelliformibus. Prothorax latitudine nonnihil brevior, nigro-piceus, parum nitidus, convexus, confertim, mediocriter punctatus, ante basin parce ferrugineo-pubescentis, antice leviter rotundato-emarginatus, breviter silaceo-setulosus, lateribus mox pone apicem citius rotundato-amplius, dein ad angulos subrectus, basi bi-sinuatus, lobo medio modice elevato, apice rotundato, angulis lateraliter et retrorsum productis, apice acuminatis, haud inflexis; supra ante medium foveolis duabus parvis, remotis, sat profundis, transversim positis, utrinque carina intramarginali, ante apicem in marginem excurrente, postice in angulo continuata. Scutellum magnum, oblongo-triangulare, confertim punctulatum, piceum, medio leviter impressum, parce, extrorsum densius ferrugineo-pubescentis. Elytra prothorace plus quam triplo longiora at ejus basi non latiora, rufo-ferruginea, interdum antrorsum obscuriora, confertim punctulata, pube brevissima, ferruginea parce obsita, haud sulcata, versus latera obsolete striato-punctata, singulo antice extrorsum obliquo, pone basin longitudinaliter bi-impresso; humeris non prominulis, obtuse angulatis; lateribus recta, ad apicem citius angustata, apice ipso conjunctim rotundata. Corpus subtus rufo-ferrugineum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum; pectore helvolo-villoso; abdomine vix pubescente. Pedes rufo-ferruginei, subtiliter sat crebre punctulati, parce ferrugineo-pubescentes. BHN.

IX. ELASMOCERUS.

(*Ελασμός lamina et κέρασ cornu*).

Antennæ 11-articulatæ, articulis primo crasso, obconico, secundo brevi, crasso, basi tenuiori, 3—6 bre-

vissimis, 7—10 sensim longioribus et tenuioribus, singulo a tertio inferne in lamellam tenuem, longam, ante medium extrorsum nonnihil ampliata, apicem versus sensim angustatam, excurrente, ultimo elongato, apice bilamellato.

Labrum productum, apice rotundatum, setulosum.

Mandibulæ exsertæ, edentatæ; singula apice subito inflexo, acuminato.

Palpi maxillares breves, triarticulati, articulo primo brevi, secundo et tertio sub-obconicis, longitudine æqualibus, hoc nonnihil inflexo, apice truncato; labiales maxillaribus fere duplo longiores, quadri-articulati, articulo primo parvo, brevi, reliquis elongatis, longitudine æqualibus, basi tenuioribus, apicem versus sensim incrassatis, ultimo oblique truncato.

Prothorax latitudine brevior, modice convexus, antice truncatus, angulis antrorsum prominulis, subacuminatis; lateribus crasse reflexo-marginatus, pone apicem sensim rotundato-ampliatus, postice leviter bi-sinuatus, angulis lateraliter et retrorsum productis, acuminatis.

Scutellum sat magnum, leviter impressum, apice rotundatum.

Elytra oblonga, modice convexa, antice singulatim oblique truncata, lateribus, fere ad medium, recta, dein apicem versus sensim attenuata, singulo apice ad suturam in mucronem parvum excurrente; humeris subrotundatis.

Pedes mediocrès; tarsis longitudine tibiæ, metatarso sat longo, articulis 2—4 brevioribus, longitudine sensim decrescentibus, ultimo sat longo, cylindrico, nonnihil inflexo, unguiculis tenuibus, divaricatis, basi obtuse unidentatis, setosis.

Genus *Tetralobi* generi proximum, structura antenarum, labro mandibulisque productis, palpis, præsertim labialibus, multo longioribus, scutello magno, subrotundato, tarsis longioribus et tenuioribus, subtus simpli-

cibus, differt. Femina ignota, antennis forte serratas habet.

BHN.

429. *E. validicornis*: oblongus, paullo convexus, piceus, subnitidus, parce, breviter griseo-pubescent; antennis dilute ferrugineis; capite triangulariter impresso, apice rotundato; prothorace sat crebre, parum profunde punctato, canaliculato, angulis posticis retrorsum productis, acutis; elytris subtilissime, sat crebre punctulatis, posterius attenuatis, singulo apice breviter mucronato; pectore griseo-villoso. Long. 38—40, lat. 13½—14 millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

Mas. Caput oblongo-quadratum, sat crebre, parum profunde punctatum, nigro-piceum, parum nitidum, parce, breviter griseo-pubescent, supra planum, medio triangulariter impressum, apice rotundatum; palpis piceis, articulis omnibus apice dilutioribus; oculis magnis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ prothorace dimidio longiores, dilute ferrugineæ, articulis duobus basalibus nigro-piceis. Prothorax latitudine postica brevior, piceus, subnitidus, paullo convexus, subtiliter, sat crebre punctulatus, parce, breviter griseo-pubescent, antice subtruncatus, dense silaceo-setulosus, tenuiter reflexo-marginatus, angulis antrorsum modice prominulis, subacuminatis, lateribus pone apicem oblique ampliatus, dein subrectus, crasse reflexo-marginatus, margine evidenter rugoso-punctatus; postice leviter bi-sinuatus, lobo medio haud elevato, truncato, angulis lateraliter et retrorsum productis, apice acuminatis, haud inflexis; medio canalicula longitudinali, antice posticeque abbreviata insculptus. Scutellum mediocre, subtiliter punctulatum, piceum, parum nitidum, parce griseo-pubescent, medio leviter impressum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora at ejus basi non latiora, picea, subnitida, sub-

tilissime, sat crebre punctulata, breviter griseo-pubescentia, antice, extrorsum, singulatim oblique truncata, pone basin in medio impressa, humeris subrotundatis, non elevatis; lateribus ad medium recta, dein attenuata, apice ipso ad suturam singulatim breviter unimucronata, supra paullo convexa, obsolete longitudinaliter costata. Corpus subtus piceum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum; prothorace pectoreque minus dense griseo-villosis; abdomine breviter pubescente. Pedes picei, subtiliter punctulati, parce griseo-pubescentes.

BHN.

430. DICREPIDIUS (ESCHSCH.) *puncticollis*: elongatus, modice convexus, niger, subnitidus, brunneo-pubescentis; antennis tarsisque obscure ferrugineis; capite confertim punctato, antice impresso; prothorace convexo, profunde, crebre punctato, dorso postico breviter carinato, angulis posticis validis, supra elevatis, carinatis; elytris piceis, confertim punctulatis, mediocriter punctato-striatis, margine inflexo ferrugineo. Long. 29, lat. 9 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Magnus. Caput latitudine nonnihil brevius, nigrum, parum nitidum, crebre, sat profunde punctatum, parce pubescens, supra paullo convexum, antice impressum, apice late rotundatum; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ prothorace nonnihil breviores, obscure ferruginæ, pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil longior, supra convexus, niger, fere glaber, parum nitidus, crebre, profunde punctatus, dorso postico carinula brevi, longitudinali, lævi instructus, ante basin parce brunneo-pubescentis; antice leviter rotundato-emarginatus, angulis parum productis, obtusis, lateribus usque ad basin sensim perparum ampliatus; postice utrinque sinuatus, medio rotundato-emarginatus, angulis retrorsum valde productis, validis, apice acuminatis, supra carinatis. Scutellum sat magnum, oblongo-quadratum,

nigrum, subnitidum, crebre punctulatum, dilute brunneo-pubescentia. Elytra prothorace fere triplo longiora at ejus basi non latiora, picea, subnitida, breviter dilute brunneo-pubescentia, supra convexa, confertim et subtiliter punctulata, mediocriter punctato-striata, antice singulatim rotundato-producta, humeris laud elevatis, rotundatis; lateribus ultra medium subrecta, dein apicem versus sensim attenuata, apice conjunctim subrotundata, margine subtus undique ferrugineo, antice tenuiter reflexo. Corpus subtus nigrum, subnitidum, crebre, subtiliter punctatum, densius dilute brunneo-pubescentia. Pedes picei, nitidi, confertim punctulati, brunneo-pubescentes; tarsi obscure ferrugineis.

BHN.

431. *DICREPIDIUS apiculatus*: elongatus, modice convexus, ferrugineus, subnitidus, parce, breviter griseo-pubescentia; palpis, antennis pedibusque dilutioribus; capite mediocriter, confertim punctato, antice impresso; prothorace latitudine nonnihil longiore, profundius, crebre punctato, anterie nonnihil angustato, angulis posticis retrorsum productis, acuminatis, supra carinatis; elytris subtiliter, confertim punctulatis, mediocriter punctato-striatis. Long. $19\frac{1}{2}$, lat. $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Caput latitudine brevius, ferrugineum, subnitidum, mediocriter, crebre punctatum, parce griseo-pubescentia, supra paullum convexum, ante apicem impressum, antice late rotundatum; palpis dilutius ferrugineis; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ subtenuis, serratæ, dilute ferrugineæ, pubescentes, longitudine fere prothoracis. Prothorax latitudine nonnihil longior, ferrugineus, nitidus, supra convexus, crebre, sat profunde punctatus, pube grisea parce adpersus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis non productis, obtusis, pone apicem fere ad medium sensim ampliatus,

dein subrectus, postice utrinque leviter sinuatus, medio rotundato-emarginatus, angulis retrorsum productis, acutis, supra unicarinatis. Scutellum oblongo-quadratum, ferrugineum, subnitidum, punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace fere triplo longiora, at ejus basi non latiora, ferruginea, subnitida, breviter, parce griseo-pubescentia, supra modice convexa, subtiliter, crebre punctulata, mediocriter, ultra medium nonnihil evidentius punctato-striata, antice singulatim leviter rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus ultra medium recta, dein sensim attenuata, apice conjunctim subrotundata, antice tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, ferrugineum, nitidum, breviter, parce griseo-pubescentis. Abdomen utrinque areolis parvis, nitidis, lævibus, in serie dispositis ornatum. Pedes dilutius ferruginei, subtiliter, crebre punctulati, parce griseo-pubescentes.

BHN.

432. *DICREPIDIUS litigiosus*: elongatus, paullo convexus, rufo-ferrugineus, subnitidus, griseo-pubescentis; capite prothoraceque piceis, confertim punctulatis, illo leviter impresso, apice rotundato, hoc latitudine longiore, a basi apicem versus sensim angustato, tenuiter canaliculato, postice impresso; elytris subtiliter, minus crebre punctulatis, mediocriter punctato-striatis, sensim attenuatis. Long. $14\frac{1}{2}$, lat. 4 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Præcedente minor, præsertim angustior. Caput latitudine nonnihil brevius, piceum, subnitidum, confertim punctulatum, parce griseo-pubescentis, supra planum, leviter impressum, apice rotundatum; palpis rufo-ferrugineis; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ prothorace nonnihil longiores, rufo-ferrugineæ, pubescentes. Prothorax latitudine longior, piceus, nitidus, crebre, nonnihil evidentius punctulatus,

parce griseo-pubescentis, supra modice convexus, tenuiter longitudinaliter canaliculatus, ante basin impressus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis non productis, obtusis, lateribus ab apice usque ad basin sensim oblique amplius, postice utrinque leviter sinuatus, medio rotundato-emarginatus, angulis posticis retrorsum productis, subobtusis. Scutellum oblongum, ferrugineum, subtiliter, crebre punctulatum, griseo-pubescentis, apice rotundatum. Elytra prothorace fere triplo longiora at ejus basi non latiora, rufo-ferruginea, nitida, parce griseo-pubescentia, supra paulum convexa, subtiliter, crebre punctulata, mediocriter, anterieus evidenter punctato-striata, antice singulatim leviter rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus a basi ad apicem sensim perparum attenuata, apice conjunctim subrotundata, antice tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus subtiliter, sat crebre punctulatum, rufo-ferrugineum, nitidum, parce griseo-pubescentis. Pedes dilute rufo-ferruginei, subtiliter, confertim punctulati, griseo-pubescentes.

BHN.

433. *DICREPIDIUS interstitialis*: elongatus, paullo convexus, rufo-testaceus, subnitidus, parce griseo-pubescentis; capite prothoraceque confertim, subtiliter punctatis, illo haud impresso, hoc latitudine longiore, a basi versus apicem sensim perparum angustato, antice in medio leviter rotundato-producto, ante basin medio impresso; elytris confertim, evidenter granulatis, tenuiter punctato-striatis, sensim attenuatis. Long. 9—10½, lat. 2¼—3 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Statura fere præcedentis, dimidio tamen minor; prothorace brevior, elytris crebre granulatis ut et colore, ab illo bene distinctus. Caput latitudine nonnihil brevius, dilute ferrugineum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, griseo-pubescentis, supra paullo convexus,

antice late rotundatum; fronte utrinque leviter impressa; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace nonnihil longiores, subtenuis, serratæ, dilutius rufo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil longior, rufo-testaceus, nitidus, subtiliter, crebre punctatus, tenuiter griseo-pubescentis, supra modice convexus, basi in medio leviter impressus, antice parum rotundato-productus, extrorsum utrinque truncatus, angulis non prominulis, obtusis; lateribus ab apice ad basin sensim perparum oblique ampliatus, postice leviter bisinuatus, medio rotundato-emarginatus, angulis retrorsum productis, acuminatis, supra leviter carinatis. Scutellum oblongum, rufo-testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens, supra planum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora at ejus basi non latiora, rufo-testacea, subnitida, parce griseo-pubescentia, supra convexiuscula, confertim, evidenter granulata, tenuiter punctato-striata, singula antice rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus sensim perparum attenuata, apice conjunctim rotundata, antice tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus rufo-testaceum, magis nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce fusco-pubescentis. Pedes similiter colorati, subtilissime, crebre punctulati, parce pubescentes.

BHN.

434. *DICREPIDIUS puberulus*: elongatus, paullo convexus, subnitidus, parce griseo-pubescentis, supra castaneus, subtus rufo-testaceus; capite prothoraceque confertim, mediocriter punctatis, illo apice impresso, hoc latitudine longiore, lateribus versus basin perparum oblique ampliatus, canaliculatus, basi impresso, angulis retrorsum productis, ferrugineis; elytris subtiliter, sat crebre punctulatis, mediocriter punctato-striatis, sutura margineque rufo-testaceis. Long. 11—13, lat. 3—3½ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura *D. litigiosi* sed minor. Caput latitudine brevius, castaneum, subnitidum, crebre, mediocriter punctatum, parce griseo-pubescent, supra paullo convexum, antice leviter impressum, apice obtusum, utrinque rotundatum, tenuiter ferrugineo-marginatum; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace haud longiores, serratæ, dilute ferrugineæ, parce pilosæ. Prothorax latitudine longior, castaneus, subnitidus, crebre, mediocriter punctatus, parce griseo-pubescent, supra modice convexus, basi longitudinaliter impressus, tenuiter canaliculatus, antice truncatus, angulis non prominulis, obtusis; lateribus ab apice ad basin sensim perparum oblique ampliatus, postice utrinque leviter sinuatus, medio rotundato-emarginatus, angulis retrorsum productis, subacuminatis, ferrugineis, supra carinatis. Scutellum oblongum, castaneum, subnitidum, confertim punctulatum, parce pubescens, apice rotundatum. Elytra prothorace vix triplo longiora at ejus basi non latiora, castanea, subnitida, parce griseo-pubescentia, margineque rufo-testacea, supra convexiuscula, subtiliter, sat crebre punctulata, medioeriter punctato-striata, antice singulatim rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus ultra medium subrecta, dein apicem versus sensim attenuata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus rufo-testaceum, nitidum, crebre punctulatum, parce breviter pubescens. Pedes dilutius rufo-testacei, subtiliter punctulati, griseo-pubescentes. BHN.

435. ALAUS (ESCHSCH.) *moerens*: oblongus, modice convexus, niger, subnitidus, squamis piliformibus albidis dense variegatus; capite leviter impresso; prothorace ovato, subtiliter, sat crebre punctulato, dorso denudato, antice medio truncato, utrinque sinuato, lateribus versus basin leviter sinuato, postice utrinque impresso, medio triangulariter elevato; elytris mediocriter punctato-

striatis, interstitiis convexis, obsolete, crebre punctulatis, apice conjunctim rotundatis. Long. $28\frac{1}{2}$, lat. $8\frac{1}{2}$ millim.

Agrypnus moerens. GERM. Zeitschr. II, p. 254. 4.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

436. *ALAU* *caffer*: oblongus, modice convexus, niger, subnitidus, squamulis piliformibus dilute ochraceis vestitus; antennis palpisque piceis; capite leviter impresso; prothorace oblongo-quadrato, confertim rugoso-punctato, antice medio truncato, utrinque sinuato, postice bi-impresso, dorso parcius squamoso, utrinque ante medium macula oblonga, atra; elytris mediocriter punctato-striatis, nigro-variegatis, interstitiis parum convexis, crebre punctulatis. Long. $26\frac{1}{2}$, lat. $8\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Præcedenti affinis, prothorace longiore, lateribus fere recto, supra evidentius punctato, postice triangulariter non elevato, interstitiis elytrorum parum convexis ab illo distinctus. Caput latitudinè brevius, nigrum, parum nitidum, rugoso-punctatum, squamulis dilute ochraceis sat dense obsitum, supra fere planum, antice leviter impressum, apice truncatum, utrinque rotundatum; palpibus nigro-piceis; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ prothorace dimidio breviores, obtuse serratæ, piceæ, pubescentes. Prothorax latitudinè fere dimidio longior, niger, subnitidus, sat crebre rugoso-punctatus, antice medio truncatus, utrinque sinuatus, angulis anticis prominulis, rotundatis; lateribus mox pone apicem modice rotundatus, dein rectus, postice utrinque sinuatus, lobo medio leviter emarginato, angulis retrorsum prominulis, acuminatis, oblique carinatis; supra modice convexus, dilute ochraceo-squamosus, medio longitudinaliter sat late subdenudatus, utrinque ante medium macula parva, oblonga, atra decoratus, intra basin utrinque

impressus, medio haud elevatus. Scutellum, nonnihil elevatum, supra planum, crebre rugoso-punctatum, silaceo-squamosum, apice rotundatum. Elytra prothorace duplo longiora at ejus basi non latiora, antice singulatum extrorsum oblique truncata, humeris non elevatis, subangulatis; lateribus ultra medium recta, dein apicem versus attenuata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis parum convexis, confertim punctulatis; nigra, squamis pili-formibus dilute ochraceis tecta, parce nigro-fusco variegata, in medio plaga magna, irregulari, obscuriore. Corpus subtus crebre, subtiliter punctulatum, nigrum, subnitidum, parce silaceo-squamosum. Pedes similiter colorati et squamulosi; tarsis piceis.

BHN.

437. *ALAU truncatipennis*: oblongus, modice convexus, niger, subnitidus, silaceo-squamosus, parce atro-variegatus; capite confertim rugoso-punctato; prothorace convexo, antice in medio truncato, utrinque sinuato, lateribus modice rotundato, supra convexo, confertim, medio subtilissime punctulato, late impresso, ante basin triangulariter elevato; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis subconvexis, confertim punctulatis, apice truncatis. Long. 22, lat. $7\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Garietis.

Præcedente nonnihil minor, magis convexus, prothorace medio late impresso, elytris apice truncatis, ab illo mox distinctus. Caput latitudine brevius, nigrum, subnitidum, crebre rugoso-punctatum, squamulis silaceis inæqualiter obsitum, supra fere planum, apice truncatum, utrinque rotundatum; palpis nigro-piceis; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, glaucis, lævibus. Antennæ prothorace dimidio breviores, serratæ, nigrae, sub-opacæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil longior, niger, subnitidus, crebre, dorso subtilissime, remotius

punctulatus, antice medio subtruncatus, utrinque sinuatus, angulis parum prominulis, subobtusis; lateribus in medio nonnihil rotundato-ampliatu, postice bi-sinuatus, supra convexus, inæqualiter, sat dense silaceo-squamosus, parce atro-variegatus, utrinque in medio macula parva, rotunda, distinctiore, atra insignitus, dorso antico late longitudinaliter impressus, medio tenuiter carinatus, ante lobum posticum triangulariter elevatus. Scutellum breve, confertim rugoso-punctatum, parce silaceo-squamosum, antice leviter rotundatum, postice truncatum. Elytra prothorace duplo longiora at ejus basi non latiora, nigra, subnitida, squamulis piliformibus silaceis sat dense obsita, parce, sed in medio, extrorsum, evidentius atro-variegata; antice singulatim introrsum nonnihil producta, extrorsum oblique truncata, humeris non elevatis, subangulatis; lateribus sensim perparum angustata, apice truncata, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis parum convexis, confertim punctulatis. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, squamis silaceis adpersum. Pedes nigri, subnitidi, subtiliter, confertim punctulati, silaceo-squamulosi; tarsi nigro-piceis.

Species tres allatæ a genere *Alao* nonnihil discrepant, antennis prothorace multo brevioribus, scrobe antennarum distincta, etsi brevi. Forte genus proprium.

BHN.

438. *CAMPYLUS* (FISCHER) *longicornis*: elongatus, angustus, paullum convexus, nigro-piceus, subnitidus, parce breviter cinereo-pubescent; antennis longis, tenuibus; capite prothoraceque confertim punctulatis, hoc oblongo-quadrato, ferrugineo, medio obscuriore; elytris confertim punctulatis, tenuiter punctato-striatis; singula vitta lata, longitudinali testacea, basi introrsum arcuata, versus apicem cum opposita conjuncta. Long. 8, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Var. a. dilutior, testaceus, antennis, elytrorum vitta suturali ultra medium continuata margineque exteriori, fuscis.

Habitat in terra Natalensi.

Parvus, gracilis. Caput mediocre, latitudine brevius, nigro-piceum, parum nitidum, parce pubescens, subtiliter, crebre punctulatum, supra paullo convexum; palpis rufotestaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ elytris nonnihil longiores, subtenues, nigro-piceæ, pubescentes. Prothorax oblongo-quadratus, latitudine fere duplo longior, ferrugineus, subnitidus, parce, breviter cinereo-pubescens, medio obscurior, supra convexusculus, confertim punctulatus, antice truncatus, lateribus fere rectus, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio apice leviter rotundato-emarginato, angulis retrorsum prominulis, acuminatis, supra leviter carinatis. Scutellum oblongo-quadratum, confertim punctulatum, piceum, subnitidum, parce pubescens. Elytra prothorace duplo longiora, at ejus basi non latiora, supra convexuscula, parce cinereo-pubescentia, tenuiter punctato-striata, interstitiis convexis, confertim punctulatis; antice singulatim rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus a basi ad apicem sensim perparum attenuata, apice conjunctim rotundata, nigro-picea, singulo in medio vitta lata longitudinali, testacea, ad basin introrsum flexa, ante apicem cum opposita conjuncta. Corpus subtus nigropiceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce cinereo-pubescens. Pedes rufopicei, subnitidi, obsolete punctulati, parce pubescentes.

BHN.

439. *CAMPYLUS misellus*: elongatus, paullo convexus, testaceus, subnitidus, parce, breviter cinereo-pubescens; capite subtilissime, crebre punctulato, medio obscuriore; antennis longis, tenuibus; prothorace oblongo-quadrato, subtilissime, crebre punctulato; elytris tenuiter punctato-

striatis, interstitiis subtilissime, crebre punctulatis. Long. $4\frac{3}{4}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Præcedente dimidio minor, elytris longe ultra medium rectis. Caput magnum, latitudine brevius, testaceum, subtilissime, crebre punctulatum, parce cinereo-pubescentis, supra paullo convexum, medio leviter infuscatum; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennæ elytris nonnihil longiores, subtenuis, rufo-testaceæ, pubescentes. Prothorax oblongo-quadratus, latitudine dimidio longior, testaceus, subnitidus, parce, breviter cinereo-pubescentis, supra convexiusculus, subtilissime, crebre punctulatus, antice truncatus, capite non latior, lateribus fere rectus vel versus basin perparum angustatus, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio parum producto, apice leviter rotundato-emarginato, angulis retrorsum prominulis, acuminatis. Scutellum subtriangulare, testaceum, subnitidum, subtilissime, crebre punctulatum, parce pubescens, supra planum, antice impressum. Elytra prothorace duplo longiora, sed ejus basi non latiora, dilute testacea, parce, breviter cinereo-pubescentia, supra convexiuscula, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, subtilissime, crebre punctulatis; antice singulatim rotundato-producta, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus a basi longe ultra medium recta, dein angustata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtile rufo-testaceum, subnitidum, subtilissime, crebre punctulatum, parce cinereo-pubescentis. Pedes obsolete punctulati, similiter colorati.

BHN.

440. LIMONIUS (ESCHSCH.) *silaceus*: elongatus, leviter convexus, dilute flavo-testaceus, parum nitidus, breviter silaceo-pubescentis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis, hoc latitudine dimidio longiore, posterius sensim angustato; elytris tenuiter, crebre punctato-striatis,

striatis, interstitiis angustis, parum convexis, subtiliter, crebre punctulatis. Long. 8, lat $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura *L. minuti* sed dimidio major. Caput magnum, latitudine brevius, flavo-testaceum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, breviter silaceo-pubescent, supra paullo convexum, apice late rotundatum, leviter reflexo-marginatum; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace longiores, subtenuis, flavo-testaceæ, pubescentes. Prothorax latitudine fere dimidio longior, flavo-testaceus, parum nitidus, pube brevi, depressa, silacea, sat dense obsitus, supra convexiusculus, subtiliter, crebre punctulatus, antice leviter rotundato-emarginatus, capite parum latior, angulis haud prominulis, obtusis; lateribus subrectus, basin versus nonnihil angustatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis modice productis, acuminatis; intra basin utrinque obsolete impressus. Scutellum subcordatum, flavo-testaceum, obsolete punctulatum, silaceo-pubescent. Elytra prothorace plus quam duplo longiora at ejus basi paullo latiora, flavo-testacea, parum nitida, sat dense silaceo-pubescentia, supra paullo convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis haud convexis, subtiliter, crebre punctulatis; antice singulatim leviter rotundata, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus sensim perparum angustata, apice conjunctim subrotundata. Corpus subtus flavo-testaceum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, breviter et parce silaceo-pubescent. Pedes similiter colorati, obsolete punctulati.

BHN.

441. ATRACTODES (GERMAR) *collaris*: elongatus, paullum convexus, niger, nitidus, parce griseo-pubescent; palpis prothoraceque rufo-testaceis, hoc subremote, parum profunde punctato, versus basin sensim oblique ampliato,

angulis posticis retrorsum productis, acutis; elytris mediocriter, sat crebre punctato-striatis; interstitiis subconvexis, transversim rugulosis. Long. 10, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput latitudine nonnihil brevius, nigrum, subnitidum, fere glabrum, rude, sat crebre punctatum, supra fere planum, apice late rotundatum; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennæ capite cum prothorace vix longiores, nigro-piceæ, obtuse serratæ, parce pubescentes, articulo ultimo dilutiori. Prothorax latitudine vix longior, rufo-testaceus, subnitidus, remote, mediocriter punctatus, parce griseo-pubescentis, supra modice convexus, antice leviter infuscatus, ante basin utrinque obsoletius, medio evidenter impressus, apice leviter rotundato-emarginatus, angulis parum productis, obtusis; lateribus ab apice usque ad basin sensim perparum oblique ampliatus, postice subtruncatus, angulis retrorsum prominulis, acuminatis, supra leviter carinatis. Scutellum ovatum, nigrum, subnitidum, punctulatum, supra planum, parce pubescens, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora, at ejus basi non latiora, nigra, subnitida, parce griseo-pubescentia, supra convexiuscula, mediocriter, sat crebre punctato-striata, interstitiis subconvexis, transversim leviter rugosis; antice singulatim parum rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus ultra medium parum angustata, dein apicem versus sensim attenuata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus nigrum, nitidum, sat crebre, mediocriter punctatum, parce griseo-pubescentis. Pedes nigri, nitidi, obsolete punctulati, parce pubescentes; unguiculis dilute ferrugineis.

BHN.

442. *CARDIOPHORUS* (ESCHSCH.) *byssinus*: elongatus, paululum convexus, fuscus, parum nitidus, dense griseo-pubescentis; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; pro-

thorace latitudine longiore, confertim, subtilissime punctulato, angulis posticis retrorsum parum prominulis, acuminatis; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis parum convexis, obsolete, crebre punctulatis. Long. $12\frac{1}{2}$ —15, lat. 3— $3\frac{3}{4}$ millim.

Var. a. tibiis fuscis.

Var. b. pedibus totis, basi femorum excepta, fuscis.

Habitat in terra Natalensi.

Caput latitudine nonnihil brevius, subtilissime, confertim punctulatum, fuscum, dense griseo-pubescentis, supra paullo convexum, antice rotundatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace fere sesquilongiores, subtenuis, flavo-testaceæ, pubescentes, basi obscuriores. Prothorax latitudine nonnihil longior, fusco-ferrugineus, parum nitidus, dense griseo-pubescentis, supra modice convexus, subtilissime, crebre punctulatus, antice subtruncatus, utrinque leviter sinuatus, angulis parum prominulis, obtusis, lateribus in medio nonnihil rotundato-amplius, postice utrinque leviter sinuatus, medio parum profunde emarginatus, intra basin utrinque transversim impressus, angulis posticis retrorsum modice prominulis, acutis. Scutellum mediocre, subcordatum, fusco-ferrugineum, subtilissime punctulatum, antice in medio impressum, apice acuminatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora, at ejus basi non latiora, fusco-ferruginea, parum nitida, dense breviter griseo-pubescentia, supra paullum convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis leviter convexis, obsolete, crebre punctulatis; singula antice rotundato-producta, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus ultra medium recta, dein apicem versus attenuata, apice subacuminata, antice tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus fuscum, subnitidum, subtilissime, creberrime punctulatum, pube densa, depressa, brevi, cinerea obsitum. Pedes flavo-testacei, subtilissime punctulati, parce pubescentes.

BHN.

443. *CARDIOPHORUS convexicollis*: elongatus, paululum convexus, niger, nitidus, breviter griseo-pubescentis; antennis, palpis pedibusque piceis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis, hoc latitudine non longiore, convexo, posterius nonnihil angustato, angulis posticis parum productis, apice obtusis; elytris tenuiter punctato-striatis, striis ad basin profundioribus, interstitiis paullo convexis, subtiliter crebre punctulatis. Long. 10, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput latitudine brevius, nigrum, parum nitidum, crebre punctatum, parce pubescens, supra paullo convexum, antice late rotundatum, tenuiter reflexo-marginatum; palpis piceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ longitudine capitis cum prothorace, tenues, ferruginæ, parce pilosæ. Prothorax latitudine non longior, niger, subnitidus, parce, breviter griseo-pubescentis, parum profunde, crebre punctulatus, supra valde convexus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum non prominulis, obtusis, lateribus mox pone apicem citius rotundato-ampliatus, versus basin nonnihil angustatus, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio truncato, angulis retrorsum modice productis, apice subtruncatis, supra carinatis; intra basin transversim impressus. Scutellum subcordatum, nigrum, subnitidum, obsoletissime punctulatum, tenuiter pubescens, antice impressum. Elytra prothorace plus duplo longiora at ejus basi haud latiora, nigra, nitida, breviter griseo-pubescentia, supra convexiuscula, tenuiter, versus basin profundius, punctato-striata, interstitiis parum convexis, subtiliter, crebre punctulatis; antice singulatim leviter rotundata, humeris vix elevatis, rotundatis; lateribus longe ultra medium recta, dein angustata, apice conjunctim rotundata, antice tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, subnitidum,

breviter griseo-pubescentis; segmentis abdominis apice ferrugineis. Pedes picei, subnitidi, obsolete punctulati, parce pubescentes.

BHN.

444. *CARDIOPHORUS vetustus*: elongatus, paullum convexus, nigro-piceus, parum nitidus, griseo-pubescentis, subtus ferrugineus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; hoc modice convexo, latitudine vix longiore, posterius nonnihil angustato, angulis retrorsum paullum productis, acuminatis; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis subtiliter, confertim punctulatis, basi et sutura ferrugineis. Long. 10, lat. 3 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Magnitudo *C. convexicollis* aliter coloratus, prothorace minus convexo. Caput mediocre, latitudine brevius, nigro-piceum, parum nitidum, parce griseo-pubescentis, crebre punctulatum, postice rugosum, supra modice convexum, apice rotundatum, reflexo-marginatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ subtenues, flavo-testaceæ. Prothorax latitudine haud longior, nigro-piceus, parum nitidus, breviter griseo-pubescentis, supra modice convexus, subtiliter, crebre punctulatus, antice leviter rotundato-emarginatus, tenuiter marginatus, angulis nonnihil prominulis, obtusis; lateribus mox pone apicem subito rotundato-ampliatus, pone medium versus basin sensim angustatus, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio subtruncato; intra basin transversim impressus, angulis posticis retrorsum paullum productis, acuminatis. Scutellum mediocre, subcordatum, fusco-ferrugineum, subtiliter punctulatum, breviter griseo-pubescentis, medio impressum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora, at ejus basi non latiora, dense, breviter griseo-pubescentia, antice singulatim rotundato-producta, humeris non ele-

vatis, rotundatis; mox pone basin sensim nonnihil ampliata, dein recta, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, tenuiter, anterieus evidenter, punctato-striata, interstitiis parum convexis, subtiliter, crebre punctulatis, nigro-picea, parum nitida, basi, sutura, margineque antico inflexo, ferrugineis. Corpus subtus ferrugineum, subnitidum, subtilissime, crebre punctulatum, breviter griseo-pubescent. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati, parce pubescentes.

BHN.

445. *CARDIOPHORUS histrio*: oblongus, paulum convexus, niger, subnitidus, breviter griseo-pubescent; antennis, palpis pedibusque piceis; capite prothoraceque subtilissime punctulatis, hoc convexo, postice rufo-testaceo; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis subtilissime, crebre punctulatis; singulo elythro maculis duabus sat magnis, transversis, flavescens, una ante et altera pone medium. Long. 6—7, lat. 2 millim.

Cardiophorus histrio. ERICHSON Germ. Zeitschr. II, p. 287. 12.

Var. a. prothorace toto nigro.

Habitat in Caffraria tota.

BHN.

446. *CARDIOPHORUS binotatus*: oblongus, modice convexus, niger, subnitidus, tenuiter fusco-pubescent; antennis, mandibulis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque convexo subtiliter, crebre punctulatis; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis parum convexis, subtiliter, crebre punctulatis; singulo macula sat magna, humerali, subquadrata, rufo-testacea. — Long. $4\frac{3}{4}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Statura fere præcedentis, sed multo minor. Caput mediocre, latitudine brevius, nigrum, subnitidum, parce pubescent, subtiliter, crebre punctulatum, supra paullo convexum, apice rotundatum; mandibulis palpisque flavo-

testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace nonnihil longiores, subtenuës, rufo-ferrugineæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine vix longior, supra convexus, niger, subnitidus, subtiliter, crebre punctulatus, tenuiter fusco-pubescentis, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, obtusis; mox pone apicem rotundato-ampliatus, versus basin nonnihil angustatus, postice utrinque leviter sinuatus, intra basin transversim leviter bi-impessus, lobo medio apice leviter rotundato-emarginato, angulis retrorsum modice prominulis, acutis; subtus ad basin rufo-testaceo-marginatus. Scutellum cordatum, obsolete punctulatum, nigrum, subnitidum, parce pubescens, antice leviter impressum. Elytra prothorace vix duplo longiora, at ejus basi fere angustiora, singula antice leviter rotundato-producta, humeris rotundatis, vix elevatis; lateribus pone basin nonnihil ampliata, infra medium sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis parum convexis, subtiliter, crebre punctulatis; nigra, subnitida, tenuiter, breviter fusco-pubescentia, singulo ad basin extrorsum macula sat magna, subquadrata, rufo-testacea. Corpus subtus nigro-piccum, subnitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, breviter pubescens. Pedes flavo-testacei, subnitidi, obsolete punctulati, vix pubescentes.

BHN.

447. *CARDIOPHORUS suturalis*: elongatus, paullum convexus, testaceus, subnitidus, breviter griseo-pubescentis; antennis, palpis pedibusque dilutioribus; capite prothoraceque subtiliter, confertim punctulatis, hoc latitudine parum longiore; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis obsolete, crebre punctulatis, vitta suturali lata, communi, ante apicem desinente, margineque anguste fuscis. Long. 8, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariëpis.

C. histrione nonnihil longior. Caput mediocre, latitudine nonnihil brevius, testaceum, parum nitidum, parce pubescens, supra paullum convexum, subtilissime, crebre punctulatum, apice rotundatum, tenuiter reflexo-marginatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, lævibus. Antennæ capite cum prothorace sesquilongiores, subtenuēs, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil longior, testaceus, parum nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, parce breviter griseo-pubescens, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis parum prominulis, obtusis; lateribus mox pone apicem modice rotundato-amplius, infra medium versus basin nonnihil angustatus, postice utrinque leviter bi-sinuatus, lobo medio parum profunde rotundato-emarginatus, postice utrinque tenuiter, breviter carinatus, angulis retrorsum modice productis, acutis. Scutellum subcordatum, testaceum, parum nitidum, subtilissime punctulatum, breviter griseo-pubescens, medio impressum. Elytra prothorace duplo longiora, at ejus basi non latiora, breviter griseo-pubescentia, supra convexiuscula, tenuiter punctato-striata, interstitiis paullo convexis, obsolete, crebre punctulatis; testacea, subnitida, vitta sat lata suturali, communi, apicem versus attenuata, ante apicem desinente margineque anguste fuscis. Corpus subtus testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, breviter griseo-pubescens. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati, parce pubescentes.

BHN.

448. *CARDIOPHORUS præmorsus*: elongatus, paullum convexus, breviter griseo-pubescens, supra fusco-piceus, subtus rufo-testaceus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis, hoc latitudine longiore, posterius nonnihil angustiore; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis subconvexis, subtiliter, crebre punctulatis, callo humerali, sutura margineque rufo-testaceis. Long. $7\frac{3}{4}$, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Magnitudo et fere statura *C. suturalis*. Caput mediocre, latitudine nonnihil brevius, fusco-piceum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescentis, supra paullo convexum, apice rotundatum, dilutius; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace sesquolongiores, subtenues, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine longior, fusco-piceus, subnitidus, breviter griseo-pubescentis, supra modice convexus, subtiliter, crebre punctulatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis paullo productis, obtusis; lateribus mox pone apicem rotundato-ampliatus, infra medium, basin versus, sensim angustatus, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio subtruncato, angulis retrorsum productis, apice acuminatis; basi utrinque breviter, tenuiter carinatus. Scutellum cordatum, fusco-ferrugineum, subnitidum, obsolete punctulatum, parce pubescens, medio impressum. Elytra prothorace duplo longiora, at ejus basi non latiora, parce, breviter griseo-pubescentia, antice singulatim leviter rotundato-producta, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus longe ultra medium recta, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, mediocriter punctato-striata, interstitiis paullo convexis, subtiliter, crebre punctulatis; fusco-picea, subnitida, basi, callo humerali, sutura margineque anguste rufo-testaceis. Corpus subtus rufo-testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, breviter griseo-pubescentis. Pedes flavo-testacei, subnitidi, obsolete punctulati, parce pubescentes. BHN.

449. *CARDIOPHORUS seriesetulosus*: elongatus, modice convexus, niger, subnitidus, parce cinereo-pubescentis; palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque crebre, sat profunde punctatis, hoc latitudine vix longiore, anterie nonnihil angustiore; elytris mediocriter

punctato-striatis, interstitiis paullo convexis, evidenter punctulatis, breviter subseriatim albido-setulosis. Long. $7\frac{1}{2}$ —9, lat. $2\frac{1}{4}$ — $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

C. suturali non major, magis convexus, antennis brevioribus, crassioribus. Caput latitudine nonnihil brevius, nigrum, subnitidum, parce cinereo-pubescent, supra paullum convexum, mediocriter, crebre, sat profunde punctatum, inter oculos leviter impressum, apice rotundatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace parum longiores, minus tenues, piceæ, parce pubescentes, articulis 4—10 brevioribus, latioribus, subtriangularibus, ultimo oblongo, acuminato. Prothorax latitudine parum longior, niger, subnitidus, parce cinereo-pubescent, supra convexus, crebre, mediocriter, sat profunde punctatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis parum productis, obtusis; lateribus ab apice ad medium sensim perparum rotundato-ampliatus, dein subrectus, postice leviter bi-sinuatus, lobo medio lato, apice subtruncato, angulis retrorsum modice productis, acuminatis, apice nonnihil inflexis; basi transversim impressus. Scutellum ovatum, confertim punctulatum, nigrum, subnitidum, parce cinereo-pubescent. Elytra prothorace plus quam duplo longiora, sed ejus basi haud latiora, nigra, subnitida, antice singula rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus a basi fere ad apicem recta, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis sub-convexis, evidenter punctulatis, setulis brevibus, albidis, subseriatis obsitis. Corpus subtus nigrum, magis nitidum, sat crebre, mediocriter punctulatum, parce cinereo-pubescent. Pedes rufotestacei, nitidi, parce cinereo-pubescentes. BHN.

450. *CARDIOPHORUS bivittatus*: elongatus, modice convexus, fusco-piceus, subnitidus, breviter griseo-pubescent;

antennis fusco-testaceis; mandibulis, palpis pedibusque dilute flavis; capite prothoraceque obsolete, crebre punctulatis, hoc latitudine nonnihil longiore, angulis posticis apice rufescentibus; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis paullum convexis, crebre punctulatis, singulo vitta longitudinali, flavo-testacea, ante apicem desinente. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in terra Natalensi.

E minoribus. Caput mediocre, latitudine nonnihil brevius, fusco-piceum, nitidum, obsolete, crebre punctulatum, parce griseo-pubescentem, apice late rotundatum, reflexo-marginatum, dilutius; mandibulis palisque dilute flavis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace sesquilingiores, subtenuis, fusco-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine paullo longior, supra convexus, fusco-piceus, nitidus, obsolete, confertim punctulatus, breviter griseo-pubescentem, apice leviter rotundato-emarginatus, antice posticeque nonnihil angustatus, lateribus in medio paullum rotundato-ampliatum, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio parum producto, apice truncato, angulis retrorsum modice prominulis, acuminatis, rufescentibus, intra basin utrinque breviter, tenuiter carinatus. Scutellum subcordatum, fusco-piceum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum, medio impressum. Elytra prothorace duplo longiora, at ejus basi non latiora, tenuiter griseo-pubescentia, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis paullum convexis, subtiliter, crebre punctulatis; fusco-picea, subnitida, singula, non procul a sutura, vitta longitudinali, sat lata, flavo-testacea, ante apicem desinente; antice singulatim leviter rotundato-producta, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus mox pone basin paullo ampliata, dein recta, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus fusco-piceum, subtiliter, crebre punctu-

latum, parce griseo-pubescens, medio interdum longitudinaliter ferrugineum. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati, parce pubescentes.

BHN.

451. *CARDIOPHORUS carinicollis*: elongatus, modice convexus, fusco-ferrugineus, parum nitidus, breviter griseo-pubescens; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis, hoc latitudine vix longiore, basi breviter tricarinato; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis leviter convexis, subtiliter, crebre punctulatis. Long. $5\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat circa fluvium Gariep.

Magnitudo et fere statura *C. bivittati*. Caput mediocre, latitudine nonnihil brevius, fusco-ferrugineum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescens, supra paullo convexum, apice rotundatum, dilutius; mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, subtenuis, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine parum longior, fusco-ferrugineus, subtiliter, crebre punctulatus, tenuiter griseo-pubescens, supra modice convexus, ad basin tenuiter, breviter tricarinatus, carinula media magis elevata; apice leviter rotundato-emarginatus, antice posticeque nonnihil angustatus, lateribus paullo rotundato-amplius, basi utrinque leviter sinuatus, lobo medio parum producto, apice truncato; angulis posticis retrorsum modice prominulis, apice obtusis. Scutellum subcordatum, fusco-ferrugineum, parum nitidum, obsolete punctulatum, tenuiter pubescens. Elytra prothorace duplo longiora et ejus basi non latiora, fusco-ferruginea, parum nitida, breviter, tenuiter griseo-pubescens, supra modice convexa, mediocriter, crebre punctato-striata, interstitiis subconvexis, subtiliter, crebre punctulatis; antice singulatim leviter

rotundato-producta, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus mox infra basin nonnihil ampliata, dein recta, apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus rufo-ferrugineum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescent. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati, breviter pubescentes. BHN.

452. OOPHORUS (ESCHSCH.) *flavonotatus*: elongatus, modice convexus, breviter griseo-pubescent, supra fuscus, subtus rufo-testaceus; antennis, palpis pedibusque dilutioribus; capite prothoraceque sat crebre punctulatis, hoc latitudine longiore, angulis posticis retrorsum productis, acuminatis, lobo medio elevato, carinæformi; elytris mediocriter striatis, interstitiis subtiliter, sat crebre granulatis; singulo elytro maculis octo elongatis, flavo-testaceis. Long. 6, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Individuis majoribus *Cryptohypni pulchelli* æqualis. Caput latitudine nonnihil brevius, fuscum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescent, supra paullo convexus, medio leviter impressum, antice rotundatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace nonnihil breviores, subtenues, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine longior, fuscus, parum nitidus, pube sat densa, depressa, grisea obsitus, supra modice convexus, parum profunde, sat crebre punctulatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, obtusis; mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatum, dein lateribus rectus, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio elevato, carinæformi, angulis retrorsum productis, acutis, supra tenuiter carinatis. Scutellum oblongo-quadratum, fuscum, subopacum, obsolete, crebre punctulatum, griseo-pubescent. Elytra prothorace dimidio

longiora, at ejus basi non latiora, pube densa, depressa, grisea obsita, antice singulatim rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus mox pone basin nonnihil ampliata, dein recta, apicem versus angustata, apice conjunctim subrotundata, supra modice convexa, fusca, parum nitida, mediocriter striata, striis obsolete punctatis, interstitiis planis, sat crebre; subtiliter granulatis; singulo elytro maculis octo flavo-testaceis insignito, nempe duabus non longe a basi, in interstitiis 2 et 4, elongatis, tertia a basi magis remota, laterali longiore, duabus ante et binis pone medium minoribus, oblique positis, oblongis et una longe ante apicem in medio disci, subquadrata. Corpus subtus rufo-testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-pubescentens. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati; parce pubescentes.

BHN.

453. *OOPHORUS effusus*: elongatus, modice convexus, rufo-testaceus, subnitidus, tenuiter griseo-pubescentens; capite fusco prothoraceque oblongo confertim, subtiliter punctulatis, hoc medio plagaque laterali fuscis; elytris mediocriter punctato-striatis, singulo vitta sat lata, ultra medium continuata, maculaque oblonga apicali, flavo-testaceis. Long. 4, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Statura præcedentis, dimidio tamen minor. Caput latitudine nonnihil brevius, fuscum, subnitidum, supra convexiusculum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescentens, apice rotundatum; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Prothorax latitudine longior, antice posticeque nonnihil angustatus, apice leviter rotundato-emarginatus, angulis haud prominulis, obtusis; lateribus mediis paullo rotundato-ampliatus, basi leviter bi-sinuatus, lobo medio nonnihil elevato, angulis retrorsum productis, acuminatis;

supra modice convexus, subtiliter, sat crebre punctulatus, pube brevi, depressa, grisea adpersus, rufo-testaceus, subnitidus, dorso longitudinaliter, plagaque utrinque laterali, oblonga, utrinque abbreviata, fuscis. Scutellum ovatum, rufo-testaceum, subtiliter punctulatum, tenuiter pubescens. Elytra prothorace dimidio longiora, at basi ejus non latiora, griseo-pubescentia, antice singulatim rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus pone basin perparum ampliata, dein recta, apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, fusca, subnitida, mediocriter punctato-striata, interstitiis subplanis, subtiliter, confertim punctulatis; singulo vitta sat lata, longitudinali, a basi ultra medium continuata, maculaque apicali oblonga, flavo-testaceis. Corpus rufo-testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter pubescens. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati, parce pubescentes.

BHN.

454. CRATONYCHUS (DEJEAN) *africanus*: elongatus, paullum convexus, niger, nitidus, parce griseo-pubescentis; palpis antennisque piceis, illis basi apiceque ferrugineis; capite confertim, profunde punctato, antice utrinque impresso; prothorace latitudine parum longiore, minus crebre, sat profunde punctato; elytris mediocriter punctato-striatis, punctis striarum parum profundis, oblongis, interstitiis sub-remote punctulatis. Long. 13, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

Caput mediocre, latitudine nonnihil brevius, nigrum, subnitidum, profunde, crebre punctatum, parce griseo-pubescentis, antice utrinque impressum, apice late rotundatum; palpis piceis, basi apiceque rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ vix longitudine prothoracis, piceæ, parce pubescentes, articulis 4—11 apice dilutioribus. Prothorax latitudine

paullo longior, niger, nitidus, parce griseo-pubescentia, minus crebre, sat profunde punctatus, supra modice convexus, prope basin utrinque transversim impressus, antice vix rotundato-emarginatus, angulis haud productis, obtusis; lateribus, ab apice, basin versus sensim oblique amplius, postice leviter bi-sinuatus, angulis retrorsum productis, acuminatis, supra carinatis, carinula anterie nonnihil continuata. Scutellum rotundatum, nigrum, nitidum, obsolete punctulatum, supra planum, antice impressum, apice leviter emarginatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora sed ejus basi non latiora, nigra, nitida, parce griseo-pubescentia, supra convexiuscula, mediocriter punctato-striata, punctis striarum parum profundis, oblongis, minus crebris, interstitiis subplanis, subtiliter, subremote punctulatis; antice singulatim leviter rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus a basi ad apicem sensim perparam attenuata, apice conjunctim rotundata, antice tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus nigrum, nitidum, mediocriter, sat crebre punctatum, parce griseo-pubescentia. Pedes nigro-picei, nitidi, obsolete punctulati, parce griseo-pubescentes.

BHN.

455. DIACANTHUS (LATR.) *viduus*: oblongus, paullum convexus, niger, subnitidus, pube brevissima, grisea adspersus; capite mediocriter rugoso-punctato, antice impresso, rotundato; prothorace latitudine paullo breviora, parum profunde, minus confertim, extrorsum crebrius punctato, lateribus reflexo-marginato; elytris sat crebre punctulatis, tenuiter striatis; unguiculis dilute ferrugineis. Long. 17—19½, lat. 5½—6½ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Caput latitudine nonnihil brevius, nigrum, subnitidum, sat crebre, mediocriter rugoso-punctatum, parce breviter,

breviter, griseo-pubescentis, supra paullo convexum, antice leviter impressum, apice late rotundatum; oculis rotundatis, modice convexis, lævibus, nigro-fuscis. Antennæ capite cum prothorace longiores, nigrae, opacæ, serratae, articulis tribus primis tenuioribus, nitidis, ultimo parvo, ovato. Prothorax latitudine paullo brevior, modice convexus, niger, subnitidus, parce breviter griseo-pubescentis, parum profunde, minus crebre, extrorsum confertim punctatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis parum prominulis, fere rectis; lateribus reflexo-marginatus, ultra medium sensim ampliatus, dein fere rectus, postice subtruncatus, angulis retrorsum modice prominulis, acutis, supra carinatis. Scutellum mediocre, punctatum, nigrum, subnitidum, parce pubescens, supra leviter impressum, apice rotundatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et ejus basi non latiora, nigra, subnitida, paullum convexa, subtiliter, crebre punctulata, tenuiter striata, breviter griseo-pubescentia, singula antice leviter rotundato-producta, humeris vix elevatis, rotundatis; lateribus a basi apicem versus sensim nonnihil angustata, apice conjunctim rotundata, tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, breviter griseo-pubescentis, segmento penultimo apice in medio testaceo-marginato. Pedes nigri, subnitidi, subtiliter, crebre punctulati, griseo-pubescentes; unguiculis dilute ferrugineis.

BHN.

456. PRISTILOPHUS (LATR.) *attenuatus*: elongatus, modice convexus, niger, subnitidus, squamis piliformibus cinereis sat dense obsitus; palpis tarsisque ferrugineis; prothorace latitudine longiori, confertissime rugoso-granulato, medio obsolete canaliculato, lateribus subrecto, angulis posticis retrorsum productis, apice subobtusis; elytris subtiliter, confertim punctulatis, mediocriter striatis. Long. $14\frac{1}{2}$, lat. $4\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Caput mediocre, supra planum, crebre, mediocriter rugoso-punctatum, nigrum, subnitidum, squamis depressis, cinereis obsitum, antice transversim impressum; palpis ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennæ nigræ, parce pubescentes. Prothorax latitudine longior, modice convexus, niger, sub-nitidus, confertissime rugoso-granulatus, squamis parvis, depressis, piliformibus, cinereis obsitus, medio canalicula longitudinali, obsoleta impressus; antice leviter rotundato-emarginatus, angulis haud productis, obtusis; mox pone apicem paullo rotundato-ampliatum, dein lateribus fere rectum vel perparum oblique ampliatum, postice leviter bisinuatum, angulis retrorsum valde prominulis, apice subobtusis, supra carinatis, carinula prope marginem antrorsum fere ad medium continuata. Scutellum rotundatum, nigrum, subnitidum, punctulatum, parce cinereo-pubescentem, supra planum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora, at ejus basi non latiora, nigra, subnitida, squamulis piliformibus, depressis, cinereis adspersa, supra paululum convexa, subtiliter, crebre punctulata, mediocriter striata, striis obsolete punctatis; singula antice rotundato-producta, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus a medio apicem versus attenuata, apice sub-acuminata, tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus nigrum, nitidum, subtiliter, confertim punctulatum, squamulis cinereis adpersum. Pedes similiter colorati et punctati; tarsi ferrugineis.

BHN.

457. *PRISTILOPHUS rubripennis*: elongatus, modice convexus, nigro-piceus, subnitidus, squamis parvis, piliformibus, albidis adpersus; prothorace latitudine longiori, piceo, confertissime punctato, medio tenuiter canaliculato, basin versus sensim oblique ampliato, angulis posticis retrorsum productis, apice subobtusis; elytris rufo-ferrugineis, confertim punctulatis, medio-

riter striatis, striis parum profunde punctatis. Long. $13\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

Staturà omnino *P. attenuati*, sed nonnihil minor, aliter coloratus. Caput mediocre, supra planum, crebre rugoso-punctatum, nigro-piceum, subnitidum, squamis parvis, piliformibus, parce adpersum, antice utrinque leviter impressum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ capite cum prothorace longiores, subtenues, nigro-piceæ, pubescentes. Prothorax latitudine longior, rufo-piceus, subnitidus, squamulis parvis, albidis adpersus, supra modice convexus, confertissime, mediocriter punctatus, ante basin impressus, medio tenuiter longitudinaliter canaliculatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis haud productis, obtusis; mox pone apicem paullo rotundato-ampliatus, dein lateribus fere rectus vel perparum oblique ampliatus, postice leviter bi-sinuatus, lobo medio rotundato-emarginato; angulis retrorsum valde productis, apice subobtusis, supra uncarinatis, carinula prope marginem antrorsum fere ad medium continuata. Scutellum rotundatum, nigro-piceum, subnitidum, punctulatum, parce pubescens, supra planum, apice utrinque oblique truncatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora at ejus basi non latiora, rufo-ferruginea, subnitida, squamulis parvis, piliformibus, albidis adpersa, supra paullum convexa, subtiliter, crebre punctulata, mediocriter striata, striis parum profunde punctatis; antice, singula rotundato-producta, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus a medio apicem versus sensim attenuata, apice subacuminata, extrorsum tenuiter reflexo-marginata. Corpus subtus nigropiceum, nitidum, subtiliter, confertim punctulatum, squamulis minutissimis, albidis adpersum. Pedes nonnihil dilutiores, crebre punctulati, parce pubescentes; unguiculis rufo-ferrugineis.

BHN.

458. LACON (LAPORTE) *amplicollis*: ovatus, modice convexus, squamulis parvis, albidis adpersus, supra nigro-piceus, subnitidus; antennis, palpis corporeque subtus rufo-ferrugineis; capite prothoraceque profunde, sat crebre punctatis, hoc magno, medio canaliculato, angulis posticis non productis, rectis; elytris oblongo-triangularibus, mediocriter punctato-striatis, interstitiis planis, minus crebre punctulatis. Long. $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{2}$, lat. 3 — $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura lata, prothoraceque magno a reliquis hujus generis distinctus. Caput rotundatum, latitudine brevius, nigro-piceum, sub-opacum, crebre, sat profunde punctatum, squamulis parvis, griseis adpersum, supra fere planum; palpis rufo-testaceis; oculis parum convexis, nigris, nitidis, maxima partem sub prothorace occultatis. Antennæ ultra prothoracis medium pertingentes, subtenues, rufo-ferrugineæ, in scrobe profunda sæpe receptæ. Prothorax amplus, latitudine nonnihil brevior, nigro-piceus, subnitidus, supra convexus, sat profunde et crebre, dorso remotius et subtilius, punctatus, squamulis parvis, albidis adpersus, medio longitudinaliter, tenuiter canaliculatus, mox pone apicem fere ad medium citius rotundato-amplius, dein ad basin subrectus, postice truncatus, lobo medio parum producto, apice truncato, angulis retrorsum non prominulis, rectis, marginibus ferrugineis. Scutellum sat latum, breve, nigro-piceum, opacum, obsolete punctulatum, parce albido-squamosum, apice rotundatum. Elytra oblongo-triangularia, prothorace vix dimidio longiora, at antice basi ejus non angustiora, nigro-picea, parum nitida, squamulis parvis, albidis adpersa, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis planis, minus crebre, evidenter punctulatis; antice fere truncata, in medio haud producta, humeris non elevatis, subangulatis; mox pone basin sensim

oblique nonnihil ampliata, dein apicem versus citius angustata, apice conjunctim subrotundata. Corpus subtus ferrugineum, sat crebre et profunde punctatum, squamulis parvis, albidis sat dense adpersum. Pedes rufoferruginei, subtiliter, crebre punctulati, parce albidosquamulosi.

BHN.

459. *LACON pænulatus*: oblongo-ovatus, modice convexus, squamis parvis griseis adpersus, supra nigro-piceus, subopacus; antennis, palpis corporeque subtus rufoferrugineis; capite prothoraceque mediocriter, sat crebre punctatis, hoc latitudine fere longiore, lateribus tenuiter crenulato, a basi versus apicem subrecto, dein angustato, angulis retrorsum nonnihil prominulis; scutello elevato; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis vix punctulatis, subseriatim squamulosis. Long. 5, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Præcedente nonnihil brevior et multo angustior, prothorace paullo longiore, scutello elevato, ab illo facile distinguendus. Caput mediocre, subrotundatum, nigropiceum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, squamulis griseis vel brunneis dense adpersum, supra paullum convexum, apice late rotundatum; palpis rufoferrugineis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris, nitidis, lævibus, maxima partem sub prothorace occultatis. Antennæ ultra prothoracis medium pertingentes, subtenues, rufoferrugineæ, in scrobe obliqua receptæ. Prothorax latitudine longior, nigro-piceus, parum nitidus, squamulis parvis, griseis dense adpersus, supra convexiusculus, minus profunde, sat crebre punctatus, antice rotundato-emarginatus, angulis antrorsum nonnihil prominulis, obtusis; lateribus obsolete crenulatus, mox pone apicem nonnihil ampliatus, dein subrectus, ante basin leviter sinuatus, postice utrinque subsinuatus, lobo medio

lato, parum producto, apice leviter rotundato-emarginato, angulis retrorsum modice prominulis, acuminatis. Scutellum breve, elevatum, nigro-piceum, subopacum, rugoso-punctatum, griseo-squamulosum. Elytra prothorace vix dimidio longiora, at basi ejus non latiora, nigropicea, subopaca, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis parum convexis, sublævibus, squamis parvis, suberectis, griseis seriatim obsitis; antice singula rotundato-producta, humeris non elevatis, angulatis; lateribus recta, pone medium angustata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus ferrugineum vel piceum, parum nitidum, sat crebre, mediocriter punctatum, squamulis griseis parce adpersum. Pedes rufo-ferruginei, crebre punctulati, parce albido-setulosi.

BHN.

460. *LACON parvus*: oblongus, modice convexus, nigropiceus, parum nitidus, squamis parvis, piliformibus, albis parce adpersus; antennis, palpis, pedibusque totis, segmentis abdominis apice ferrugineis; capite antice truncato; prothorace sat profunde, minus crebre punctato, anterieus subito angustato, postice subtruncato, angulis retrorsum parum prominulis, supra densius albo-squamosis; scutello oblongo-quadrato, apice acuminato; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis subplanis, seriatim punctulatis, callo humerali obscure ferrugineo. Long. 5, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

Præcedente vix longior sed angustior; prothorace brevior, profundius, remotius punctato, anterieus citius angustato, angulis posticis retrorsum minus productis, scutello non elevato, ut et colore ab illo bene distinctus. Caput latitudine brevius, nigro-piceum, subopacum, sat crebre punctatum, squamulis parvis, albidis parce adpersum, supra parum convexum, apice truncatum, utrinque rotundatum; palpis ferrugineis; oculis rotundatis, parum

convexis, nigris, nitidis, lævibus. Antennæ ultra prothoracis medium pertingentes, subtenues, ferrugineæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine parum brevior, nigropiceus, sub-opacus, minus crebre, sat profunde punctatus, supra modice convexus, squamis parvis, piliformibus, ad angulis posticis magis condensatis, parce adpersus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis parum prominulis, obtusis; lateribus mox pone apicem citius rotundato-amplius, basin versus leviter sinuatus, postice subtruncatus, medio leviter rotundato-emarginatus, angulis posticis retrorsum parum productis, acuminatis, obscure ferrugineis. Scutellum oblongo-quadratum, confertim punctulatum, piceum, subopacum, parce squamulosum, apice acuminatum, utrinque oblique truncatum. Elytra prothorace fere duplo longiora, at basi ejus non latiora, antice singula leviter rotundato-producta, humeris non elevatis, obtuse angulatis; lateribus ultra medium recta, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim subrotundata, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis planis, seriatim, antice evidenter punctulata, nigro-picea, subopaca, squamulis raris, albidis adpersa, callo humerali margineque infra medium obscure ferrugineis. Corpus subtus piceum, subnitidum, mediocriter, sat crebre punctulatum, breviter, parce cinereo-pubescentis; segmentis abdominis apice ferrugineo-marginatis. Pedes ferruginei, crebre punctulati, parce pubescentes.

BHN.

461. LACON *decipiens*: oblongus, modice convexus, parce griseo-squamulosus, supra piceus, subopacus, subtus, antennis, palpisque rufo-ferrugineis; capite prothoraceque sat crebre, mediocriter punctatis, hoc latitudine nonnihil longiore, antice posticeque paullo angustato, lateribus tenuiter marginato, angulis posticis retrorsum parum productis; scutello non elevato, subquadrato; elytris crebre, mediocriter punctato-striatis,

interstitiis angustis, leviter costatis. Long. 5, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

L. pænulato proximus, illi longitudine æqualis sed angustior, prothorace lateribus tenuiter marginatis, non crenulatis, scutello haud elevato, elytris crebre, evidentius punctato-striatis, interstitiis angustis, medio leviter costatis, ab illo distinctus. Caput latitudine parum brevius, piceum, subopacum, mediocriter, crebre punctatum, squamulis parvis, griseis adpersum, supra paullum convexum, apice truncatum, medio tenuiter longitudinaliter canaliculatum; palpis ferrugineis; oculis parum convexis, sub prothorace occultatis. Antennæ ultra prothoracis medium pertingentes, subtenuis, ferrugineæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine parum longior, piceus, subopacus, crebre, mediocriter punctatus, squamis griseis adpersus, supra modice convexus, antice leviter rotundato-emarginatus, lateribus tenuiter marginatus, mox pone apicem sensim rotundato-amplius, basin versus perparum angustatus, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio parum producto, apice truncato, angulis posticis retrorsum parum prominulis, subacuminatis; intra basin in medio triangulariter impressus, subtus, prope scrobes antennarum, utrinque canalicula obliqua, profunda. Scutellum subquadratum, non elevatum, piceum, confertim punctatum, dense griseo-pubescent. Elytra prothorace fere duplo longiora, at basi ejus haud latiora, picea, subopaca, parce griseo-squamulosa, supra modice convexa, crebre, evidenter punctato-striata, interstitiis angustis, medio leviter costatis, utrinque subseriatim punctatis; antice singula leviter rotundato-producta, humeris non elevatis, subrotundatis; lateribus sensim perparum ampliata, infra medium apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus rufo-ferrugineum, subnitidum, sat crebre, mediocriter punctatum, squamis griseis parce

adpersum. Pedes rufo-ferruginei, subtiliter, crebre punctulati, parce griseo-squamulosi.

BHN.

462. LACON *troglogytes*: oblongus, modice convexus, nigropiceus, subnitidus, squamulis rotundis, albidis inæqualiter variegatus; antennis basi, labro pedibusque rufo-ferrugineis, femoribus posterioribus fuscis; capite prothoraceque crebre punctulatis, hoc postice subtruncato, angulis retrorsum haud productis; elytris subtiliter punctato-striatis, interstitiis planis, obsolete subseriatim punctulatis, callo humerali ferrugineo. Long. $3\frac{3}{4}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariëpis.

Statura fere *L. decipientis* sed dimidio minor. Caput latitudine parum brevius, nigropiceum, parum nitidum, confertim punctatum, squamulis albidis sat dense adpersum, supra fere planum, apice truncatum; palpis rufo-ferrugineis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, nigris, subnitidis. Antennæ ultra prothoracis medium pertingentes, subtenuës, parce pubescentes, piceæ, articulis duobus basalibus rufo-ferrugineis. Prothorax latitudine nonnihil longior, nigropiceus, parum nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, supra modice convexus, squamulis albidis medio parce, lateribus densius obsitus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis haud productis, obtusis, lateribus tenuiter marginatus, mox pone apicem sensim rotundato-ampliat, basim versus leviter sinuatus, postice subtruncatus, angulis retrorsum paullo prominulis, subacuminatis, ferrugineis, subtus, prope scrobes antennarum, utrinque canalicula obliqua, profunda. Scutellum subquadratum, nigropiceum, opacum, confertim punctulatum, parce squamosum, supra planum, apice rotundatum. Elytra prothorace vix duplo longiora, at basi ejus non latiora, antice singula vix rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; late-

ribus ultra medium recta, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, subtiliter, minus crebre, subseriatim punctulatis; nigro-picea, subnitida, posterius dilutiora, squamulis parvis rotundis, albidis, inæqualiter variegata, callo humerali ferrugineo. Corpus subtus nigro-piceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, sat dense cinereo-squamulosum. Pedes rufoferruginei, subtiliter, crebre punctulati, parce cinereo-pubescentes; femoribus posterioribus fuscis. BHN.

463. *LACON nanus*: oblongus, modice convexus, niger, nitidus, squamulis rotundis, albidis, inæqualiter parce variegatus; antennis, palpis tibiisque ferrugineis; capite prothoraceque minus crebre punctulatis, hoc postice subtruncato, angulis retrorsum haud productis; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, subtiliter, subseriatim punctulatis. Long. $3\frac{1}{4}$, lat. 1 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Affinis certe præcedentis, nonnihil minor, niger, magis nitidus, parcius albido-variegatus. Caput latitudine nonnihil brevius, nigrum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum, squamis albidis parce adpersum, supra paullum convexum, apice truncatum; labro palpisque rufoferrugineis; oculis modice convexis, nigris, nitidis. Antennæ ultra medium prothoracis pertingentes, subtenues, ferrugineæ. Prothorax latitudine nonnihil longior, niger, subnitidus, minus crebre punctulatus, supra modice convexus, ad latera parce albido-squamulosus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum haud prominulis, obtusis; lateribus tenuiter marginatus, pone apicem sensim rotundato-amplius, versus basin leviter sinuatus, postice subtruncatus, angulis retrorsum parum productis, subacuminatis, ferrugineis; subtus, prope scrobes antenarum, utrinque canalicula obliqua, profunda. Scutellum

subquadratum, nigro-piceum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum, parce squamulosum. Elytra prothorace fere duplo longiora, at basi ejus non latiora, nigra, subnitida, squamulis albidis parce, infra medium densius adpersa, supra modice convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, serie e punctis parvis, subremotis, impressis; singula antice leviter rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus pone basin nonnihil ampliata, infra medium sensim angustata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, squamulis parvis, albidis sat dense adpersum. Pedes subtiliter punctulati, parce albedo-squamulosi; femoribus nigro-piceis; tibiis tarsisque ferrugineis.

BHN.

Fam. VII. CEBRIONITES.

464. CEBRIO (FABR.) *pallens*: oblongus, convexus, dilute flavo-testaceus, albedo-sericeus; mandibulis apice piceis; capite prothoraceque subremote punctulatis, hoc medio rotundato-ampliato, angulis retrorsum productis, acutis; elytris sat profunde punctato-striatis, interstitiis convexis, evidenter, minus crebre punctulatis. Long. 7, lat. 3 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Caput rotundatum, convexum, dilute flavo-testaceum, nitidum, sat crebre punctulatum, supra antennis medio impressum; mandibulis apice piceis; oculis parvis, rotundatis, parum convexis, nigris. Antennæ dilute flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil brevior, apice truncatus, antice posticeque angustatus, lateribus in medio modice rotundato-ampliatus, postice utrinque profunde sinuatus, lobo medio lato, modice producto, apice truncato, angulis retrorsum productis,

acuminatis; supra convexus, parum profunde, subremote punctulatus, flavo-testaceus, albido-sericeus. Scutellum subtriangulare, flavo-testaceum, subnitidum, obsoletissime punctulatum. Elytra prothorace fere triplo longiora et basi ejus haud latiora, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus recta, apice conjunctim rotundata, supra convexa, flavo-testacea, subnitida, tenuiter albido-sericea. Corpus subtus dilute flavo-testaceum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes similiter colorati; femoribus brevibus, crassis.

BHN.

Fam. VIII. RHIPICERIDES.

465. *CHAMERHIPIS* (LATR.) *natalensis*: oblongus, convexus, castaneus, parum nitidus, cinereo-pubescens; antennis pedibusque fusco-ferrugineis; capite prothoraceque canaliculato, obsolete quadrifoveolato, subtilissime rugoso-punctatis; elytris mediocriter punctatis, quinque costatis, costa prima ad tertiam partem vix pertingente, secunda longe ante apicem in suturam excurrente, quarta antice abbreviata, ante apicem cum quinta connexa. Long. 10, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Magnitudo, statura et similitudo *Cham. senegalensis*, elytris aliter costatis, ab illo mox distinctus. Caput sat magnum, ovatum, obscure castaneum, parum nitidum, subtilissime rugoso-punctatum, pube densa, depressa, cinerea obsitum, postice longitudinaliter, tenuiter canaliculatum; palpis fusco-ferrugineis; oculis magnis, rotundatis, valde convexis, glaucis, nitidis. Antennæ fusco-ferrugineæ. Prothorax latitudine postica brevior, obscure castaneus, subtilissime, crebre rugoso-punctatus, dense, breviter cinereo-pubescens, antice truncatus, lateribus basin versus sensim oblique ampliatus, postice utrinque leviter

sinuatus, supra modice convexus, medio longitudinaliter, parum profunde canaliculatus, dorso antico foveolis quatuor parvis, obsoletis, fere quadratim positis. Scutellum subrotundatum, vix punctulatum, castaneum. Elytra prothorace fere quadruplo longiora et ejus basi sesquialongiora, castanea, cinereo-pubescentia, antice singula leviter rotundata, humeris modice elevatis, rotundatis; lateribus recta, longe infra medium attenuata, apice singulatim subrotundata, supra modice convexa, sat crebre, parum profunde punctata, sutura elevata, singulo costis quinque longitudinalibus instructo, nempe prima vix ad tertiam partem continuata, secunda nonnihil obliqua, longe ante apicem in suturam excurrente, tertia antice posticeque nonnihil, quarta antice valde abbreviata, cum quinta postice nonnihil abbreviata, apice connexa. Corpus subtile subtilissime, confertim punctulatum, fusco-ferrugineum, dense cinereo-pubescentia. Pedes fusco-ferruginei, obsolete punctulati, cinereo-pubescentes.

BHN.

466. SANDALUS (KNOCH.) *punctulatus*: oblongus, convexus, nigro-piceus, parum nitidus, tenuiter cinereo-pubescentia; capite prothoraceque confertim, subtiliter punctatis, hoc lato, medio tenuiter, longitudinaliter canaliculato, angulis posticis rectis; scutello magno, rotundato, punctulato; elytris confertim, subtiliter, subseriatim punctatis, leviter tricarinatis. Long. 10, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

Feminam tantum vidi. *S. mystacino* magnitudine æqualis et certe affinis, prothorace latiore, elytris subtiliter punctatis ut et costis obsoletioribus, ab illo bene distinctus. Caput ovatum, convexum, nigro-piceum, subnitidum, confertim, subtiliter punctulatum, pube depressa, cinerea obsitum, antice medio sat profunde impressum; mandibulis nitidis; oculis parvis, rotundatis, convexis, glaucis. Antennæ capite non longiores, sensim incrassatæ, articulis 3—10 brevibus, inferne serratis, ultimo ovato, acuminato.

Prothorax latitudine dimidio fere brevior, nigro-piceus, parum nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, breviter cinereo-pubescentia, antice truncatus, undique tenuiter, medio altius reflexo-marginatus, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundatus, dein sensim perparum oblique ampliatus, tenue marginatus, postice utrinque sinuatus, angulis posticis retrorsum haud prominulis, subrectis, supra convexus, medio tenuiter, longitudinaliter canaliculatus, intra apicem transversim leviter impressus. Scutellum magnum, rotundatum, planum, nigro-piceum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra prothorace plus quam triplo longiora at ejus basi haud latiora, nigro-picea, parum nitida, supra convexa, confertim, parum profunde, subseriatim punctata, breviter cinereo-pubescentia, antice singula leviter rotundata, humeris parum elevatis, rotundatis; supra humeros et ad scutellum leviter impressa, lateribus longe ultra medium recta, apicem versus attenuata, apice conjunctim subrotundata, singulo costis tribus angustis, obsolete, lævibus, ante apicem evanescentibus. Corpus subtus nigro-piceum, subnitidum, subtiliter confertim punctulatum, cinereo-pubescentia. Pedes similiter colorati, obsolete punctulati, cinereo-pubescentes; tibiis anterioribus extrorsum breviter crenulatis.

BHN.

467. *SANDALUS costipennis*: oblongus, convexus, nigro-piceus, parum nitidus, cinereo-pubescentia; abdomine rufo-ferrugineo; capite prothoraceque confertim, subtiliter punctatis, hoc lato, medio tenuiter, longitudinaliter canaliculato, angulis posticis rectis; scutello magno, rotundato, punctulato; elytris testaceis, medio-criter, subseriatim punctatis, singulo evidenter quinque fusco-costatis, costis posticis ramulis transversis, connexis, 2 et 3 basi connexis. Long. 9, lat. 3¼ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limponis.

Femina nobis tantum cognita. Magnitudo et statura omnino *S. punctulati*, elytris testaceis, nonnihil

profundius punctatis, evidenter quinque costatis, costis apicem versus ramulis pluribus, transversis connexis, ab illo mox distinctus. Caput ovatum, convexum, nigropiceum, subnitidum, confertim, subtiliter punctulatum, pube depressa, cinerea obsitum; mandibulis nitidis; palpis piceis; oculis parvis, rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite non longiores, sensim incrassatæ, articulis 3—10 brevibus, inferne obsolete pectinatis, ultimo breviter ovato, apice acuminato. Prothorax omnino ut in præcedente. Scutellum magnum, rotundatum, planum, piceum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra prothorace plus quam triplo longiora et ejus basi haud latiora, testacea, parum nitida, vix pubescentia, supra convexa, mediocriter, crebre, subseriatim punctata, singula antice leviter rotundata, humeris parum elevatis, rotundatis; supra humeros et ad suturam leviter impressa, lateribus longe ultra medium recta, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata; singula costis quinque longitudinalibus fuscis, postice ramulis pluribus transversis connexis instructa: costa prima fere ad medium continuata, 2 et 3 parallelis, basi apiceque connexis, quarta antice valde abbreviata, quinta laterali, omnibus ante apicem desinentibus. Corpus subtus confertim, subtiliter punctulatum, breviter griseo-pubescent; pectore nigro-piceo; abdomine rufo-ferrugineo. Pedes picei, subtiliter, crebre punctulati, griseo-pubescentes; tibiis anterioribus extus breviter crenulatis.

BHN.

Fam. IX. CYPHONIDES.

468. ELODES (LATR.) *caffer*: sub-orbicularis, paullo convexus, testaceus, tenuiter griseo-pubescent; prothorace brevissimo, subtiliter, confertim punctulato; elytris evidenter, crebre punctulatis, basi introrsum infuscatis. Long. 3½, lat. 3 millim.

Habitat in terra Natalensi.

E. variabili vix longior sed latior, magis rotundatus, elytris evidentius punctulatis ut et colore, ab illo bene distinctus. Caput rotundatum, testaceum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescens, supra paullum convexum; oculis parvis, rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ flavo-testaceæ, pubescentes, articulo tertio longitudine æquali secundo et illo non angustiore. Prothorax brevissimus, transversus, testaceus, nitidus, tenuiter griseo-pubescens, subtiliter, crebre punctulatus, antice utrinque leviter sinuatus, angulis obtusis; lateribus brevibus, basin versus sensim amplius, postice late rotundatus, supra paullum convexus, undique tenuiter marginatus. Scutellum mediocre, triangulare, testaceum, nitidum, fere glabrum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra subrotundata, prothorace quintuplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice subtruncata, humeris haud elevatis, rotundatis; mox pone basin nonnihil rotundato-ampliata, infra medium apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, evidenter, crebre punctulata, tenuiter griseo-pubescentia, testacea, nitida, basi circa scutellum infuscata, picea. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, testaceum, subnitidum, tenuiter pubescens, pectore saturatiore. Pedes flavo-testacei, nitidi, obsolete punctulati.

BHN.

469. *ELODES marginipennis*: subrotundatus, paullum convexus, nigro-piceus, griseo-sericeus; antennis basi, tibiis, tarsis prothoraceque flavo-testaceis, hoc medio infuscato; elytris subtiliter, confertim punctulatis, sutura margineque exteriori testaceis. Long. $2\frac{3}{4}$, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

E. variabili dimidio minor. Caput rotundatum, nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, supra paullum

paullo convexum; oculis parvis, rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ longitudine fere dimidii corporis, subtenuæ, nigro-piceæ, parce pubescentes, articulis 2 vel 3 basalibus flavo-testaceis. Prothorax latitudine plus duplo brevior, subtiliter, crebre punctulatus, griseo-sericeus, antice subtruncatus, angulis obtusis; lateribus basin versus oblique ampliatus, postice utrinque leviter sinuatus, supra paullo convexus, flavo-testaceus, subnitidus, medio longitudinaliter, sat late infuscatus. Scutellum triangulare, nigro-piceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, fere glabrum. Elytra subrotundata, prothorace quadruplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice subtruncata, humeris vix elevatis, rotundatis; mox pone basin rotundato-ampliata, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, subtiliter, creberrime punctulata, nigro-picea, subnitida, griseo-sericea, sutura margineque exteriori flavo-testaceis. Corpus subtus nigro-piceum, subtiliter, crebre punctulatum, griseo-sericeum. Pedes obsolete punctulati; femoribus nigro-piceis; tibiis tarsisque flavo-testaceis.

BUN.

Fam. X. LYCIDES.

470. LYCUS (FABR.) *Bremei*: niger, supra flavus, thoracis disco, scutello, humeris elevatis totis elytrorumque apice sinuatim nigris; lateribus abdominis flavis.

Mas.: elytris amplissimis, conjunctim fere orbiculatis, humeris oblique valde elevatis, femoribus tibiisque quatuor posterioribus dentatis. Long. 17—22, lat. 14—18 millim.

Femina: elytris subparallelis, costa humerali rotundatim et horizontaliter extensa, pedibus muticis. Long. 17—22, lat. 9—10 millim.

Lycus Bremei GUERIN: Rev. Zool. 1847, p. 223.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput nigrum, sublæve, fronte impressa; oculi rotundati, prominuli, nigri; rostrum teres, attenuatum, nigrum, longitudine thoracis. Antennæ compressæ, nigræ, dimidio corporis paullo breviores. Thorax versus apicem angustatus, basi subtruncatus vel levissime tantum trisinuatus, angulis posticis prominulis, antice bisinuatus, medio subrotundato-lobatus, marginibus lateralibus apicisque argute elevatis, disco subdepresso, parce punctulato, medio transversim impresso; flavus, plaga discoidali, subcuneiformi, basin attingente, antice vero abbreviata, nigra. Scutellum nigrum, sublæve. Elytra *maris* amplissima, conjunctim fere orbicularia, humeris oblique valde elevatis, longe tamen ante medium dorsi desinentibus, margine laterali reflexo, infra humeros profunde sinuato; supra subdepressa, obsolete subreticulata, lineis tribus disci longitudinalibus elevatis, sat conspicuis, extrema e jugo humerali continuata; flava, basi cum jugis humeralibus apiceque nigris, nigredine baseos nec suturam nec marginem attingente, apicis bisinuata, fere ad medium laterum extensa; elytra *feminæ* pone humeros sublinearia, singulatim thorace parum latiora, costa humerali subhorizontali, carinata, rotundato-ampliata, lineis discoidalibus elevatioribus, colore paullo saturatiore, nigredine apicis latiore. Corpus subtus nigrum, lateribus abdominis late flavescens. Pedes nigri, femoribus basi plus minusve rufescentibus, subincrassatis, quatuor posterioribus *maris* apice subtus unidentatis; tibiis incurvis, quatuor posterioribus *maris* basi subtus denticulo armatis. Alæ apice late nigrescentes.

FHS.

471. *Lycus elevatus*: niger, supra flavus, thoracis disco, scutello, elytrorum macula communi subovata baseos, plaga laterali ante medium, subelliptica, apiceque latissime nigris; margine humerali a basi ultra medium dorsi elytrorum rotundato-ampliato, valde reflexo;

ventre flavo, medio longitudinaliter nigrescente; pedibus muticis.

Mas.: long. 18, lat. 16 millim.

Lycus elevatus GUERIN: Rev. Zool. 1847, p. 228.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Caput exiguum, nigrum, sublæve, fronte profunde impressa; oculi subglobosi, nigri; rostrum rectum, subteres, versus apicem attenuatum, longitudine thoracis. Antennæ subtenuæ, nigrae, longitudine dimidii corporis. Thorax subtrapeziformis, basi longitudine fere duplo latior ibique subtruncatus, versus apicem angustatus, antice bisinuatus, lobo medio leviter rotundato-producto, supra in disco inæqualis, minime convexus, sublævis, marginibus elevatis, ruguloso-punctulatis; flavus, disco subtriangulariter nigro. Scutellum oblongo-quadratum, nigrum. Elytra inferne inspecta obovata, postice valde dilatata, superne vero, quoad marginem humeralem valde explanatum et reflexum, ante medium rotundato-ampliata, unde pone medium excisa appareant; apice singulatim rotundata, supra in disco communi parum convexa, superficie tota irregulariter reticulata, lineis tribus longitudinalibus elevatis, evidentioribus; flava, macula communi baseos subovata, ante medium desinente, plaga laterali ejusdem magnitudinis in margine humerali utrinque, supra opaca, subtus nitida, apiceque latissime, sat determinate, nigris. Corpus subtus nigrum, lateribus abdominis latissime flavis. Pedes nigri, subtenuæ, inermes, tibiis incurvis. Alæ apice infuscatæ.

FHS.

472. *Lycus humerosus*: niger, supra flavus, thoracis disco, scutello elytrorumque basi apiceque nigris, abdominis lateribus flavis.

Mas.: elytris amplissimis, sutura postice dilatata, una alteri incumbente, humeris auritis, valde rotundato-ampliatis, subfornicatis, ante medium laterum sinuatim abbreviatis, angulatim prominentibus, femoribus anticis apice subtus

obtuse dentatis, tibiis basi emarginatis. Long. 17, lat. 13 millim.

Femina: elytris conjunctim subovalibus, lateribus ante medium sinuatis, jugo humerali parum elevato, pedibus omnibus subsimplicibus. Long. 14—15, lat. 8 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Caput parvum, nigrum, nitidum, sublæve, fronte profunde impressa; oculi subglobosi, nigri; rostrum rectum, attenuatum, nigrum, nitidum, vix longitudine thoracis. Antennæ subcompressæ, vix dilatatae, nigrae, longitudine fere dimidii corporis. Thorax latitudine paullo brevior, basi truncatus, apice bisinuatus, lobo medio rotundato, lateribus fere parallelis; disco longitudinaliter subconvexo, medio subcanaliculato, ante apicem carinulato, nigro, sublævi, lateribus apiceque argute elevato-marginatis, punctulatis, flavis, holosericeis. Scutellum apice subemarginatum, nigrum, sublæve. Elytra *maris* basi, respectu marginis inferioris, angustissima, ante medium vero valde ampliata, apice conjunctim rotundata, supra parum convexa, sutura ante medium dilatata, una alteri postice incumbente, humeris elevatis, valde rotundato-ampliatis, ante medium laterum abrupte et sinuatim abscissis, subfornicatis, cavitate infra marginem aperta, superficie omni subtilissime ruguloso-punctulata, posterius subreticulata, lineis tribus longitudinalibus elevatis, parum conspicuis; flava, basi apiceque nigra, nigredine apicis parum sinuata, elytrorum quartam partem occupante, baseos paullo angustiore, pone scutellum sinuata; elytra *feminae* dimidio angustiora, humeris modice elevatis, ante medium laterum coarctatis, unde margo, superne visus, ibi sinuatus, lineis dorsalibus distinctioribus, sutura fere recta. Corpus subtus nigrum, nitidum, abdominis lateribus flavis. Pedes compressi, nigri, tibiis basi incurvis, femoribus anticis *maris* apice subtus dente obtuso armatis tibiisque ejusdem paris basi pro receptione denticuli emarginatis. Alæ apice secundum nigredinem apicis elytrorum infuscatæ.

473. *Lycus trabeatus*: niger, supra luteo-flavescens, thoracis disco, saltem ad basin, scutello, elytrorum plaga baseos communi, subquadrata apiceque late nigris, lateribus thoracis elevatis, elytris reticulatis, sub-tricostatis, abdomine flavescente, pedibus plerumque basi rufescentibus, muticis.

Mas.: margine humerali inflato, plus minusve rotundato-ampliato, jugo sæpissime ultra medium dorsi extenso ibique sinum lateralem formante, plerumque vitta nigra notato. Long. 15—20, lat. 8—13 millim.

Femina.: elytris subparallelis, margine humerali externe costato, haud inflato, semper immaculato. Long. 15—19, lat. 6—7 millim.

Lycus trabeatus GUERIN: Rev. Zool. 1847, p. 220.

Lycus flavicans LAPORTE: Buffon, Dusmenil: Ins. t. 1, p. 202. N:o 1. var.

Lycus africanus LAPORTE: Buffon, Dusmenil: Ins. t. 1, p. 202. N:o 2. var.

Lycus appendiculatus STURM: Kat. Kæfersammlung, p. 329, pl. 1, f. 6 (1843)

Habitat ad Boschjesmans Rand.

Magnitudine, forma coloreque nimium variat. Caput nigrum, nitidum, læviusculum, fronte rude impressa; oculi subglobosi, nigri; rostrum teres, attenuatum, nigrum, nitidum, vix longitudine thoracis. Antennæ subcompressæ, atræ, dimidio corporis paullo breviores. Thorax latitudine paullo brevior, antrorsum nonnihil angustatus, basi medio subemarginatus, apice bisinuatus, lobo medio satis producto, lateribus leviter ampliatis, versus apicem rotundatis, dorso parum convexo, transversim impresso, medio breviter canaliculato, margine omni, præsertim laterum apicisque dilatato-elevato; luteo-flavescens, sublævis, disco triangulariter nigro vel saltem ad basin transversim infuscato, marginibus lateralibus subparallelis. Scutellum oblongum, obtusum, longitudinaliter impressum, nigrum. Elytra *maris* basi inferne angustissima, longe ultra medium vero sensim ampliata, apice singulatim

subrotundata, supra deplanata, margine humerali rotundatim valde ampliato, inflato, plerumque ultra medium dorsi extenso, *feminæ* subparallela, margine humerali argute costato, dorso utriusque evidenter reticulato, lineis tribus longitudinalibus elevatis distinctioribus; luteo-flavescentia, plaga communi baseos subquadata apiceque late nigris, plerumque etiam jugis humeralibus maris ante medium laterum vitta ejusdem coloris notatis. Corpus subtus nigrum, abdomine flavescente, medio nonnunquam longitudinaliter infuscato. Pedes compressi, nigri, femoribus plerumque basi rufescentibus. Alæ apice infuscatæ.

Variat uterque sexus magnitudine multo minore, long. 11—13 millim, disco thoracis toto apiceque elytrorum latius nigris, abdomine nigro, flavo-marginato, pedibus immaculatis, humeris maris minus dilatatis. An species distincta?

FHS.

474. *LYCUS ampliatus* (BHN.): niger, thorace elytrisque flavis, illius disco determinate, horum apice sinuatim lateque nigris, marginibus thoracis argute elevatis, superficie elytrorum subtiliter coriacea, passim reticulata, lineis quatuor longitudinalibus elevatis, ventre flavo-marginato, pedibus muticis.

Mas.: elytris pone medium rotundato-ampliatas, humeris longitudinaliter modice elevatis, costa suturæ proxima elevatiore. Long. 11—20, lat. 7—14 millim.

Femina.: elytris subparallelis. Long. 13—14, lat. 7 millim.

Habitat in terra Natalensi.

L. palliato propinquus, at mox discernitur limbo laterali thoracis toto flavo suturaque elytrorum concolore. Caput exiguum, sub thorace occultatum, nigrum, sublæve, fronte excavata; oculi globosi, nigri; rostrum teres, attenuatum, nigrum, sublæve, longitudine thoracis. Antennæ leviter subserrate, nigrae, dimidio corporis paullo breviores. Thorax subtrapeziformis, antice paullo angustior, medio apicis rotundato-lobatus, basi leviter bisi-

nuatus, lateribus indistincte sinuatis, margine valde elevato, angulis anticis rotundatis, posticis subprominulis, disco inæquali, medio transversim impresso, nigro, nitido, sublævi, margine antico angustius, laterum latius flavescente. Scutellum oblongo-quadratum, nigrum. Elytra basi thorace parum latiora, *maris* ultra medium æqualiter dilatata, *feminae* fere linearia; apice conjunctim rotundata, supra parum convexa, præter callum humeralem longitudinaliter modice elevatum, costis quatuor longitudinalibus instructa, quarum suturæ proxima *maris* elevatior, interstitiis subtiliter coriaceis et reticulatis; flavescencia, apice sinuatim nigra, nigredine fere tertiam elytrorum partem occupante. Corpus nigrum, nitidum, sublæve, abdominis margine flavescente. Pedes compressi, nigri, mutici. Alæ apice infuscatæ.

FHS.

475. *Lycus hamatus*: niger, supra flavus, thoracis disco toto, scutello elytrorumque apice nigris, marginibus thoracis modice elevatis, elytris obsolete costatis reticulatisque, pedibus muticis.

Mas: elytris conjunctim subrotundatis, humeris inflatis, spina dorsali recurva armatis, abdomine flavescente, medio sæpius longitudinaliter infuscato. Long. 10—14, lat. 7—9 millim.

Femina: elytris oblongo-subovatis, inermibus, abdomine nigro, interdum flavo-marginato. Long. 11—13, lat. 5—7 millim.

Lycus hamatus GUERIN: Rev. Zool. 1847, p. 229.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Caput parvum, sub thorace occultatum, nigrum, læviusculum, fronte impressa; oculi subglobosi, nigri; rostrum teres, attenuatum, nigrum, nitidum, sublæve, thorace fere longius. Antennæ compressæ, subserratæ, longitudine fere dimidii corporis. Thorax latitudine baseos paullo longior, postice leviter bisinuatus, angulis subacuminatis, versus apicem angustatus, apice medio rotundato-lobatus, supra inæqualis, irregulariter impressus, medio obsolete

canaliculatus, niger, nitidus, margine laterali modice elevato, flavo. Scutellum oblongo-quadratum, impressum, nigrum. Elytra *maris* mox pone humeros valde dilatata, conjunctim fere circularia, humeris inflatis, intra basin utrinque spina longiore, acuta, retrorsum flexa, armatis, *feminae* oblongo-subovata, humeris costatis, minime inflatis, inermibus; utriusque dorso subdeplanata, rugoso-reticulata, lineis tribus vel quatuor longitudinalibus elevatis, in femina evidentioribus; flava, apice sinuatim nigra, interdum etiam circa scutellum infuscata. Corpus angustum, nigrum, abdomine attenuato, *maris* flavescente, medio plerumque longitudinaliter infuscato, *feminae* nigro, aut immaculato, aut flavo-marginato. Pedes compressi, nigri. Alæ apice infuscatae.

FHS.

476. *LYCUS constrictus* (BHN.), oblongo-ovatus, tenuiter sericeo-pubescent, niger, thoracis margine laterali explanato-elevato elytrisque flavis, his apice late, interne sinuatim, nigris, subtiliter rugoso-reticulatis, subquadricostatis, margine humerali parum dilatato et reflexo, abdomine late flavo-marginato, pedibus muticis. Long. 16—19, lat. 9—10 millim. — femina?

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

L. latissimo FABR. affinis, at vere distinctus thorace antrorsum minus angustato, margine humerali minus dilatato-elevato, macula elytrorum laterali deficiente, sutura concolore, abdomine late flavo-marginato etc. Caput parvum, deflexum, nigrum, flavo-sericeum, fronte impressa; oculi subglobosi, nigri; rostrum teres, subatenuatum, nigrum. Antennæ compressæ, tenuiter subserratae, nigrae, longitudine dimidii corporis. Thorax latitudine baseos paullo brevior, basi fere truncatus vel levissime tantum bisinuatus, antrorsum parum angustatus, apice medio rotundato-lobatus, angulis posticis acuminatis, anticis rotundatis, dorso subdepresso, medio inæqualiter

excavato, canalicula obsoleta notato, apice subcarinato, nigro, margine humerali utrinque late explanato, sat elevato, flavo, superficie tota tenuissime flavescenti-sericea. Scutellum oblongum, apice rotundatum, nigrum. Elytra antice inferne basi thoracis dimidio angustiora, a basi ad tertiam partem longitudinis explanato-dilatata, apice singulatim subrotundata, supra subdepressa, margine humerali parum elevato, vix ultra latitudinem thoracis ampliato, undique subtiliter coriaceo-reticulata; costis quatuor longitudinalibus instructa, duabus interioribus magis elevatis, integris, tertia obsoletiore, utrinque abbreviata, extima e margine humerorum continuata; flava, sericea, apice nigra, nigredine interne quartam, versus latera tertiam partem elytrorum occupante. Corpus subtus nigrum, abdomine subdepresso, margine laterali late flavescente. Pedes compressi, nigri, mutici, tibiis modice arcuatis. Alæ infuscatæ, apice nigræ.

FHS.

477. *LYCUS scrobicollis*: oblongus, tenuissime sericeo-pubescentis, niger, supra flavus, thorace medio elytrisque apice nigris, illo valde inæquali, argute elevato-marginato, apice distinctissime lobato, his inconcinne striato-punctatis, costis quatuor evidentioribus, humerali in utroque sexu parum elevato, abdomine flavo-marginato. ♂ long. 12, lat. 5; ♀ long. 15, lat. 7 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

L. proboscideo FABR. propinquus, at thorace aliter constructo, rudius foveolato, disco non toto nigro, elytrorum nigredine apicis ad suturam emarginata, abdominis lateribus flavis &c. facile discernitur. Caput parvum, sub thorace latens, nigrum, sublæve, fronte excavata; oculi subglobosi, nigri; rostrum subteres, apice attenuatum, nigrum, læve, tenuissime flavo-sericeum. Antennæ compressæ, subserratæ, nigræ, maris longitudine dimidii corporis, feminæ paullo breviores. Thorax lati-

tudine postica vix brevior, antrorsum angustatus, basi leviter bisinuatus, apice medio in lobum distinctissimum productus, angulis posticis prominulis, anticis rotundatis, supra inæqualis, medio canalicula abbreviata foveisque duabus rotundatis ante basin distinctioribus, lobo apice carinato, margine laterali valde elevato; flavus, sericeo-pubescent, plaga discoidali nigro-fusca, basin, non vero apicem, tangente, utrinque bisinuata, apice furcata. Scutellum oblongum, apice rotundatum, nigrum. Elytra elongata, basi inferne thorace nonnihil angustiora, pone basin leviter dilatata, superne tamen visa, propter marginem humeralem costatum, fere linearia, apice conjunctim subrotundata, supra subdepressa, crebre et irregulariter striato-punctata, lineis quatuor longitudinalibus elevatis, duabus suturæ proximis integris, tertia utrinque abbreviata, quarta e costa humerali continuata, evidentioribus; flava, tenuiter sericea, apice subtiliter coriaceo-reticulata, nigra, nigredine vix quartam elytrorum partem occupante, ad suturam conjunctim emarginata. Corpus subtus nigrum, sublæve, tenuissime sericeo-pubescent, abdomine late flavo-marginato. Pedes compressi, nigri, mutici, tibiis basi modice arcuatis. Alæ nigræ. FHS.

478. *Lycus zonatus*: oblongus, niger, thoracis lateribus, elytrorum fascia latissima abdominisque margine laterali flavis, thorace impresso, lateribus rugosis, argute elevato-marginatis, margine sinuato, elytris evidenter rugoso-reticulatis, subquadricostatis, margine humerali rotundatim sat elevata. ♂ long. 8, lat. 4; ♀ long. 12, lat. 6 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Caput deflexum, nigrum, nitidum, fronte excavata; oculi subglobosi, nigri; rostrum subteres, apice attenuatum, nigrum, nitidum, læviusculum, thoracis longitudine. Antennæ compressæ, leviter subserratæ, nigræ,

dimidio corporis paullo longiores. Thorax subtriangularis, longitudine baseos paullo brevior, postice leviter bisinuatus, apice subæqualiter rotundatus, lateribus pone medium sinuatis, angulis prominulis; dorso late impressus, vix canaliculatus, apice breviter carinulatus, sublævis, undique marginatus, margine laterali late explanato, argute elevato, rugoso-punctato; flavus, medio longitudinaliter niger. Scutellum suboblongum, nigrum, canaliculatum. Elytra elongata, basi inferne thorace nonnihil angustiora, superne vero, propter costam humerorum sat elevatam, paullo latiora, pone humeros sinuata, dein iterum leviter dilatata, apice conjunctim rotundata, thorace quintuplo longiora, supra parum convexa, sat evidenter rugoso-reticulata, lineis quatuor longitudinalibus elevatis, extrema e costa humerali continuata, illi proxima plus minusve obliterated; flava, basi angustius, apice fere ad medium dorsi, determinate nigra. Corpus nigrum, læviusculum, abdominis lateribus flavis. Pedes compressi, nigri, nitidi, tibiis modice arcuatis. Alæ flavescentes, apice nigræ.

FHS.

479. CALOPTERON (LAPORTE) *notabilis* (BIN.): elongatus, linearis, niger, antennarum basi, thoracis angulis anticis elytrisque a basi ultra medium flavis; thorace marginato, dorso inæquali, costis ad basin binis, ad apicem tribus, compositis; elytris seriato-reticulatis, interstitiis alternis costatis, alis nigris. Long. 7—9, lat. 2—3 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Caput brevissimum, sub thorace occultatum, nigrum; oculi laterales, rotundati, prominuli. Antennæ maris flabellatæ, dimidio corporis paullo longiores, femine profunde serratæ, paullo breviores, nigræ, articulo primo toto secundoque basi flavis. Thorax latitudine baseos haud brevior, antrorsum nonnihil angustatus, basi bisinuatus, apice rotundatus, ibique medio breviter emarginatus,

lateribus plus minusve sinuatis; dorso depressus, undique reflexo-marginatus, costis in disco duabus, ad basin conniventibus, versus medium divergentibus, tunc iterum cito confluentibus, cum carinulis tribus apicalibus connexis, areolas tres formantibus, notatus, versus apicem ruguloso-punctulatus, alibi sublævis, niger, margine supra antenas utrinque flavo. Scutellum subquadratum, longitudinaliter impressum, nigrum. Elytra basi thorace vix latiora, linearia, apice singulatim acute subrotundata, supra parum convexa, concinne reticulata vel cancellata, interstitiis longitudinalibus alternis subcostatis; flava, tenuiter sericea, apice ultra tertiam partem nigra. Corpus subtus, pedes et alæ nigra, femoribus tibiisque compressis, his, præsertim anticis, extus dilatatis.

FHS.

480. *CALOPTERON ruficollis*: elongatus, parum convexus, ater, subnitidus; clypeo ferrugineo; prothorace rufo-testaceo, reflexo-marginato, inæquali, medio costis duabus antice posticeque connexis, areolam elongatam, medio nigram includentibus, lateribus longitudinaliter impresso; elytris biseriato-reticulatis, interstitiis alternis costatis. Long. 7, lat. 2 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

C. notabili dimidio minor. Caput brevissimum, sub prothorace occultatum, nigrum, nitidum, sublæve; clypeo sanguineo; palpis nigro-piccis; oculis parvis, rotundatis, convexis, nigris. Antennæ dimidio corpore parum longiores, minus tenues, compressæ, nigræ, articulis oblongis, basi nonnihil tenuioribus. Prothorax latitudine haud brevior, rufo-testaceus, subnitidus, impunctatus, apice rotundatus, lateribus crassis, longitudinaliter profunde impressis; mox pone apicem rotundato-ampliatum, versus basin sinuatus, postice leviter bi-sinuatus, angulis fere rectis; dorso depressus, undique reflexo-marginatus, costis in disco duabus, antice posticeque conniventibus, areolam

elongatam, utrinque attenuatam, medio infuscatam includentibus, præterea costis utrinque duabus transversis, prima in medio extus ad marginem retrorsum flexa et secunda non procul a basi extrorsum abbreviata, e costis mediis exeuntibus. Scutellum subquadratum, nigrum, nitidum, læve, tenuiter testaceo-marginatum, medio longitudinaliter impressum. Elytra elongata, prothorace duplo longiora et ejus basi parum latiora, atra, subnitida, glabra, supra parum convexa, concinne reticulata vel cancellata, interstitiis longitudinalibus alternis subcostatis; antice singulatim leviter rotundato-producta, lateribus recta, apice singulatim acute rotundata; humeris vix elevatis, rotundatis. Corpus subtus atrum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum. Pedes nigri, nitidi, parce pubescentes; femoribus tibiisque compressis.

BHN.

Fam. XI. LAMPYRIDES.

481. LAMPYRIS (LINNÉ) *marginipennis*: oblonga, parum convexa, flavo-testacea, cinereo-sericea; capite, antennis, femoribus apice, tibiis tarsisque fuscis; prothorace amplo, subtiliter, crebre punctulato, tenuiter, versus basin altius carinato, antice intra apicem utrinque vitta angusta, alba, hyalina; elytris fuscis, subtiliter, crebre punctatis, sutura tenuiter margineque nonnihil latius flavis, disco obsolete bicostatis. Long. 17, lat. 6 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limponis.

L. sylvatica parum longior, sed dimidio latior. Caput rotundatum, sub prothorace valde retractum, nigrofuscum, crebre punctulatum; oculis maximis, rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ prothorace breviores, subtenuis, filiformes, fuscæ, dense pubescentes. Prothorax amplus, latitudine postica haud brevior, flavo-testaceus, sub-opacus, dense albido-sericeus, subtiliter, crebre pun-

ctulatus, dorso medio modice convexus, carinula tenui, longitudinali, postice magis elevata, ante basin subinterrupta notatus, antice late rotundatus, lateribus infra medium rectus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis retrorsum parum productis, obtusis; margine undique, anterieus magis, reflexus, intra apicem utrinque vitta tenui obliqua, albida, hyalina. Scutellum ovatum, flavo-testaceum, albo-sericeum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus non latiora, antice singulatim antrorsum rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus versus apicem recta, apice ipso singulatim subrotundata, supra parum convexa, subtiliter, crebre punctulata, disco medio costis duabus, longitudinalibus, obsolete instructa, fusca, parum nitida, griseo-sericea, sutura tenuiter margineque exteriori nonnihil latius flavis. Corpus subtus dilute flavo-testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, albidosericeum. Pedes obsolete punctulati, breviter pubescentes; femoribus compressis, flavo-testaceis, apice, tibiis tarsisque fuscis; unguiculis testaceis.

EHN.

482. *LAMPYRIS nigripennis*: oblonga, parum convexa, dilute flava, cinereo-sericea; antennis, femoribus apice, tibiis tarsisque fuscis; prothorace brevi, subtiliter, crebre punctulato, tenuiter carinato, ante basin macula sat magna, subquadrata, fusca notato; elytris nigris, subtiliter, confertim punctulatis, longitudinaliter costatis, costis ante apicem evanescentibus, secunda evidentiore. Long. $13\frac{1}{2}$, lat. 5 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura *L. noctiluca*, nonnihil tamen major, prothorace latiore, antice citius rotundato, macula ante basin fusca minore, ab illa distincta. Caput rotundatum, sub prothorace valde retractum, obsolete punctulatum, dilute flavum; vertice infuscato; palpis fusco-testaceis; oculis

maximis, rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ prothorace nonnihil breviores, subtenuës, filiformes, fuscæ, pubescentes. Prothorax latitudine brevior, dilute flavus, subopacus, subtilissime, crebre punctulatus, albido-sericeus, dorso modice convexus, tenuiter, longitudinaliter carinatus, ante basin macula sat magna, transversa, subquadrata, fusca notatus, antice late rotundatus, lateribus rectus, postice utrinque vix sinuatus, angulis non prominulis, rectis; margine undique, ad latera latius reflexus. Scutellum oblongum, dilute flavum, subtiliter, crebre punctulatum, pone medium sensim angustatum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora, at basi ejus haud latiora, nigra, subopaca, cinereo-sericea, supra parum convexa, subtiliter, crebre punctulata; singula costis tribus longitudinalibus, obsoletis, ante apicem evanescentibus instructa, prima a basi ultra medium continuata, secunda evidentiore, antice nonnihil, tertia ante basin magis, abbreviata, quarta obsoletiore quintaque laterali, longe ante apicem desinente; antice singulatim rotundatoproducta, lateribus recta, apice singulatim rotundata; humeris non elevatis, rotundatis. Corpus subtus dilute flavum, subtiliter, crebre punctulatum, albo-sericeum. Pedes obsolete punctulati; femoribus dilute flavis, geniculis, tibiis tarsisque fuscis; unguiculis testaceis. BHN.

483. *LAMPYRIS discicollis*: oblonga, parum convexa, dilute flavo-testacea, cinereo-sericea; antennis extrorsum, tibiis, tarsis, maculis pectoralibus abdomineque medio fuscis; prothorace brevi, subtiliter, crebre punctulato, tenuiter carinato, pone medium macula subtriangulari, fusca notato; elytris nigro-fuscis, subtiliter, confertim punctulatis, longitudinaliter costatis, costis ante apicem evanescentibus. Long. 13, lat. 4½ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Præcedenti similis, nonnihil minor et angustior; femoribus totis flavis, abdomine medio, apicibus segmen-

torum exceptis, fusco, prothorace minus lato, macula triangulari disci a basi magis remota, ab illa distincta. Caput rotundatum, sub prothorace valde retractum, obsolete punctulatum, dilute flavum; vertice infuscato; palpis fusco-testaceis; oculis maximis, rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ prothorace nonnihil breviores, subtenuis, filiformes, fuscæ, articulo primo toto, secundo inferne, flavo-testaceis. Prothorax latitudine vix brevior, dilute flavus, subopacus, subtiliter, crebre punctulatus, albido-sericeus, dorso modice convexus, tenuiter, longitudinaliter carinatus, mox pone medium macula sat magna, subtriangulari, fusca notatus, antice late rotundatus, lateribus rectus, postice subtruncatus, angulis non prominulis, vix rotundatis; margine undique, ad latera latius, reflexus. Scutellum oblongum, dilute flavum, subtiliter, crebre punctulatum, opacum, albido-sericeum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, fusca, opaca, cinereo-sericea, supra parum convexa, subtiliter, crebre punctulata, singula costis quinque obsoletioribus, ut in præcedenti locatis at tenuioribus instructa; antice singulatim rotundato-producta, lateribus fere recta vel in medio parum sinuata, apice singulatim subrotundata; humeris non elevatis, rotundatis. Corpus obsolete, crebre punctulatum, flavo-testaceum, albido-sericeum; pectore utrinque maculis duabus parvis et abdomine medio, fuscis, apice marginibusque apicalibus segmentorum flavo-testaceis. Pedes obsolete punctulati; femoribus compressis, dilute flavis; tibiis tarsisque leviter infuscatis; unguiculis flavo-testaceis.

BHN.

484. *LAMPYRIS natalensis*: oblonga, parum convexa, sordide flavo-testacea, cinereo-sericea; prothorace tenuiter carinato, confertim, subtiliter punctulato, antice macula magna fusca, pone medium areolam nitidam includente; elytris crebre rugoso-punctulatis, sutura marginique

gineque tenuiter flavescens; singulo tricostato. Long. 13, lat. 4 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Caput rotundatum, sub prothorace occultatum, flavum, obsolete punctulatum; palpis, antennisque basi flavis, his extrorsum leviter infuscatis; oculis maximis, rotundatis, convexis, brunneis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, sordide flavo-testaceus, subopacus, albido-sericeus, subtiliter, crebre punctulatus, dorso modice convexus, antice macula magna, postice utrinque oblique truncata, areolam subtriangularem, nitidam includente; antice rotundatus, lateribus fere rectus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis non retrorsum prominulis, rectis; margine undique, præsertim ad latera, latius reflexo. Scutellum oblongum, sordide flavum, subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens, versus apicem sensim angustatum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, humeris vix elevatis, rotundatis; lateribus longe ultra medium recta, dein sensim nonnihil angustata, apice ipso conjunctim subrotundata, supra parum convexa, evidenter, crebre punctulata, albido-sericea, fusca, subopaca, sutura margineque exteriore tenuiter dilute flavescens; singulo elytro costis tribus longitudinalibus, tenuibus, prima non procul a sutura, ultra medium continuata, binisque in disco, parallelis, longe ante apicem desinentibus. Corpus subtus sordide flavo-testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, medio saturatiore. Pedes sordide flavo-testacei, breviter pubescentes, obsolete punctulati.

BHN.

485. LAMPYRIS *fuscipennis*: elongata, parum convexa, dilute, sordide flavo-testacea, cinereo-sericea; antennis prothoraceque dorso dilute fuscis, hoc confertim punctulato, medio tenuiter carinato, carina antice abbreviata.

viata; elytris fuscis, subtiliter, confertim punctulatis; singulo obsolete tricostato. Long. 10, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

L. discicollis affinis, dimidio fere minor, angustior, prothorace dorso toto fusco, elytris dilutionibus, costis obsoletioribus. Caput rotundatum, sub prothorace valde retractum, sordide testaceum, obsolete punctulatum; vertice leviter infuscato; palpis antennisque fuscis, basi dilutionibus; oculis maximis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, sordide testaceus, opacus, albido-sericeus, subtiliter, confertim punctulatus, dorso modice convexus, postice angustius, antice latius dilute fuscus, medio tenuiter, longitudinaliter carinatus, carinula antice abbreviata; apice rotundatus, lateribus rectus, postice subtruncatus, angulis non retrorsum prominulis, rectis; margine undique, extrorsum magis, reflexo. Scutellum oblongo-quadratum, sordide testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, opacum, albido-sericeum. Elytra prothorace triplo longiora at basi ejus haud latiora, fusca, albido-sericea, supra parum convexa, subtiliter crebre punctulata, singulo costis tribus longitudinalibus, valde obsoletis, prima mox pone medium, reliquis longe ante apicem, desinentibus; antice leviter rotundato-producta, lateribus recta, versus apicem nonnihil angustata, apice singulatim subrotundata; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus subtus sordide flavo-testaceum, obsolete, crebre punctulatum, albido-sericeum. Pedes flavo-testacei.

BHN.

486. *LAMPYRIS troglodytes*: elongata, parum convexa, dilute sordide flavo-testacea; prothorace subquadrato, confertim punctulato, antice late rotundato, dorso dilute fusco, antice tenuiter carinato, postice canaliculato; elytris dilute fuscis, subtiliter, confertim punctulatis, singulo tri-costato. Long. 6—7, lat. 2— $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariëpis.

Statura præcedentis, sed fere duplo minor; prothorace subquadrato, antice latius rotundato, postice canaliculato, elytris dilute fuscis, a reliquis distincta. Caput rotundatum, sub prothorace valde retractum, sordide, dilute flavo-testaceum, obsolete punctulatum; palpis antennisque sordide dilute flavis; oculis maximis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Prothorax latitudine vix brevior, dilute, sordide flavo-testaceus, subopacus, subtiliter, crebre punctulatus, albido-sericeus, dorso modice, antice latius, postice angustius convexus, dilute fuscus, ante basin subnitidus, a basi ad medium tenuiter canaliculatus, dein leviter carinatus; apice late rotundatus, lateribus mox pone apicem rectus, postice subtruncatus, angulis retrorsum non productis, fere rectis; margine undique, ad latera magis reflexo. Scutellum oblongum, dilute flavo-testaceum, crebre punctulatum, albido-sericeum. Elytra prothorace triplo longiora at basi ejus haud latiora, dilute fusca, albido-sericea, supra parum convexa, subtiliter, crebre punctulata, singulo costis tribus longitudinalibus, tenuibus instructo, prima non procul a sutura, ultra medium continuata, reliquis in disco, parallelis, ante apicem desinentibus; antice modice rotundato-producta, lateribus recta, ad apicem perparum angustata, apice ipso singulatim rotundata; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus dilute, sordide flavo-testaceum, obsolete punctulatum, albido-sericeum. Pedes sordide flavo-testacei.

BHN.

487. COLOPHOTIA (DEJEAN) *bimaculicollis*: oblonga, paullo convexa, flavo-testacea, subnitida, cinereo-sericea; antennis, tarsis, tibiis anticis abdominisque segmento quarto apice nigro-fuscis; capite nigro, antice macula flava; prothorace confertim punctulato, canaliculato, maculis duabus magnis, nigro-fuscis notato; elytris confertim, subseriatim punctulatis, basi saturatoribus, sutura mar-

gineque dilutioribus; singulo leviter bi-costato. Long. $10\frac{1}{2}$, lat. 4 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura *C. capensis*, nonnihil tamen major. Caput magnum, rotundatum, nigrum, parum nitidum, cinereo-sericeum, confertim punctulatum, antice macula magna, subrotunda, flava; palpis piceis; oculis magnis, rotundatis, convexis, nigris, subnitidis. Antennæ capite cum prothorace longiores, tenues, filiformes, nigro-piceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice in medio rotundato-productus, angulis subrectis; lateribus tenuiter marginatus, mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatum, postice leviter trisinuatus, angulis non retrorsum productis, rectis; supra convexiusculus, confertim punctulatus, cinereo-sericeus, medio longitudinaliter canaliculatus, flavo-testaceus, subopacus, utrinque prope basin macula magna, subrotundata, nigro-fusca. Scutellum ovatum, flavo-testaceum, confertim punctulatum, albido-sericeum. Elytra prothorace quadruplo longiora at basi ejus haud latiora, sordide flavo-testacea, cinereo-sericea, sat crebre, subtiliter et subseriatim punctata, basi saturatiora, sutura margineque dilutiora, supra convexiuscula, singulo costis duabus tenuibus, longitudinalibus, longe ante apicem desinentibus, una non procul a sutura, altera in medio disci; antice leviter rotundato-producta, lateribus recta, apicem versus nonnihil angustata, apice singulatim subrotundata; humeris nonnihil elevatis, rotundatis. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, flavo-testaceum; abdomine segmento quarto apice late, inæqualiter infuscato, segmentis duobus ultimis dilute flavescentibus. Pedes flavo-testacei; tarsis omnibus, tibiisque anticis extus nigro-fuscis.

BHN.

488. *COLOPHOTIA caffra*: oblonga, paullo convexa, fusca, parum nitida, cinereo-sericea; pectore pedibusque sor-

dide flavo-testaceis; prothorace scutelloque flavo-testaceis, illo confertim punctato, medio canaliculato, antice macula magna, subrotundata, fusca notato, angulis posticis retrorsum modice productis; elytris subtiliter, confertim punctulatis, medio nonnihil ampliatis; singulo evidenter bicostato; abdomine segmentis duobus ultimis albis. Long. 5—6, lat. 2—2½ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput magnum, rotundatum, nigrum, sub-opacum, subtiliter, crebre punctulatum, inter oculos longitudinaliter impressum et canaliculatum; palpis dilute fuscis; oculis magnis, rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ tenues, filiformes, dilute fuscae, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, confertim, mediocriter punctatus, cinereo-sericeus, supra modice convexus, flavo-testaceus, parum nitidus, macula magna media subrotundata, fusca, posterius nonnihil attenuata notatus, parum profunde, longitudinaliter canaliculatus; antice leviter rotundato-productus, angulis obtusis; lateribus tenuiter marginatus, mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatus, postice subtruncatus, angulis retrorsum nonnihil productis, subacuminatis. Scutellum oblongum, flavo-testaceum, confertim punctulatum, albido-sericeum. Elytra prothorace fere quadruplo longiora at basi ejus haud latiora, dilute fusca, parum nitida, cinereo-sericea, subtiliter, crebre punctulata, supra convexiuscula, singulo costis duabus longitudinalibus instructo, una non procul a sutura, longe ultra medium continuata, altera in disco, ante apicem desinente; antice singulatim leviter retundato-producta, lateribus mox pone basin sensim ampliata, apicem versus nonnihil angustata, apice singulatim rotundata, extus tenuiter reflexo-marginata; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus subtus obsolete, crebre punctulatum, cinereo-sericeum; pectore sordide flavo-testaceo; abdomine nigro-fusco, segmentis duobus ultimis albis. Pedes sordide flavo-testacei. BHN.

489. *COLOPHOTIA fuscula*: elongata, paullo convexa, fusca, subnitida, cinereo-sericea; pectore pedibusque fusco-testaceis; prothorace brevi, confertissime punctulato, obscuriore, medio tenuiter canaliculato; elytris subtiliter, confertim punctulatis, singulo costis duabus longitudinalibus, tenuibus, longe ante apicem desinentibus; abdomine segmentis duobus ultimis magnis, albis. Long. 6, lat. 2 millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

Præcedenti vix longior, sed nonnihil angustior. Caput magnum, rotundatum, nigro-fuscum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-sericeum, antice in medio longitudinaliter profunde impressum; palpis dilute fuscis; oculis magnis, rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ capite cum prothorace vix longiores, tenues, filiformes, dilute fusca, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, niger, subopacus, confertissime punctulatus, cinereo-sericeus, supra modice convexus, medio longitudinaliter, leviter impressus, antice subtruncatus, medio haud rotundato-productus, lateribus pone apicem haud ampliatus, dein rectus, postice subtruncatus, angulis retrorsum parum prominulis, subacuminatis; undique tenuiter reflexo-marginatus. Scutellum subtriangulare, fuscum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-pubescentis. Elytra prothorace quadruplo longiora at basi ejus haud latiora, fusca, subnitida, subtiliter, confertim punctulata, cinereo-sericea, supra paullo convexa, singulo leviter, longitudinaliter bi-costato, costa interiore mox pone medium, exteriori longe ante apicem desinentibus; antice subtruncata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata; extrorsum tenuiter reflexo-marginata; humeris non elevatis, rotundatis. Corpus subtile subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-sericeum; pectore fusco-testaceo, medio saturatiore; abdomine fusco, segmentis duobus ultimis magnis, albis. Pedes fusco-testacei; tarsi obscurioribus.

BHN.

490. *COLOPHOTIA pumila*: elongata, paullo convexa, fusca, subnitida, cinereo-sericea; antennis, palpis, prothorace subtus, lateribus pectoris pedibusque sordide flavo-testaceis; prothorace brevi, confertim, evidenter punctulato, tenuiter testaceo-marginato, medio leviter carinato; elytris subtiliter, crebre punctulatis, singulo tenuiter, longitudinaliter bi-costato; abdomine segmentis duobus ultimis magnis, albis. Long. 4—4 $\frac{3}{4}$, lat. 1 $\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura *C. fuscule*, sed dimidio minor; prothorace evidenter punctulato, medio carinato, undique tenuiter testaceo-marginato, ab illa bene distincta. Caput magnum rotundatum, nigrum, subnitidum, crebre, evidenter punctulatum, medio longitudinaliter, leviter impressum, inter oculos foveola rotunda, profunda insculptum; palpis sordide flavo-testaceis; oculis magnis, rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennæ capite cum prothorace haud longiores, subtenuis, filiformes, dilute fusco-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice subtruncatus, medio parum rotundato-productus, angulis obtusis; lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-amplius, dein versus basin perparum angustatus, postice truncatus, angulis non productis, rectis; supra modice convexus, crebre, evidenter punctulatus, nigro-fuscus, subopacus, tenuiter cinereo-sericeus, undique anguste reflexo-marginatus, medio leviter, longitudinaliter carinatus, margine testaceus. Scutellum ovatum, dilute fuscum, crebre punctulatum. Elytra prothorace fere quadruplo longiora et basi ejus haud latiora, fusca, subnitida, cinereo-sericea, supra paullo convexa, subtiliter, crebre punctulata, singulo costis duabus parum elevatis, longitudinalibus instructo, longe ante apicem desinentibus; antice subtruncata, lateribus recta, apice singulatim subrotundata; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus subtus obsolete punctulatum, fuscum, parce cinereo-sericeum; prothorace

subtus lateribusque pectoris sordide flavo-testaceis; abdomine segmentis duobus ultimis magnis, albis. Pedes sordide flavo-testacei; tarsi dilute fuscis. BHN.

491. DRILUS (OLIV.) *fuscus*: oblongo-ovatus, modice convexus, nigro-piceus, subnitidus, griseo-pubescent; capite prothoraceque obsolete punctulatis, hoc brevi, antice nonnihil angustato, utrinque longitudinaliter, leviter carinato, angulis posticis retrorsum paullo productis; elytris obsolete, crebre punctulatis; singulo basi ad humeros longitudinaliter impresso. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Individuis minoribus *D. concoloris* multo minor. Caput sat magnum, latitudine brevius, nigrum, subnitidum, parum profunde punctulatum, tenuiter griseo-pubescent, supra modice convexus, fronte sat profunde impressa; ore palpisque rufo-piceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, pectinatæ, piceæ, pubescentes. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, nigro-piceus, nitidus, minus crebre punctulatus, tenuiter griseo-pubescent, antice truncatus, angulis obtusis; lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-ampliatum, dein subrectus, postice fere truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, angulis retrorsum nonnihil productis, subacuminatis; supra convexusculus, non procul a latera carinula longitudinali, parum elevata instructus. Scutellum sat magnum, oblongo-triangulari, sat crebre punctulatum, nigro-piceum, subnitidum, tenuiter pubescent. Elytra prothorace fere triplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, picea, subnitida, sat dense griseo-pubescentia, supra modice convexa, subtiliter, crebre punctulata, basi ante humerum longitudinaliter, striaque suturali impressa; antice truncata, lateribus haud ampliata, apice conjunctim rotundata;

humeris nonnihil elevatis, rotundatis. Corpus subtus confertim punctulatum, nigro-piceum, nitidum, tenuiter pubescens. Pedes nigro-picei, interdum dilute fusci.

BHN.

Fam. XII. TELEPHORIDES.

492. CANTHARIS (LINNÉ) *emarginata*: oblonga, paullo convexa, rufo-testacea, cinereo-sericea; antennis longis, serratis, femoribus apice, tibiis, tarsis anoque nigro-fuscis; prothorace subtiliter punctulato, ante basin profunde impresso, ante angulos basales profunde, anguste emarginato; elytris sat crebre, evidenter punctulatis, apice nigro-fuscis. Long. 10, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

C. melanura nonnihil brevior et latior. Caput rufo-testaceum, subnitidum, cinereo-sericeum, subtiliter, crebre punctulatum; vertice obsolete longitudinaliter carinato; fronte leviter impressa; palpis fuscis; oculis rotundatis, valde convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ longitudine fere corporis, validæ, nigro-fuscae, pubescentes, articulo 3:o brevi, 4—9 elongatis, singulo extrorsum ampliato, apice truncato, 10—11 elongatis, tenuioribus. Prothorax latitudine brevior, rufo-testaceus, subnitidus, obsolete punctulatus, cinereo-sericeus; antice late rotundatus, lateribus versus basin leviter sinuatus, ante angulos posticos profunde, anguste emarginatus, postice reflexo-marginatus, medio leviter rotundato-emarginatus, supra paullo convexus, ante basin in medio foveola magna, profunda, rotunda inculptus. Scutellum oblongum, subtiliter, crebre punctulatum, rufo-testaceum, supra planum, cinereo-sericeum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris non elevatis, rotundatis; lateribus

recta, apice conjunctim late rotundata, supra paullo convexa, sat crebre, evidenter punctulata, rufo-testacea, cinereo-sericea, apice nigro-fusca. Corpus subtus rufo-testaceum, obsolete punctulatum, apice nigro-fuscum. Pedes obsolete punctulati, nigro-fusci; femoribus a basi ad medium rufo-testaceis.

BHN.

493. *CANTHARIS apicalis*: oblonga, paullo convexa, rufo-testacea, parum nitida, cinereo-sericea; antennis brevioribus, femoribus apice, tibiis, tarsis abdomineque apice nigro-fuscis; prothorace brevi, postice arcuatim impresso, angulis rotundatis; elytris sat crebre, evidenter punctulatis, apice nigro-fuscis. Long. $8\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

Colore et signaturis *C. emarginatæ*, nonnihil latior, antennis multo brevioribus, prothorace aliter impresso, utrinque non emarginato, ab illa distincta. Anne femina præcedentis? Caput rufo-testaceum, subnitidum, cinereo-sericeum, subtiliter, crebre punctulatum; vertice obsolete, longitudinaliter carinato; fronte leviter impressa; palpis fusco-testaceis; oculis rotundatis, valde convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ dimidio corpore longiores, minus tenues, nigræ, tenuiter pubescentes. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, rufo-testaceus, subnitidus, vix vel obsolete punctulatus, cinereo-sericeus, antice angulisque late rotundatus, lateribus fere rectus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, angulis rotundatis; supra paullo convexus, undique reflexo-marginatus, ante basin sat profunde, arcuatim impressus, arcu retrorsum flexo. Scutellum ovatum, rufo-testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-sericeum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus recta, apice conjunctim late rotundata, supra

paullo convexa, sat crebre, evidenter punctulata, rufo-testacea, cinereo-sericea, apice nonnihil magis quam in præcedenti, nigro-fusca. Corpus subtus rufo-testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-sericeum, segmentis duobus ultimis nigro-fuscis. Pedes nigro-fusci, obsolete punctulati; femoribus ad medium rufo-testaceis.

BHN.

494. *CANTHARIS vitticollis*: oblonga, paullo convexa, flavo-testacea, cinereo-sericea; capite, antennis, basi excepto, pectore, tarsis, abdomineque basi nigro-fuscis; prothorace medio vitta lata, longitudinali scutelloque nigro-æneis, illo margine laterali antice crasso, reflexo; elytris obsolete, creberrime punctulatis. Long. 7, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Magnitudo *C. bivittata*. Caput nigro-æneum, subtiliter, crebre punctulatum subopacum, cinereo-sericeum; mandibulis apice, genisque inferne flavo-testaceis; palpis nigro-piceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ longitudine fere corporis, subtenues, filiformes, nigro-fuscæ, parce pubescentes, articulo primo flavo-testaceo, interdum supra infuscato. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice late rotundatus, lateribus mox pone apicem rotundato-ampliatum, crasse reflexo-marginatus, dein rectus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, angulis rotundatis; supra paullo convexus, flavo-testaceus, obsolete punctulatus, cinereo-sericeus, postice leviter, longitudinaliter impressus, medio vitta lata, a basi ad apicem continuata, nigro-ænea. Scutellum subtriangulare, nigro-æneum, subopacum, confertim punctulatum, cinereo-sericeum, apice obtusum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, flavo-testacea, subopaca, supra paullo convexa, obsolete, creberrime punctulata, cinereo-sericea, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, lateribus recta, apice singu-

latim subrotundata; humeris parum elevatis, rotundatis. Corpus subtus obsolete, crebre punctulatum, nigro-fuscum, cinereo-sericeum; segmentis duobus ultimis abdominis flavo-testaceis. Pedes flavo-testacei, tarsis nigro-fuscis.

BHN.

495. *CANTHARIS caffra*: oblonga, paullo convexa, flavo-testacea, cinereo-sericea; capite medio, antennis, basi excepto, pectore, tarsis abdomineque basi nigro-fuscis; prothorace medio vitta longitudinali, lata, utrinque abbreviata, postice latiore, interdum trifida, macula utrinque parva, scutelloque nigro-æneis, illo margine laterali antice crasse reflexo; elytris obsolete, creberrime punctulatis. Long. 9, lat. 3 millim.

Habitat in terra Natalensi.

C. vitticollis statura similis, major, genis flavis, prothorace vitta latiori, utrinque abbreviata, macula parva laterali pone medium, nigro-ænea notato, ab illa mox distincta. Caput nigro-æneum, obsolete, crebre punctulatum, subopacum, dense cinereo-sericeum; genis totis, mandibulisque flavo-testaceis; palpis nigro-piceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ longitudine fere corporis, subtenuis, filiformes, nigro-fusæ, cinereo-pubescentes, articulo primo flavo-testaceo, supra infuscato. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice late rotundatus, lateribus mox pone apicem rotundato-ampliatum, crasse reflexo-marginatus, dein rectus, postice in medio subtruncatus, utrinque leviter rotundatus, supra paullo convexus, flavo-testaceus, obsolete punctulatus, cinereo-sericeus, medio longitudinaliter impressus, vitta lata, antice posticeque abbreviata, antrorsum nonnihil angustata, interdum postice bi-emarginata maculaque parva utrinque, nigro-æneis. Scutellum subtriangulare, nigro-æneum, subopacum, confertim punctulatum, cinereo-sericeum, apice obtusum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, flavo-

testacea, subopaca, supra paullo convexa, obsolete creberrime punctulata, cinereo-sericea; antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, lateribus recta, apice singulatim subrotundata; humeris parum elevatis, rotundatis. Corpus subtus obsolete, crebre punctulatum, nigro-fuscum, cinereo-sericeum; segmentis abdominis apice tenuiter, duobus ultimis totis, flavo-testaceis. Pedes flavo-testacei; coxis anticis supra tarsisq. nigro-fuscis. BHN.

496. *CANTHARIS verticalis*: oblonga, paullo convexa, flavo-testacea, cinereo-sericea; vertice, palpis apice, antennis extrorsum, pectore, abdomineque basi nigro-fuscis; prothorace brevi, canaliculato, medio vitta longitudinali scutelloque nigro-æneis, illo marginè laterali antice crasse reflexo; elytris obsolete, creberrime punctulatis. Long. $5\frac{3}{4}$, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura et similitudo *C. vitticollis*, nonnihil minor; capite toto, vertice excepto, flavo-testaceo, antennis dilutioribus, ab illa mox distincta. Caput flavo-testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-sericeum; vertice transversim nigro-æneo, nigredine antice in medio nonnihil rotundato-ampliata; palpis extrorsum, mandibulisque apice leviter infuscatis; oculis rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ corpore nonnihil breviores, filiformes, tenues, flavo-testaceæ, parce pubescentes, articulis 4—11 extrorsum infuscatis. Prothorax latitudine dimidio ferè brevior, antice late rotundatus, lateribus rectus, mox pone apicem crasse reflexo-marginatus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, utrinque leviter rotundatus, supra paullo convexus, flavo-testaceus, obsolete punctulatus, cinereo-sericeus, medio longitudinaliter, parum profunde canaliculatus, vitta lata, nigro-ænea, a basi ad apicem continuata ornatus. Scutellum subtriangulare, nigro-æneum, subtiliter, crebre punctu-

latum, cinereo-sericeum, apice obtusum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, flavo-testacea, subopaca, supra paullo convexa, obsolete, creberrime punctulata, cinereo-sericea, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, lateribus recta, apice singulatim subrotundata; humeris parum elevatis, rotundatis. Corpus subtus obsolete, crebre punctulatum; pectore nigro-fusco, cinereo-sericeo; abdomine fere toto flavo-testaceo, basi tantum infuscato. Pedes flavo-testacei; tarsi fuscescentibus.

BHN.

497. *CANTHARIS circumdata*: oblonga, paullo convexa, nigro-fusca, subopaca, cinereo-sericea; genis, antennarum articulo primo apice, pedibus abdomineque apice flavo-testaceis; prothorace utrinque late flavo-testaceo-marginato, lateribus antice crasse reflexo; elytris subtilissime, crebre punctulatis, sutura margineque exteriori flavo-testaceis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. 3 millim.

Habitat in terra Natalensi.

C. vitticollis nonnihil brevior et latior. Caput nigro-fuscum, obsolete, crebre punctulatum, cinereo-sericeum, genis mandibulisque basi flavo-testaceis; palpis nigro-fuscis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ elytris nonnihil longiores, subtenuis, filiformes, nigro-fuscae, pubescentes, articulo primo apice testaceo. Prothorax latitudine nonnihil brevior, antice leviter rotundatus, crasse reflexo-marginatus, lateribus subrectus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, angulis rotundatis; supra paullo convexus, obsolete, crebre punctulatus, flavo-testaceus, parum nitidus, medio leviter impressus, vitta lata, nigro-fusca, anterie nonnihil angustata, a basi ad apicem continuata ornatus. Scutellum subtriangulare, nigro-fuscum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-sericeum, apice obtusum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, antice conjunctim leviter rotundato-

emarginata, supra paullo convexa, fusca, subtiliter, crebre punctulata, cinereo-sericea, sutura margineque-exteriore flavo-testaceis. Corpus subtus obsolete punctulatum, nigro-fuscum, cinereo-sericeum; segmentis abdominis marginibus apiceque flavo-testaceis. Pedes flavo-testacei; tarsi fuscis.

BHN.

498. *CANTHARIS nigrina*: oblonga, parum convexa, nigra, subnitida, cinereo-sericea; capite antice impresso prothoraceque obsolete punctulatis, hoc brevi, lateribus antice crasse elevato-marginato, ante basin impresso; elytris subtiliter, crebre rugoso-granulatis. Long. 5, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Magnitudo *C. paludosa*. Caput sat magnum, nigrum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum, cinereo-sericeum, antice fere planum, inter antennas impressum; palpis nigro-piceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ nigrae, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, niger, subnitidus, obsolete punctulatus, parce cinereo-sericeus, antice leviter rotundatus, lateribus basin versus perparum oblique angustatus, antice magis, crasse, dein et postice tenuiter reflexo-marginatus, basi medio leviter rotundato-emarginatus, angulis obtusis; supra convexiusculus, utrinque ad latera ante basin sat late impressus. Scutellum subtriangulare, nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-sericeum, apice obtusum. Elytra prothorace fere quadruplo longiora et basi ejus haud latiora, nigra, subnitida, cinereo-sericea, supra paullo convexa, subtiliter, confertim rugoso-granulata, antice conjunctim rotundato-emarginata, lateribus recta, apice singulatim rotundata; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus subtus nigrum, subtilissime, crebre punctulatum, cinereo-sericeum. Pedes nigri, tenuiter pubescentes.

BHN.

Fam. XIII. MELYRIDES.

499. *APALOCHRUS* (ERICHs.) *sumtuosus*: oblongo-quadratus, modice convexus, griseo-pubescentis et parce villosus, viridis, nitidus; ore, antennis basi elytrisque flavo-testaceis, his antice maculis duabus, magnis, oblongis fasciaque lata, transversa, pone medium, viridibus. Long. $6\frac{1}{2}$ —7, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Mas.: prothorace viridi; antennis flavis, flabellatis, extrorsum fuscis; abdomine, apice excepto, pedibusque flavo-testaceis, femoribus anticis basi, posticis apicem versus, viridibus; tibiis anticis basi supra sæpe infuscatis, versus apicem sensim ampliatis, apice intus dente valido, longo, extrorsum flexo instructis, mediis basi tenuibus, apicem versus valde in-crassatis, inflatis.

Femina.: prothorace flavo-testaceo, medio macula magna, viridi, postice leviter bi-emarginata; antennis brevioribus, serratis, basi testaceis; pedibus simplicibus, virescentibus; tibiis tarsisque fuscis; abdomine flavo-testaceo, medio viridi, segmentis apice testaceis.

Habitat in Caffraria tota.

Species pulchra. *Malachio æneo* magnitudine æqualis. Caput sat magnum, rotundatum, viride, nitidum, fusco-villosum, subtiliter, crebre punctulatum, postice convexum, fronte plana, medio puncto profundiori impressa; ore palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ longæ, basi testaceæ, maris dilutiones, articulo basali in utroque sexu supra versus apicem sæpe leviter infuscato. Prothorax latitudine brevior, subtiliter, confertim punctulatus, fusco-villosus, antice subtruncatus, postice late rotundatus, undique tenuiter reflexo-marginatus, supra paullo convexus, intra apicem et basin transversim impressus, impressionibus in mare evidentioribus; pro sexu discolor. Scutellum mediocre, viride, nitidum, supra planum, subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens,

scens, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace triplo longiora, at basi ejus non latiora, sat dense griseo-pubescentia et parce fusco-villosa, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus usque ad apicem sensim perparum ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, confertissime, subtiliter punctata, flavo-testacea, subnitida, basi extus in singulo macula magna, oblonga, fere ad medium extensa, apice rotundata et mox pone medium fascia lata, communi, sinuata, viridi-vel pulchre cæruleo-nitentibus. Corpus subtus et pedes ut in diagnosi indicatum.

BHN.

500. MALACHIUS (FAER.) *Erichsoni*: oblongo-quadratus, modice convexus, cæruleus, nitidus, fusco-villosus; labro rufo-testaceo; capite subtiliter, crebre punctulato, antice transversim impresso; prothorace medio-criter, sat crebre punctulato, postice evidenter reflexo-marginato, medio leviter sinuato; elytris crebre, medio-criter rugoso-punctatis, singulo in medio macula magna, laterali, rufo-testacea. Long. 5, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Malach. viridi nonnihil latior et brevior. Caput sat magnum, rotundatum, cæruleum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, fusco-villosum, antice late, transverse impressum; labro testaceo; palpis nigro-piceis; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ capite cum prothorace fere duplo longiores, minus tenues, nigro-piceæ, pubescentes. Prothorax latitudine multo brevior, obscure cæruleus, nitidus, fusco-villosus, supra convexusculus, crebre, parum profunde punctatus, antice truncatus, lateribus pone apicem sensim oblique ampliatus, basin versus citius rotundatus, postice in medio leviter rotundato-emarginatus, undique, postice evidenter reflexo-mar-

ginatus. Scutellum mediocre, nigro-cæruleum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace triplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, fusco-villosa, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus recta, ante apicem nonnihil ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, confertim, mediocriter rugoso-punctata, cærulea, nitida, singulo in medio macula magna, transversa, rufo-testacea, margini adfixa, ibique apicem versus nonnihil continuata, introrsum rotundata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, obscure viridi-cærulescens, parce villosum; segmentis abdominis apice tenuiter testaceo-marginatis. Pedes viridicærulescentes, obsolete punctulati, griseo-pubescentes; tibiis tarsisque fuscis.

BHN.

501. *MALACHIUS caffer*: oblongo-quadratus, paullo convexus, viridis, nitidus, parce fusco-villosus; labro, antennis, palpis basi, tibiisque, apice excepto, flavo-testaceis; prothorace cupreo-micante, confertim punctato, antice leviter, postice profundius, transversim impresso; elytris confertim, mediocriter punctatis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. 2 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

M. viridi non longior sed angustior. Caput magnum, rotundatum, viride, subnitidum, parce fusco-villosum, supra paullo convexum, confertim punctulatum, antice planum; labro palpisque flavis, his articulo ultimo apice infuscato; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, minus tenues, fuscae, articulis tribus basalibus flavo-testaceis, primo supra tamen leviter infuscato. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, cupreo-micans, parce fusco-villosus, supra convexusculus, mediocriter, sat crebre, ad latera densius punctulatus, intra apicem leviter, ante basin pro-

fundius, transversim impressus, antice truncatus, lateribus rectus, postice fortius rotundatus, undique tenuiter reflexo-marginatus. Scutellum breve, fusco-æneum, obsolete punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace triplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, viridia, nitida, breviter griseo-pubescentia et parce fusco-villosa, supra paullo convexa, confertim, mediocriter punctata, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, lateribus a basi apicem versus sensim perparum ampliata, apice conjunctim late rotundata; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus subtus nigro-æneum, obsolete, crebre punctulatum, parum nitidum; abdomine rufo-testaceo-marginato. Pedes viridi-ænei, obsolete punctulati, parce pubescentes; tibiis a basi fere ad apicem flavo-testaceis; tarsis fuscis.

BHN.

502. *MALACHIUS cærulescens*: oblongo-quadratus, modice convexus, cæruleus, subnitidus, griseo-pubescentis; palpis antennisque nigris; capite prothoraceque crebre punctulatis, hoc medio canaliculato; elytris evidenter, confertim punctulatis; abdomine basi medio segmentisque apicibus miniatis. Long. $3\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat ad Boschjesmanns Rand.

M. viridi multo minor. Caput sat magnum, rotundatum, cæruleum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce griseo-pubescentis, postice paullo convexum, antice utrinque leviter impressum; palpis nigro-piceis; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, subtenuis, obtuse serratæ, nigrae, pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, cæruleus, subnitidus, pube erecta, grisea adpersus, supra convexiusculus, subtiliter, sat crebre punctulatus, medio tenuiter, longitudinaliter canaliculatus, intra apicem obsolete, ante basin evidentiùs, transversim impressus, antice subtruncatus, angulis rotundatis, lateribus subrectus,

postice late rotundatus ibique medio leviter rotundato-emarginatus, undique tenuiter, basi latius reflexo-marginatus. Scutellum parvum, cæruleum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace triplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, cærulea, subnitida, pube erecta, grisea sat dense obsita, supra convexiuscula, subtiliter, evidenter et confertim punctulata, antice singulatim vix rotundato-producta, lateribus subrecta, pone medium nonnihil ampliata, apice conjunctim late rotundata; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus subtus viridi-cæruleum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, griseo-pubescentis; abdomine plaga media longitudinali longius ante apicem desinente segmentisque apice tenuiter miniatis. Pedes viridi-cærulescentes, obsolete punctulati, griseo-pubescentes.

BHN.

503. *MALACHIUS triplagiatus*: oblongo-quadratus, modice convexus, rufo-testaceus, subnitidus, griseo-pubescentis; antennis serratis, nigris, basi inferne rufo-testaceis; pectore nigro; prothorace latitudine brevior, vix punctato; elytris obsolete, crebre punctulatis, fascia lata, transversa, basali, communi plagaque magna postica in singulo cæruleis. Long. 3, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Anthocomo equestri vix longior, sed dimidio latior. Caput magnum, latitudine nonnihil brevius, rufo-testaceum, subnitidum, supra paullo convexum, vix vel obsolete punctulatum, parce pubescens, antice leviter impressum; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ minus tenues, nigræ, sat profunde serratæ, articulo secundo fere toto, 3—5 subtus rufescentibus. Prothorax latitudine dimidio brevior, rufo-testaceus, nitidus, sublævis, tenuiter griseo-pubescentis, supra convexiusculus, antice in medio leviter rotundato-productus, angulis obtusis; lateribus modice, posterius tamen citius rotundatus, basi

medio subtruncatus, margine laterali et basali reflexo. Scutellum breve, obscure æneum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, griseo-pubescent, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice conjunctim subtruncata, humeris nonnihil elevatis, rotundatis; lateribus apicem versus sensim nonnihil ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra convexiuscula, subtiliter, creberrime punctulata, rufo-testacea, fascia lata, transversa, basali, communi, plagaque magna, subrotundata in singulo, a medio ad apicem continuata, apice ipso ad suturam rufo-testaceo. Pedes rufo-testacei, obsolete punctulati, parce albidovillosi.

BHN.

504. *MALACHIUS amœnulus*: oblongo-quadratus, paullo convexus, rufo-testaceus, subnitidus, parce griseo-pubescent; oculis, scutello pectoreque nigris; prothorace latitudine brevior, obsolete punctulato, postice dilute flavo-marginato; elytris subtiliter, crebre punctulatis, nigris, macula communi, ovata, ante medium, apice maculaque in singulo laterali flavis, macula humerali apiceque ipso rufo-testaceis. Long. $3\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura fere *M. triplagiati*, nonnihil tamen minor. Caput magnum, latitudine nonnihil brevius, rufo-testaceum, nitidum, obsolete punctulatum, fere glabrum, supra paullo convexum, antice obsolete impressum, vertice in medio leviter foveolato; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace nonnihil longiores, minus tenues, rufo-testacæ, pubescentes, parum profunde serratæ. Prothorax latitudine brevior, rufo-testaceus, nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, tenuiter pubescens, supra modice convexus, postice reflexus, dilute flavo-marginatus, antice in medio rotundato-productus, angulis obtusis; lateribus modice, basin versus citius,

rotundatus, postice in medio subtruncatus. Scutellum mediocre, subtriangulare, nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apice obtusum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus haud latiora, antice subtruncata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus versus apicem sensim nonnihil ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra convexiuscula, subtiliter, crebre punctulata, subnitida, tenuiter griseo-pubescentia, nigra, ante medium macula ovata, communi, apice, maculaque in singulo fere media, laterali, dilute flavescentibus, præterea ipso apice maculaque sat magna humerali, subovata, rufo-testaceis. Corpus subtus subnitidum, rufo-testaceum, obsolete, crebre punctulatum, tenuiter pubescens; pectore nigro. Pedes rufo-testacei, obsolete punctulati et albido-pubescentes; tibiis posticis parum inflexis.

BHN.

505. *MALACHIUS consobrinus*: oblongo-quadratus, paullo convexus, rufo-testaceus, subnitidus, breviter griseo-pubescentis; oculis, scutello corporeque subtus nigris, hoc utrinque vitta pectorali obliqua abdomineque medio rufo-testaceis; prothorace latitudine breviora, postice dilute flavo-marginato; elytris dilute flavis, subtiliter, crebre punctulatis, singulo vitta nigra inaequali, medio tenuiore, antice et pone medium cum opposita connexa. Long. 3, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Var. a. vitta elytrorum medio interrupta.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura et summa similitudo *M. amœnuli*, nonnihil minor, abdomine nigro, medio tantum rufo-testaceo, vitta elytrorum nigra ante medium ramulum extrorsum non emittente, ab illo mox distinctus. Caput magnum, latitudine nonnihil brevius, rufo-testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, breviter pubescens, supra paullo convexum, antice haud impressum; oculis rotun-

dati, convexi, nigri. Antennæ capite cum prothorace nonnihil longiores, minus tenues, rufo-testaceæ, pubescentes, parum profunde serratæ. Prothorax latitudine brevior, rufo-testaceus, nitidus, obsolete punctulatus, breviter pubescens, supra modice convexus, postice reflexus, dilute flavo-marginatus, antice in medio modice rotundato-productus, angulis obtusis; lateribus modice, versus basin citius rotundatus, postice in medio subtruncatus. Scutellum mediocre, subtriangulare, nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apice obtusum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus haud latiora, antice subtruncata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus apicem versus sensim nonnihil ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra convexiuscula, subtiliter, crebre punctulata, breviter griseo-pubescentia, dilute flava, subnitida, antice ad humeros apiceque saturatiora, singulo vitta longitudinali nigra, a basi apicem versus continuata, inæquali, medio angustiore, posterius præsertim ampliata, ibique et ad basin cum opposita connexa. Corpus subtus nigrum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum, tenuiter pubescens, pectore utrinque vitta obliqua abdomineque medio rufo-testaceis. Pedes rufo-testacei, obsolete punctulati, breviter albido-pubescentes; tibiis posticis parum inflexis.

BHN.

506. *MALACHIUS bimaculatus*: oblongo-quadratus, modice convexus, nigro-cærulescens, sub nitidus, dense cinereo-pubescentis; labro, antennis basi, tibiis tarsisque flavo-testaceis; prothorace latitudine brevior, subtiliter, crebre punctulato; elytris subtiliter, crebrius punctulatis, singulo mox ante medium macula sat magna laterali, flavo-testacea. Long. 3, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Anthocomo Cardiacæ nonnihil major. Caput latitudine brevius, nigro-cæruleum, subnitidum, subtiliter,

crebre punctulatum, breviter cinereo-pubescens; postice parum convexum, antice planum, utriusque leviter impressum; labro testaceo; palpis piceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace nonnihil longiores, minus tenues, nigræ; subtiliter serratæ, articulo primo apice, 2—4 totis flavo-testaceis. Prothorax latitudine brevior, nigro-cærulescens, subnitidus, subtilissime, crebre punctulatus, griseo-pubescens, supra convexiusculus, postice tenuiter reflexo-marginatus, antice leviter rotundato-productus, angulis obtusis; lateribus leviter rotundato-amplius, basin versus citius rotundato-angustus, ipsa basi subtruncatus. Scutellum breve, mediocre, nigro-cæruleum, subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice subtruncata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus versus apicem sensim, nonnihil ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, subtiliter, sat crebre punctulata, dense cinereo-pubescentia, nigro-cærulea, subnitida, singulo mox ante medium macula magna, transversa, laterali, extrorsum nonnihil latiore, introrsum rotundata, flavo-testacea. Corpus subtus obsolete punctulatum, nigro-cæruleum, subnitidum, cinereo-pubescens. Pedes obsolete punctulati, parce pubescentes; femoribus nigro-cærulescentibus; tibiis tarsisque sordide testaceis.

BHN.

507. HEDYBIUS (ERICHs.) *superciliosus*: oblongo-quadratus, paullo convexus, cæruleus, nitidus, griseo-pubescens; antennis, capite antice, prothorace, scutello, abdomine pedibusque rufo-testaceis, articulo quarto antennarum subtus apice macula nigra; elytris subtiliter, confertim punctulatis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. 2 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Corpus densius griseo-pubescens, parce fusco-villosum. Caput magnum, prothorace latius, subtiliter, crebre

punctulatum, flavo-testaceum, postice nigrum, parum convexum; fronte tota profunde lateque impressa, lobis antecularibus productis, apice pilosis; mandibulis apice piceis; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ longitudine fere corporis, subtenuis, flavo-testaceæ, articulo, quarto inferne ad apicem macula parva, nigra, nitida. Prothorax latitudine brevior, flavo-testaceus, nitidus, vix vel obsolete punctulatus, supra paullo convexus, antice leviter, postice fortiter, lateribus modice rotundatus, undique tenuiter reflexo-marginatus, ad latera impressus, basi in medio leviter rotundato-emarginatus. Scutellum breve, subtiliter, crebre punctulatum, flavo-testaceum, tenuiter pubescens, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, cærulea, nitida, supra convexiuscula, subtiliter, crebre punctulata, antice subtruncata, vix rotundato-producta, lateribus fere recta vel apicem versus perparum ampliata, apice conjunctim late rotundata; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus subtiliter, crebre punctulatum; pectore viridi-cærulescente; abdomine flavo-testaceo. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati; tarsis saturatoribus.

BHN.

508. *HEDYBIUS variicornis*: oblongo-quadratus, paullo convexus, viridi-cyaneus, nitidus, parce fusco-villosus; antennis nigris, articulis 3—5, capite antice, prothorace, pedibus abdomineque apice rufo-testaceis; elytris subtiliter, crebre punctulatis. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura præcedentis, minor. Caput magnum, prothorace nonnihil latius, nigrum, subnitidum, obsolete punctulatum, antice flavo-testaceum, maris inæquale, fronte antice utrinque profunde impressa; feminæ fronte plana; mandibulis, palpisque apice piceis; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ corpore nonnihil breviores,

minus tenues, nigræ, pubescentes, articulis 1—9 subtus, 3—5 totis flavo-testaceis. Prothorax latitudine nonnihil brevior, rufo-testaceus, nitidus, parce fusco-villosus, supra paullo convexus, obsolete punctulatus, antice lateribusque leviter, angulis posticis citius rotundatus, basi in medio leviter sinuatus, undique reflexo-marginatus. Scutellum parvum, obsolete punctulatum, nigro-fuscum, nitidum, parce pubescens, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, viridi-cyanea, nitida, parce fusco-villosa, supra modice convexa, subtiliter, creberrime punctulata, antice vix rotundato-emarginata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus versus apicem sensim perparum ampliata, apice conjunctim late rotundata. Corpus subtus obsolete punctulatum, viridi-æneum, subnitidum, pubescens; abdomine maris apice segmentisque margine apicali, femine segmentis apice tantum, rufo-testaceis. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati, pubescentes; femoribus posticis basi nonnihil infuscatis.

BHN.

509. *HEDYBIUS cavifrons*: oblongo-quadratus, paullo convexus, nigro-æneus, subnitidus, vix pubescens; capite flavo, medio profunde excavato, antice tuberculis duobus supra nigro-fuscis; prothorace postice angustiore, reflexo, apice leviter emarginato; elytris subtilissime, creberrime punctulatis, singulo margine antico, macula magna laterali pone medium, apiceque flavo-testaceis. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoçonis.

Parvus. Caput magnum, flavum, subnitidum, obsolete punctulatum, medio profunde excavatum, antice tuberculis duobus magnis, approximatis, supra nigro-fuscis; palpis nigro-fuscis; oculis rotundatis, convexis, brunneis. Antennæ elytris nonnihil longiores, minus

tenuis, fusca, pubescentes, basi subtus testaceæ. Prothorax latitudine longior, nigro-æneus, subnitidus, vix punctatus, glaber, antice capite nonnihil angustior, subtruncatus, lateribus modice rotundatus, basin versus sensim oblique angustatus, retrorsum productus, postice leviter rotundato-emarginatus, supra paullo convexus, ante basin late, transversim impressus. Scutellum parvum, obsolete punctulatum, nigro-æneum, subnitidum, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace fere duplo longiora et basi ejus dimidio latiora, abdomine breviora, antice vix rotundato-emarginata, humeris elevatis, rotundatis; lateribus versus apicem perparum ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, subtilissime, creberrime punctulata, nigro-ænea, subnitida, fere glabra, singulo margine antico, macula sat magna laterali, subquadrata, margini adfixa, apiceque flavo-testaceis. Corpus subtus nigro-æneum, parum nitidum, obsolete, crebre punctulatum. Pedes fusci, obsolete punctulati; femoribus obscurioribus.

BHN.

510. ANTHOCOMUS (ERICHs.) *ramicornis*: oblongo-quadratus, paullo convexus, niger, parum nitidus, breviter pubescens; antennis fuscis, basi testaceis, maris pectinatis; prothorace rufo-testaceo, antice plaga magna, nigra notato; elytris obsolete, crebre punctulatis, apice rufo-testaceis. Long. 2, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

A. *Cardiacæ* statura subsimilis, nonnihil minor, prothorace rufo-testaceo, plaga magna apicali nigra, ab illo mox distinctus. Caput sat magnum, rotundatum, vix punctulatum, breviter fusco-pubescentis; labro flavo-testaceo; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ fusca, basi testaceæ, maris articulis tertio quartoque dentatis, sequentibus pectinatis. Prothorax capite vix angustior, latitudine brevior, antice subtruncatus, lateribus modice,

postice citius rotundatus, basi in medio leviter rotundato-emarginatus, undique reflexo-marginatus, supra convexiusculus, vix punctulatus, breviter pubescens, rufo-testaceus, nitidus, antice in medio plaga sat magna, postice rotundata, nigra. Scutellum breve, nigrum, obsolete punctulatum, breviter pubescens, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace duplo longiora et basi ejus haud latiora, antice vix rotundato-emarginata, humeris haud elevatis, rotundatis; lateribus fere recta, apice conjunctim late rotundata, supra convexiuscula, vix vel obsolete punctulata, nigra, subnitida, breviter pubescentia, apice rufo-testaceo, maris intruso, singulatim obtuse tuberculato. Corpus subtus obsolete punctulatum, nigrum, parum nitidum, parce pubescens. Pedes obsolete punctulati, nigri, pubescentes, geniculis anticis fusco-testaceis.

BHN.

511. *ANTHOCOMUS coronatus*: oblongo-quadratus, paullo convexus, piceus, subnitidus, parce griseo-pubescens; antennis sordide testaceis; capite ovato, flavo, vitta media lata et alia utrinque laterali supra oculos, nigris; prothorace angusto, obsolete punctulato, postice tenuiter testaceo-marginato; elytris subtiliter, crebre punctulatis, fascia mox ante medium recta, apiceque flavo-testaceis. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

A. fasciato minor, præsertim angustior. Caput medioere, ovatum, flavum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum, parce pubescens, medio vitta lata, longitudinali, antice nonnihil abbreviata, aliaque utrinque laterali supra oculos, nigro-piceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace vix dimidio longiores, tenues, sordide testaceæ, parce pubescentes. Prothorax parvus, capite angustior, latitudine longior, antice subtruncatus, lateribus in medio parum rotundato-

ampliatus, postice leviter rotundatus, medio vix emarginatus, supra paullo convexus, obsolete, crebre punctulatus, piceus, nitidus, parce griseo-pubescens, basi tenuiter testaceo-marginatus, undique anguste reflexo-marginatus. Scutellum parvum, piceum, parum nitidum, obsolete punctulatum, parce pubescens. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus dimidio latiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus versus apicem sensim perparum ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra paullo convexa, subtiliter, crebre punctulata, picea, subnitida, parce griseo-pubescentia, mox pone medium fascia transversa, recta, minus lata, communi apiceque flavo-testaceis. Corpus subtus piceum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum, parce pubescens. Pedes picei, dense albido-villosi; coxis omnibus femoribusque anticis basi testaceis; tibiis posticis leviter inflexis.

BHN.

512. *ANTHOCOMUS disjunctus*: oblongo-quadratus, paullo convexus, fuscus, parum nitidus, breviter griseo-pubescens; capite vitta media longitudinali, labro, antennis femoribusque basi testaceis; prothorace oblongo-quadrato, subtiliter, crebre punctulato; elytris obsolete, confertim punctulatis, apice rufo-testaceis. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Magnitudo et fere statura præcedentis, aliter coloratus. Caput mediocre, subrotundatum, fuscum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, vix pubescens, medio vitta longitudinali flavo-testacea ornatum, supra modice convexus, antice late, sat profunde impressum, utrinque leviter canaliculatum; labro palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace nonnihil longiores, tenues, sordide

testaceæ, pubescentes. Prothorax oblongo-quadratus, latitudine nonnihil longior, fuscus, subnitidus, subtiliter, crebre punctulatus, parce pubescens, supra modice convexus, antice canalicula obsoleta, longitudinali impressus, apice subtruncatus, mox pone apicem modice rotundatus, a medio basin versus nonnihil angustatus, postice truncatus, angulis rotundatis; ad latera et basin latius reflexo-marginatus. Scutellum parvum, breve, fuscum, subtiliter, crebre punctulatum, parum nitidum, tenuiter pubescens, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris laud elevatis, rotundatis; lateribus apicem versus sensim perparum ampliata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, subtiliter, crebre punctulata, fusca, parum nitida, tenuiter griseo-pubescentia, apice macula sat magna, communi, subtriangulari, rufo-testacea. Corpus subtus fuscum, subnitidum, obsolete punctulatum, tenuiter pubescens. Pedes graciles, fusci; femoribus basi tarsisque dilutioribus.

BHN.

513. CHAROPUS (ERICHs.) *brachypterus*: ovatus, convexus, nigro-æneus, parum nitidus, breviter cinereo-pubescentis; fronte impressa; antennis articulis 2—5 sordide testaceis; prothorace brevioris, antice fortiter rotundato, basi coarctato, producto, transversim evidenter impresso; elytris abdomine brevioribus, subtiliter, crebre punctulatis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Magnitudo *Charopi pallipedis*, fronte impressa, prothorace brevioris, antice latiore, postice transversim evidentius impresso, elytris brevioribus, evidentius punctulatis ut et colore pedum, ab illo mox distinctus. Caput sat magnum, rotundatum, latitudine paullo brevius, nigrovirescens, subnitidum, subtilissime et confertim punctu-

latum, breviter pubescens, postice leviter convexum, antice planum, subtriangulariter, parum profunde impressum; palpis nigris; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, tenues, filiformes, nigrae, articulis 2—4 sordide flavo-testaceis. Prothorax latitudine antica parum longior, nigro-virescens, subnitidus, subtilissime, crebre punctulatus, breviter griseo-pubescens, antice rotundato-productus, lateribus mox pone apicem fortius rotundatus, postice coarctatus, basi truncatus, leviter productus, intra basin transversim, late, evidenter impressus, anterieus modice convexus. Scutellum sub prothorace fere occultatum, breve, nigro-virescens, obsolete punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus haud latiora, abdomine multo breviora, nigro-virescentia, subnitida, subtiliter, crebre punctulata, breviter griseo-pubescens, supra modice convexa, antice subtruncata, lateribus ultra medium citius oblique ampliata, dein apicem versus angustata, apice singulatim late rotundata; humeris non elevatis, rotundatis. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, nigro-virescens, subnitidum, parce, breviter pubescens. Pedes elongati, graciles, nigro-fusci.

BHN.

514. COLETES (ERICHS.) *nobilis*: oblongo-quadratus, modice convexus, niger, subnitidus, fere glaber; antennis, pedibus, femorum posticorum apice excepto, prothoraceque testaceis, hoc disco antico nigro; elytris cyaneis, confertim punctulatis, singulo macula marginali, oblonga, utrinque attenuata, albida. Long. $1\frac{3}{4}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

C. albilatero ERICHS. affinis, ab illo tamen differt, prothorace tantum antice in medio nigro ut et femoribus posticis extrorsum infuscatis. Caput magnum, latitudine

brevius, nigrum, parum nitidum, obsolete, crebre punctulatum; clypeo, labro palpisque flavo-testaceis; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace longiores, filiformes, testaceæ, articulo primo basi, 5—7 extrorsum leviter infuscatis. Prothorax latitudine paullo brevior, antice leviter rotundato-productus, angulis obtusis, lateribus parum ampliatus, versus basin subangustatus, angulis posticis fortius rotundatis; basi medio subtruncatus, leviter rotundato-emarginatus, supra convexiusculus, testaceus, subnitidus, vix vel obsolete punctulatus, antice macula sat magna, introrsum rotundata, nigra; margine basali reflexo. Scutellum parvum, nigrum, parum nitidum, obsolete punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice subtruncata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus fere recta, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, crebre, minus subtiliter punctulata, cyanea, subnitida, breviter griseo-pubescentia, singulo in limbo laterali macula elongata, albida, utrinque attenuata, antice minus, postice magis abbreviata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, obsolete punctulatum. Pedes flavo-testacei; femoribus posticis a medio ad apicem nigro-fuscis, tibiis ejusdem paris saturatoribus.

BHN.

515. *COLETES unifasciatus*: oblongo-quadratus, modice convexus, nigro-cærulescens, nitidus, breviter cinereo-pubescentis; palpis, antennis basi tibiisque anticis flavo-testaceis; prothorace brevi, obsolete punctulato; elytris mediocriter, sat crebre, postèrius obsolete punctatis, ante medium fascia sat lata, transversa, communi, dilute flavescente. Long. $1\frac{1}{4}$, lat. $\frac{2}{3}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Parvus.

Parvus. Præcedenti minor. Caput magnum, latitudine brevius, nigro-cæruleum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, supra paullo convexum, inter oculos tenuiter, longitudinaliter canaliculatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, subtenuæ, filiformes, articulis 1—5 flavo-testaceis, reliquis nigro-fuscis. Prothorax latitudine brevior, capite non latior, nigro-cæruleus, nitidus, parce, breviter cinereo-pubescentis, supra convexusculus, obsolete, crebre punctulatus, antice leviter rotundatus; lateribus haud ampliatus, basin versus subangustatus, postice cum angulis fortiter rotundatus, tenuiter marginatus. Scutellum breve, nigro-cæruleum, nitidum, obsolete punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus parum latiora, antice subtruncata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus apicem versus sensim ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, parce, breviter cinereo-pubescentia, ultra medium evidentius, sat crebre, dein obsoletius punctata, obscure cærulea, nitida, mox ante medium fascia sat lata, transversa, communi, dilute flavescente, extrorsum nonnihil latiore. Corpus subtus nigrum, parum nitidum, obsolete punctulatum. Pedes nigro-fusci, obsolete punctulati, tenuiter pubescentes; tibiis tarsisque anticis sordide flavo-testaceis.

BHN.

516. CHALICORUS (ERICHs.) *myrmecodes*: cæruleus, nitidus, subtiliter griseo-pubescentis; antennis ultra medium femoribusque basi dilute flavis; prothorace oblongo, antice convexo, postice valde angustato, constricto, dilute flavescente; elytris convexis, subseriatim, profunde, posterius remotius punctatis, antice attenuatis; singulo ante medium macula transversa, laterali, albida. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Charopo pallipedi magnitudine æqualis. Caput magnum, rotundatum, prothorace latius, cæruleum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, supra parum convexum, antice leviter impressum; ore flavo-testaceo; palpis nigris, maxillaribus articulo ultimo maximo, securiformi; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, tenues, filiformes, dilute flavæ, breviter pubescentes, articulis 5 ultimis nigro-fuscis. Prothorax angustus, latitudine duplo longior, cæruleus, nitidus, apice subtruncatus, angulis obtusis; lateribus mox pone apicem leviter rotundato-ampliatum, infra medium citius angustatus, constrictus et transversim impressus, basi productus, subtruncatus, dilute flavo-marginatus, antice convexus, undique subtilissime punctulatus. Scutellum mediocre, subelevatum, nigro-fuscum, subtiliter punctulatum, apice rotundatum. Elytra ovata, convexa, prothorace vix duplo longiora, et antice basi ejus parum latiora, humeris elevatis, rotundatis; lateribus pone basin ultra medium subito, oblique ampliata, apice conjunctim late rotundata, breviter, parce cinereo-pubescentia, subseriatim, anterieus profundius, crebrius punctata, cærulea, nitida, singulo intra basin et medium macula laterali, magna, transversa, extrorsum latiore, albida. Corpus sub-nigro-cæruleum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum. Pedes longi, nigro-cærulescentes, nitidi; trochanteribus, femoribus basi, geniculis omnibus, tarsisque anterioribus, dilute flavis; tibiis posticis leviter inflexis.

BHN.

517. *CHALICORUS albifrons*: cæruleus, nitidus, subtiliter griseo-pubescentis; fronte alba; antennis ultra medium, femoribusque basi dilute flavis; prothorace oblongo, antice convexo, postice valde angustato, constricto, flavescenti-marginato; elytris convexis, subseriatim profunde, posterius remotius punctatis, antice attenuatis;

singulo ante medium macula laterali, transversa, albida.
Long. 2, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Præcedenti similis, minor, angustior, fronte alba, ab illo mox distinctus. Caput magnum, rotundatum, prothorace latius, cæruleum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, supra parum convexum, antice leviter impressum; fronte alba, albedine utrinque retrorsum ad oculos excurrente; palpis nigris, maxillaribus articulo ultimo maximo, securiformi; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, tenues, filiformes, dilute flavæ, articulo primo supra, 5 ultimis totis, nigro-fuscis. Prothorax angustus, latitudine duplo longior, cæruleus, nitidus, antice subtruncatus, angulis obtusis; lateribus mox pone apicem leviter rotundato-ampliatum, infra medium citius angustatus, constrictus et transversim impressus, basi productus, subtruncatus, dilute flavo-marginatus, antice convexus, undique subtilissime punctulatus. Scutellum mediocrem, subelevatum, nigro-fuscum, subtiliter punctulatum, apice rotundatum. Elytra fere ut in præcedenti formata, nonnihil angustiora, versus medium minus ampliata, punctura et colore omnino ut in illo. Corpus subtus nigro-cæruleum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum. Pedes longi, nigro-cærulescentes, nitidi; trochanteribus, femoribus basi, geniculis omnibus tarsisque anterioribus dilute flavis; tibiis posticis leviter inflexis. BHN.

518. *CHALICORUS albilabris*: oblongus, nigro-cæruleus, nitidus, subtiliter cinereo-pubescentis; labro oreque albidis; palpis, antennis ultra medium, tibiis anterioribus tarsisque dilute flavis; prothorace oblongo, antice convexo, postice valde angustato, constricto, dilute flavescente; elytris convexis, subseriatim, profundius, posterius remotius punctatis; singulo ante medium macula laterali, triangulari, albida. Long. $1\frac{1}{4}$, lat. $\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Præcedentibus certe affinis, sed multo minor; clypeo albido, palpis, tarsis tibiisque anterioribus flavis, elytris oblongis, pone basin parum ampliatis, maculis lateralibus albidis exacte triangularibus, ab illis facile distinctus. Caput magnum, rotundatum, prothorace latius, nigro-cæruleum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, supra parum convexum; clypeo albido; palpis dilute flavis, maxillaribus articulo ultimo maximo, securiformi; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace dimidio longiores, tenues, filiformes, dilute flavæ, articulis quinque ultimis fuscis. Prothorax angustus, latitudine duplo longior, nigro cæruleus, nitidus, antice subtruncatus, angulis obtusis; lateribus mox pone apicem leviter rotundato-ampliatus, infra medium citius angustatus, constrictus et transversim impressus, basi productus, subtruncatus, dilute flavo-marginatus, antice convexus. Scutellum mediocre, subelevatum nigro-fuscum, subtiliter punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblonga, convexa, prothorace vix duplo longiora et basi ejus multo latiora, antice truncata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus apicem versus sensim paullo ampliata, apice conjunctim rotundata, ultra medium seriatim, evidentius, dein obsolete punctata, nigro-cærulea, nitida, breviter cinereo-pubescentia; singulo ante medium macula laterali, sat magna, exacte triangulari, albida. Corpus subtus nigrum, obsolete punctulatum, parce pubescens. Pedes longi, nigro-cærulei, nitidi; tarsis tibiisque anterioribus flavo-testaceis; tibiis posticis leviter inflexis.

BHN.

519. *CHALICORUS collaris*: nigro-cærulescens, subnitidus; antennis ultra medium, tarsis, femoribus basi tibiisque anterioribus dilute flavis; prothorace oblongo, antice convexo, postice valde angustato, constricto, albido-marginato; elytris ovatis, valde convexis, parce

griseo-pilosis, sat profunde, seriatim punctatis. Long. 2, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Ch. myrmecode nonnihil minor, præsertim brevior, in elytris magis convexus. Caput magnum, rotundatum, nigro-æneum, subnitidum, obsolete, crebre punctulatum, subtiliter pubescens; palpis nigro-piceis, basi dilutioribus; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace longiores, tenues, filiformes, parce pubescentes, ultra medium flavæ, dein fuscæ. Prothorax angustus, latitudine duplo fere longior, nigro-cærulescens, sub-nitidus, antice subtruncatus, capite multo angustior, angulis obtusis; lateribus mox pone apicem leviter rotundato-ampliatum, infra medium citius angustatum, constrictus et transversim impressus, basi productus, leviter rotundato-emarginatus, albido-marginatus, antice convexus, undique obsolete, crebre punctulatus. Scutellum parvum, sub prothorace occultatum. Elytra ovata, prothorace fere duplo longiora et basi ejus dimidio latiora, valde convexa, nigro-cærulescentia, nitida, sat profunde, subseriatim punctata, parce griseo-pilosa, antice subtruncata, humeris modice elevatis, obtusis; lateribus ultra medium valde ampliata, dein nonnihil angustata, sat late reflexo-marginata, apice conjunctim rotundata. Corpus subtus nigro-piceum, obsolete crebre punctulatum, parce pubescens. Pedes longi, nigro-picei, subnitidi; femoribus basi, tarsis, tibiisque anterioribus dilute flavescens; tibiis posticis leviter inflexis.

BHN.

520. MELYRIS (FABR.) *rufiventris*: oblonga, convexa, viridi-cærulescens, nitida, fusco-sericea; antennis nigris, basi, pedibus abdomineque rufo-testaceis; capite prothoraceque crebre reticulatis, hoc utrinque longitudinaliter carinato, antice tenuiter canaliculato; elytris crebre rugoso-punctatis, singulo costis tribus ante apicem desinentibus. Long. $7\frac{1}{2}$ —10, lat. $2\frac{3}{4}$ —4 millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

Statura et similitudo *M. bicoloris*, dimidio major; capite prothoraceque confertim reticulatis, pectore toto viridi, ab illo mox distinctus. Caput ovatum, supra paullo convexum, viridi-cærulescens, parum nitidum, sat crebre reticulatum, interstitio singulo tuberculo parvo instructo; labro, palpis mandibulisque nigris; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennæ prothorace vix longiores, nigræ, articulis quatuor basilibus rufo-testaceis. Prothorax latitudine paullo brevior, viridi-cærulescens, subnitidus, fusco-sericeus, supra convexus, sat crebre reticulatus, interstitio singulo tuberculo parvo instructo; longitudinaliter tenuiter canaliculatus, utrinque versus latera carina longitudinali, antrosum nonnihil oblique ducta ibique, marginem sequente, cum opposita connexa; apice truncatus, angulis rotundatis; lateribus paullo rotundato-amplius, tenuiter marginatus, postice vix rotundato-emarginatus, angulis obtusis. Scutellum sat magnum, confertim punctatum, viride, subnitidum, basi latiore, apice truncatum. Elytra prothorace triplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, viridi-cærulescentia, nitida, dense fusco-sericea, supra convexa, confertim, sat profunde rugoso-punctata, singulo costis tribus longitudinalibus, parallelis, cæruleis, ante apicem desinentibus instructo; antice subtruncata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata; humeris parum elevatis, rotundatis. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, nitidum, cinereo-sericeum; pectore viridi; abdomine rufo-testaceo, apice ipso nigro-piloso. Pedes rufo-testacei, obsolete punctulati; tarsi articulo ultimo unguiculisque piceis.

BHN.

521. *MELYRIS natalensis*: oblonga, convexa, viridi-cærulescens, subnitida, fusco-sericea; antennis nigris, basi ferrugineis; capite prothoraceque evidentem, sat crebre reticulatis, hoc utrinque longitudinaliter carinato, medio

canaliculato, postice leviter rotundato-emarginato; elytris sex-costatis, costis ante apicem desinentibus, interstitiis minus regulariter, triseriatim punctatis. Long. $6\frac{1}{4}$, lat. 2 millim.

Habitat in terra Natalensi.

M. lineatæ certe affinis et colore similis, vix latior sed dimidio longior; prothorace postice in medio leviter rotundato-emarginato, carinis lateralibus minus elevatis, elytris inter costas crebrius, minus regulariter triseriatim punctatis, ab illa distincta. Caput ovatum, supra paullo convexum, viridi-cæruleum, parum nitidum, sat crebre reticulatum, interstitio singulo tuberculo parvo munito; labro, mandibulis palpisque nigris; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, nigro-brunneis. Antennæ prothorace vix longiores, nigrae, pubescentes, articulis 2 et 3 sæpe obscure ferrugineis. Prothorax latitudine postica brevior, viridi-cærulescens, parum nitidus, fusco-sericeus, supra convexus, sat crebre reticulatus, interstitio singulo tuberculo parvo instructo; utrinque versus latera carina longitudinali, apice marginem sequente et cum opposita conjuncta; apice truncatus, angulis obtusis, lateribus tenuiter marginatus, versus basin sensim oblique ampliatus, postice reflexo-marginatus, in medio leviter rotundato-emarginatus, angulis leviter rotundatis. Scutellum breve, viridi-cærulescens, subnitidum, crebre punctulatum, apice truncatum. Elytra prothorace plus quam triplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, viridi-cærulescentia, nitida, fusco-sericea, supra convexa, singulo costis tribus angustis, ante apicem desinentibus; interstitiis profunde crebre, minus regulariter triseriatim punctatis; antice subtruncata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata; humeris subrotundatis, callo humerali elevato, obtusó. Corpus subtus viridi-cærulescens, nitidum, subtilissime, remote punctulatum, tenuiter cinereo-sericeum. Pedes similiter colorati; tarsis nigro-piceis.

BHN.

522. *MELYRIS lineata*: oblongo-ovata, convexa, viridi-ænea, parum nitida, fusco-sericea; antennis nigris, basi ferrugineis; capite prothoraceque subtiliter, sat crebre reticulatis, hoc utrinque longitudinaliter carinato, medio leviter canaliculato, basi truncato; elytris sexcostatis, interstitiis profunde triseriatim punctatis, costis ante apicem desinentibus. — Long. 5, lat. 2 millim.

Melyris lineata FABR. Ent. Syst. I. 226. 3. — Syst. El. I. 311. 5. — SCHOENH. Syn. Ins. II. 83. 5.

Habitat in Caffraria meridionali.

BHN.

523. *MELYRIS sulcicollis*: oblongo-ovata, convexa, viridi-ænea, parum nitida, fusco-sericea; antennis nigris; capite prothoraceque subtiliter, crebre reticulatis, hoc utrinque longitudinaliter carinato, medio sulcato, postice leviter bi-emarginato; elytris alte sex-costatis, costis ante apicem desinentibus, interstitiis confertim, vage, minus profunde punctatis. Long. 4—5, lat. 2—2¼ millim.

Var. a. supra cærulea.

Var. b. supra fusco-ænea, subtus cærulea.

Habitat circa fluvium Gariép.

Statura fere et similitudo *M. lineatæ*, nonnihil tamen minor, prothorace medio sulcato; elytris evidentius costatis, interstitiis crebre, vage et minus profunde punctatis, ab illa facile distincta. Caput ovatum, supra paullo convexum, viridi-æneum, parum nitidum, sat crebre reticulatum, interstitio singulo tuberculo parvo munito; labro, mandibulis palpisque nigris; oculis parvis, rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennæ prothorace vix longiores, nigræ, pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil brevior, viridi-æneus, parum nitidus, fusco-sericeus, supra convexus, sat crebre reticulatus, interstitio singulo tuberculo parvo instructo, utrinque versus latera cari-

nula longitudinali, apice marginem sequente ibique cum opposita conjuncta; apice truncatus, angulis obtusis, tenuiter marginatus, lateribus mox pone apicem sensim oblique ampliatus, postice reflexus, medio leviter rotundato-emarginatus, angulis obtusis. Scutellum breve, viridi-æneum, parum nitidum, crebre punctulatum, apice truncatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, viridi-ænea, parum nitida, fusco-sericea, supra convexa, singulo costis tribus, quam in præcedenti magis elevatis, ante apicem desinentibus; interstitiis mediocriter, crebre, vage punctatis; antice subtruncata, lateribus recta, apice conjunctim rotundata; humeris rotundatis, callo humerali vix elevato, obtuso. Corpus subtus viridi-æneum, subnitidum, tenuiter fusco-sericeum, Pedes nigro-ænei, obsolete punctulati, tenuiter pubescentes.

BHN.

Fam. XIV. CLERII.

524. CYLIDRUS (LATR.) *balteatus*: elongatus, niger, nitidus, breviter pubescens; antennis basi palpisque rufopiceis; capite confertim, mediocriter punctato; prothorace oblongo, obsolete punctulato, postice angustiore, antice transversim profunde impresso, lateribus albo-villoso; elytris obsolete punctatis, fascia media sat' lata alba. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Cylidrus balteatus KLUG. Abhandl. d. Wissensch. Acad. z. Berlin 1840, p. 363. 4. T. II, f. 1.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

525. *Cylidrus ferrugineus*: elongatus, rufo-testaceus, nitidus, parce pubescens; palpis, pedibus abdomineque dilutioribus; capite subremote, mediocriter punctato; prothorace oblongo, remote, parum profunde punctato,

antice transversim obsolete impresso; elytris subseriatim punctulatis. Long. 7, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariëpis.

C. balteato nonnihil angustior, colore a reliquis hujus generis mox distinctus. Caput magnum, ovatum, convexum, dilute ferrugineum, nitidum, subremote, mediocriter punctatum, parce fusco-pubescentis; labro palpisque flavo-testaceis; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, nigris. Antennæ prothorace nonnihil longiores, rufo-testacæ, glabræ. Prothorax latitudine dimidio longior, rufo-testaceus, nitidus, modice convexus, remote, parum profunde punctatus, antice truncatus, capite vix angustior, lateribus ad medium parum, dein citius oblique angustatus, postice truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, intra apicem transversim, sat late, sed parum profunde, transversim impressus, pilis raris, longis, præsertim ad margines adspersus. Scutellum sub-quadratum, rufo-testaceum, nitidum, obsolete punctulatum. Elytra elongata, prothorace plus quam duplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, dilute rufo-ferruginea, nitida, albido-pubescentia, undique subtiliter, anterie nonnihil evidentius, punctato-striata, basi leviter rotundato-emarginata, lateribus recta, apicem versus nonnihil angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa; humeris haud elevatis, rotundatis. Corpus subtus subremote punctulatum, dilutius rufo-testaceum, nitidum; parce pubescens. Pedes obsolete punctulati, dilute rufo-testacei, nitidi, albido-pubescentes.

BHN.

526. *PHILOCALUS* (KLUG.) *formosus*: elongatus, convexus, niger, subnitidus, parce fusco-villosus; capite prothoraceque confertim rude rugoso-punctatis pectoreque sanguineis; elytris ultra medium profunde excavato-punctato-striatis, dein subtilissime, vage punctulatis, basi sanguineis, pone medium fascia transversa maculaque

parva laterali intra basin et medium, albis. Long. $17\frac{1}{2}$, lat. 5 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Tillo succincto KLUG affinis videtur, dimidio major, pectore sanguineo, fascia alba elytrorum minus lata, mox distinctus. Caput magnum, rotundatum, sanguineum, subnitidum, parce fusco-villosum, supra minus convexum, crebre, sat rude rugoso-punctatum; labro palpisque piceis, his apice testaceis; oculis sat magnis, ovatis, convexis, brunneis. Antennæ nigræ, parce pilosæ. Prothorax oblongus, latitudine dimidio longior, sanguineus, subnitidus, confertim, rude rugoso-punctatus, parce fusco-villosus, antice subtruncatus, capite nonnihil angustior, lateribus ultra medium fere rectus, tum utrinque coarctatus, basi truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, supra convexus, postice in medio longitudinaliter, tenuiter canaliculatus. Scutellum rotundatum, punctulatum, nigrum, dense griseo-pubescent. Elytra prothorace triplo longiora et ejus basi duplo latiora, parce fusco-villosa, antice truncata, humeris rotundatis, non elevatis; lateribus fere recta, pone medium perparum ampliata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, ultra medium profunde, crebre excavato-punctato-striata, dein ad apicem subtilissime, vage, minus crebre punctulata, nigra, antice minus, postice magis, nitida, basi sanguinea, infra medium fascia transversa, sat lata, subrecta, maculaque intra basin et medium parva, laterali, albis. Corpus subtus nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce fusco-villosum; pectore sanguineo; abdomine nigro. Pedes nigri, nitidi, confertim punctulati, griseo-villosi.

BHN.

527. *OPILUS* (LATR.) *robustus*: elongatus, parum convexus, nigro-piceus, nitidus, parce fusco-villosus; capite postice crebre, antice remotius rugoso-punctato, inter oculos canaliculato; prothorace oblongo-quadrato, ru-

goso-punctato, dorso fere plano, medio canalicula longitudinali, profunda, utrinque abbreviata; elytris subtiliter punctulatis, a basi ultra medium mediocriter punctato-striatis. Long. 25, lat. 7 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Magnus. Caput subrotundatum, nigro-piceum, subnitidum, parce fusco-villosum, supra convexum, posterius subtilius, crebre, anterius remotius, evidentius rugoso-punctatum, inter oculos longitudinaliter canaliculatum; labro testaceo; palpis nigro-piceis, apice dilutioribus; oculis magnis, modice convexis, nigris. Antennæ nigro-piceæ, parce pilosæ, articulis tribus ultimis rufo-testaceis, lateribus, longitudine æqualibus. Prothorax latitudine fere dimidio longior, nigro-piceus, subnitidus, parce fusco-villosus, antice capite vix latior, truncatus, lateribus ultra medium fere rectus, basin versus nonnihil angustatus, basi truncatus, anguste coarctatus et tenuiter reflexo-marginatus, supra in dorso fere planus, irregulariter, minus profunde, subremote punctatus, medio canalicula longitudinali, profunda, antice posticeque valde abbreviata impressus, extrorsum crebre rugoso-punctatus, ante apicem triangulariter elevatus. Scutellum parvum, breve, nigro-piceum, subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace plus quam triplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, nigro-picea, nitida, fusco-villosa, antice sub-truncata, humeris rotundatis, parum elevatis; lateribus in medio nonnihil angustata, infra medium perparum ampliata, apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra in dorso haud convexa, subtiliter, minus crebre punctulata, a basi fere ad medium sat profunde punctato-striata, striis exterioribus longius continuatis; ab humero longe ultra medium carinula modice elevata instructa. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum, parce fusco-pubescent, remote, pectore subtilius, ventre evidentius punctulatum. Pedes nigro-picei, nitidi, crebre

rugoso-punctulati, parce villosi; tibiis intus dense ferrugineo-pubescentibus; tarsis modice dilatatis, subtus ferrugineo-spongiosis.

BHN.

528. *OPIIUS unibalteatus*: elongatus, modice convexus, nigro-piceus, sub-nitidus, parce fusco-villosus; labro, palpis antennisque ferrugineis; capite rugoso-granulato; prothorace oblongo-quadrato, canalicula brevi, longitudinali impresso; elytris a basi ultra medium profunde punctato-striatis, interstitiis punctulatis, mox infra medium fascia transversa, dilute silacea, pone illam crebre, minus profunde, subseriatim punctatis, singulo ibi leviter tricarinato. Long. 20, lat. 5½ millim.

Habitat in regione fluvii Gariępis.

O. robusto minor, in elytris magis convexus. Caput magnum, sub-rotundatum, nigro-piceum, sub-nitidum, parce fusco-villosum, supra modice convexus, confertim rugoso-granulatum; labro palpisque ferrugineis; oculis magnis, rotundatis, convexis, nigris. Antennę prothorace nonnihil longiores, ferrugineę, parce pilosę, articulis tribus ultimis dilutionibus, clavam formantibus, apicali præcedenti dimidio longiore, ovato. Prothorax latitudine longior, nigro-piceus, sub-nitidus, parce fusco-villosus, antice truncatus, lateribus basin versus subrectus, intra apicem^v utrinque leviter, ante basin transversim profundius constrictus, basi leviter rotundato-emarginatus, tenuiter reflexo-marginatus, supra modice convexus, dorso canalicula brevi, antice posticeque valde abbreviata impressus, parum profunde, sub-remote, extrorsum crebrius punctatus, ad apicem triangulariter leviter elevatus. Scutellum breve, nigro-piceum, subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace quadruplo longiora et ejus basi fere dimidio latiora, parce fusco-villosa, antice sub-truncata, humeris vix elevatis, rotundatis; lateribus infra medium perparum ampliata, apicem

versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigro-picea, sub-nitida, mox pone medium fascia transversa, sat lata, utrinque nonnihil arcuata, dilute silacea; a basi ultra medium profunde, crebre punctato-striata, interstitiis modice elevatis, subtiliter punctulatis, pone fasciam crebre, mediocriter, subseriatim punctata, leviter longitudinaliter tri-carinata. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum, subtiliter punctulatum, parce pubescens. Pedes similiter colorati, confertim rugoso-punctulati, fusco-villosi; tibiis posticis leviter inflexis; tarsi angustis, subtus ferrugineo-spongiosis.

BHN.

529. PALLENIS (LAPORTE) *speciosa*: elongata, modice convexa, cærulea, subnitida, parce fusco-villosa; capite prothoraceque confertim punctulatis, hoc pone medium valde angustato, constricto; elytris a basi ultra medium profunde, dein subtiliter punctato-striatis et confertim punctulatis; singulo longe infra medium rugula transversa, alba. Long. $11\frac{1}{2}$, lat. 3 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Species pulchra. *Opilo molli* vix longior, sed angustior. Caput magnum, rotundatum, modice convexum, cæruleum, parum nitidum, confertim punctulatum, parce breviter pubescens; labro testaceo; palpis nigris; oculis parvis, parum convexis, nigris. Antennæ nigro-piceæ, parce pilosæ. Prothorax latitudine longior, cæruleus, parum nitidus, parce fusco-villosus, antice truncatus, latitudine capitis, lateribus ultra medium parum, dein subito angustatus et transversim valde constrictus, basin versus oblique nonnihil ampliatus, postice leviter rotundato-emarginatus, transversim sulcatus et tenuiter reflexo-marginatus, dorso antico convexus. Scutellum parvum, rotundatum, nigrum, subtiliter, confertim punctulatum. Elytra prothorace triplo longiora et ejus basi duplo latiora, parce fusco-villosa, villis ad basin densioribus, antice

truncata, humeris rotundatis, supra nonnihil elevatis, obtusis; lateribus ultra medium recta, dein apicem versus nonnihil ampliata, apice singulatim subrotundata, supra modice convexa, a basi longe ultra medium profunde punctato-striata, interstitiis angustis, sub-lævibus, dein apicem versus subtilissime punctato-striata, interstitiis planis, confertissime punctulatis; cærulea, subnitida, singulo longe pone medium ruga angusta, transversa, lævi, alba, utrinque nonnihil abbreviata et ante illam plaga transversa, obscure cærulea, subopaca. Corpus subtus violaceum, magis nitidum, subtiliter punctulatum, parce villosum. Pedes cærulei, subnitidi, confertim rugoso-punctati, parce villosi.

BHN.

530. *PALLENIS misella*: elongata, modice convexa, nigra, subnitida, parce fusco-pubescentis; antennis flavo-testaceis, extrorsum nigris; capite prothoraceque confertim punctatis, hoc oblongo, ultra medium sensim angustato, postice valde constricto; elytris profunde punctato-striatis, striis ante apicem evanescentibus, infra medium fasciā sat lata, transversa, recta, dilute flava. Long. 4, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Parva, angusta. Caput magnum, rotundatum, modice convexum, nigrum, subopacum, parce fusco-pubescentis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ longitudine capitis prothoracisque, flavo-testaceæ, parce pilosæ, articulis tribus ultimis nigro-fuscis. Prothorax oblongus, niger, subopacus, confertim punctatus, parce fusco-pubescentis, antice truncatus, capite nonnihil angustior, lateribus ultra medium sensim, tum subito angustatus, constrictus et transversim impressus, versus basin oblique nonnihil ampliatus, postice subtruncatus, tenuiter reflexo-marginatus, supra antrorsum modice convexus. Scutellum parvum, nigrum, subnitidum, subtiliter,

crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora et ejus basi fere duplo latiora, parce fusco-villosa, humeris rotundatis, vix elevatis; lateribus recta, ad apicem nonnihil angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, sat profunde, crebre, regulariter punctato-striata, punctis ante apicem evanescentibus; nigra, sub-nitida, infra medium fascia transversa, sat lata, communi, recta, dilute flava. Corpus subtus nigrum, subnitidum, mediocriter, sub-remote punctatum, parce fusco-pubescentibus; pectore æneo-micante. Pedes nigri, subnitidi, obsolete punctulati.

BHN.

531. PEZOPORUS (KLUG) *coarctatus*: elongatus, modice convexus, niger, parum nitidus, parce albido-villosus; antennis palpisque flavo-testaceis; capite prothoraceque postice angustato confertim punctulatis; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis confertim punctulatis; basi attenuatis, linea longitudinali humerali, margine antico, fascia media medio utrinque angustiore et altera postica, albis, Long. 6, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Clerus (Pezoporus) coarctatus KLUG Abhandl. d. Wissensch. Acad. zu Berlin 1840, p. 311. T. 1, f. 3.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

532. PEZOPORUS *discophorus*: oblongus, convexus, testaceus, subnitidus, parce fusco-villosus; antennis ferrugineis, basi dilutioribus; capite prothoraceque postice angustato confertim punctulatis, nigris; elytris mediocriter, confertim punctato-striatis, basi attenuatis, postice nigris; pedibus nigro-piceis, femoribus basi rufo-testaceis. Long. 5, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

P. coarctato brevior at vix latior. Caput magnum, rotundatum, nigrum, parum convexum, subtiliter confertim

fertim

fertim punctulatum, supra paullo convexum, parce villosum; labro palpisque ferrugineis; oculis mediocribus, rotundatis, convexis, nigris. Antennæ ferrugineæ, parce pilosæ, articulo primo flavo-testaceo. Prothorax latitudine nonnihil longior, nigro-piceus, parum nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, parce fusco-villosus, antice truncatus, capite non latior, lateribus pone medium citius angustatus, leviter coarctatus, basi parum rotundato-emarginatus, tenuiter reflexo-marginatus, supra modice convexus, dorso medio leviter impressus. Scutellum parvum, rotundatum, crebre punctulatum rufo-testaceum. Elytra prothorace duplo longiora et ejus basi haud latiora, parce fusco-villosa, antice truncata, humeris sub-rotundatis, non elevatis; ultra medium sensim ampliata, dein citius angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, mediocriter, confertim punctato-striata, parum nitida, longe ultra medium testacea, dein ad apicem nigra. Corpus subtus testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce villosum. Pedes nigro-picei, confertim punctulati, griseo-villosi; femoribus basi testaceis; tarsis ferrugineis.

BHN.

533. PEZOPORUS *puberulus*: oblongus, convexus, dilute ferrugineus, subnitidus, griseo-pubescentis; capite prothoraceque postice angustato confertim punctulatis, piceis; elytris oblongis, mediocriter punctato-striatis, piceis, basi ferrugineis. Long. $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$ millim.

Var. a. totus ferrugineus, elytris medio leviter infuscatis.

Habitat in tractibus fluvii Limpoonis.

P. discophoro nonnihil longior, elytris ad basin minus angustatis, magis oblongis. Caput magnum, rotundatum, nigro-piceum, parum nitidum, breviter pubescens, supra convexiusculum, subtiliter, crebre punctulatum, medio obsolete longitudinaliter carinatum; labro palpis-

que dilute ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennæ ferrugineæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine longior, piceus, parum nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, parce pubescens, antice truncatus, capite vix latior, lateribus ad medium parum, dein citius angustatus, intra basin utrinque coarctatus, postice vix rotundato-emarginatus, tenuiter reflexo-marginatus, supra convexus. Scutellum parvum, ferrugineum, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblonga, prothorace duplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, parce griseo-pubescentia, antice truncata, mox ad basin modice rotundato-ampliata, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, mediocriter, minus crebre punctato-striata, interstitiis planis, subtiliter punctulatis, striis ad apicem obsoletioribus; picea, subnitida, basi ferruginea. Corpus subtus dilute ferrugineum, subnitidum, crebre, subtiliter punctulatum, parce griseo-pubescentia. Pedes dilute ferruginei, crebre punctulati, parce pubescentes.

BHN.

534. CLERUS (FABR.) *signifer*: elongatus, convexus, niger, nitidus, parce griseo-villosus, subtus rufo-ferrugineus; capite confertim rugoso-punctato; prothorace inæqualiter, parum profunde punctato, postice angustato; elytris ad medium profunde punctato-striatis, dein obsolete, subseriatim punctulatis, antice rufo-testaceis, mox pone medium fascia transversa, communi et singulo intra apicem macula oblonga, transversa, albis. Long. $9\frac{1}{2}$ —12, lat. $2\frac{3}{4}$ — $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Opilo molli nonnihil major, magis convexus. Caput magnum, rotundatum, modice convexus, nigrum, subnitidum, confertim, mediocriter rugoso-punctatum, parce griseo-villosum, antice transversim impressum; labro ferrugineo; palpis piceis, apice dilutioribus; oculis ovatis,

convexis, nigris. Antennæ piceæ, parce pilosæ, articulis ultimis dilutioribus. Prothorax latitudine nonnihil longior, niger, nitidus, minus crebre, inæqualiter punctatus, parce griseo-villosus, antice truncatus, capite non latior, lateribus parum rotundato-ampliatum, versus basin citius angustatus, postice subtruncatus, transversim impressus, tenuiter reflexo-marginatus, supra modice convexus, pone apicem tenuiter, transversim impressus. Scutellum medio-re, subtriangulare, piceum, confertim punctulatum. Elytra prothorace triplo longiora et ejus basi dimidio latiora, parce griseo-pilosa, antice truncata, humeris rotundatis, haud elevatis; lateribus fere recta, posterius perparum ampliata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, ad medium profunde punctato-striata, dein ad apicem subtilissime, subseriatim punctulata; nigra, nitida, antice ad tertiam partem rufo-testacea, mox pone medium fascia transversa, sat lata, recta, communi et in singulo intra apicem macula sat magna, ovata, transversa, albis. Corpus subtus sat crebre, parum profunde punctatum, ferrugineum, parce griseo-pubescentis; pectore dilutiore. Pedes picei, confertim punctulati, albido-villosi; tarsi ferrugineis, subtus brunneo-spongiosis.

BHN.

535. *CLERUS ludicrus*: oblongus, convexus, niger, subnitidus, parce albido-villosus; labro, palpis, antennis, pedibus anticis tarsisque omnibus rufo-testaceis; capite prothoraceque confertim punctatis, hoc medio ampliato; elytris confertim, medio-criter punctatis, miniatis, singulo maculis duabus, transversis, nigris, ad marginem interdum confluentibus. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Clero formicario fere dimidio brevior. Caput magnum, subrotundatum, nigrum, subnitidum, modice convexum, sat crebre punctulatum, parce griseo-villosum;

labro palpisque rufo-testaceis; oculis ovatis, convexis, nigris. Antennæ prothorace nonnihil longiores, flavo-testaceæ, parce pilosæ. Prothorax latitudine vix longior, niger, subnitidus, parum profunde, sat crebre punctatus, parce griseo-villosus, antice truncatus, capite vix latior, leviter constrictus et transversim impressus, lateribus modice rotundato-ampliatum, posterius angustatus, basi truncatus, transversim impressus et tenuiter reflexo-marginatus, dorso modice convexus, medio utrinque transversim, obsolete impressus. Scutellum subtriangulare, piceum, confertissime punctulatum. Elytra prothorace vix triplo longiora at ejus basi fere duplo latiora, parce albo-villosa, antice truncata, humeris rotundatis, vix elevatis; lateribus recta, apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, sat crebre, mediocriter, basi evidentius punctata, miniata, nitida, singulo maculis duabus nigris, oblongis, transversis, ad suturam non pertingentibus, in margine sæpe ramulo angusto, concolore connexis, una mox ante medium, altera intra medium et apicem, extrorsum sensim nonnihil ampliata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, parce griseo-pubescens. Pedes confertim punctulati, albido-villosi, antici flavo-testacei, reliqui nigri, tibiis intermediis apicem versus sæpe dilutioribus; tarsis omnibus testaceis.

BHN.

536. *CLERUS amictus*: elongatus, modice convexus, rufo-testaceus, subnitidus, albido-pubescens; oculis nigris; capite prothoraceque sat crebre, minus profunde punctatis, hoc antice posticeque constricto, lateribus ante medium modice ampliato; elytris mediocriter punctato-striatis, basi, macula pone medium, oblonga, transversa apiceque nigris; femoribus apice tibiisque piceis. Long. 7, lat. 2 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput sat magnū, rotundatum, modice convexum, rufo-testaceum, nitidum, parum profunde, sat crebre punctatum, parce albido-pubescens; mandibulis apice piceis; oculis ovatis, convexis, nigris. Antennæ rufo-testaceæ, parce pubescentes, extrorsum obscuriores. Prothorax latitudine nonnihil longior, rufo-testaceus, nitidus, sat crebre, parum profunde punctatus, parce albido-pubescens, antice truncatus, capite fere angustior, intra apicem constrictus et transversim impressus, dein lateribus modice rotundato-ampliatum, pone medium basin versus sensim angustatum, postice leviter rotundato-emarginatum, transversim impressus et tenuiter reflexo-marginatus, supra modice convexus. Scutellum parvum, rufo-testaceum, parum nitidum, confertim punctulatum. Elytra prothorace triplo longiora at ejus basi dimidio latiora, sat dense albo-pubescentia, antice truncata, humeris rotundatis, parum elevatis; lateribus fere recta, longe infra medium sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, mediocriter, regulariter punctato-striata, interstitiis angustis, parum convexis, obsolete punctulatis; rufo-testacea, subnitida, basi, macula pone medium, transversa, oblonga, antrorsum leviter emarginata apiceque nigris. Corpus subtus rufo-testaceum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce albido-pubescens. Pedes picei, confertim punctulati, parce albido-villosi; femoribus a basi fere ad medium rufo-testaceis; tarsis ferrugineis.

BHN.

537. *CLERUS nodicollis*: elongatus, paullo convexus, dilute flavo-testaceus, nitidus, albido-villosus; oculis abdomineque ante apicem nigris; capite prothoraceque confertim punctulatis, hoc antice posticeque constricto, dorso tuberculis septem parum elevatis, obtusis instructo; elytris ultra medium mediocriter, dein obsolete punctato-striatis, singulo maculis duabus parvis, nigris, una in medio, oblonga, transversa, al-

tera longe ante apicem, rotunda. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. 2 millim.

Habitat circa fluvium Gariep.

Caput sat magnum, subrotundatum, convexum, dilute flavo-testaceum, nitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, parce albido-villosum, inter oculos leviter impressum; mandibulis apice nigris; oculis ovatis, convexis, nigris. Antennæ subtenuæ, prothorace nonnihil longiores, extrorsum modice incrassatæ, dilute flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil longior, dilute flavo-testaceus, nitidus, subtiliter, sat crebre punctulatus, parce albido-villosus, antice truncatus, capite non latior, intra apicem constrictus et transversim impressus, lateribus in medio nonnihil rotundato-amplius, posterius angustatus, basi subtruncatus, tenuiter reflexo-marginatus, intra basin leviter constrictus et transversim impressus, dorso paullo convexus, tuberculis septem parum elevatis, obtusis obsitus, ante medium duobus majoribus, postice quatuor quadratim positis, septimum cingentibus. Scutellum parvum, dilute flavo-testaceum, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora, at ejus basi vix dimidio latiora, parce albido-pilosa, antice subtruncata, humeris subrotundatis, haud elevatis; lateribus fere recta, apicem versus nonnihil ampliata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, ultra medium mediocriter, dein obsolete punctato-striata, dilute flavo-testacea, nitida, singulo maculis duabus parvis, nigris, una fere in medio, oblonga, transversa et altera longe ante apicem, in medio disci, subrotundata. Corpus subtus dilute flavo-testaceum, subtiliter, crebre punctulatum; abdomine segmentis tribus apicalibus nigro-piceis, apice ipso tamen flavo-testaceo. Pedes obsolete punctulati, dilute flavo-testacei, albo-villosi.

BHN.

538. *CLERUS sexnotatus*: elongatus, paullo convexus, nigro-æneus, nitidus, parce albido-pubescentis; palpis, antennis

tarsisque flavo-testaceis; capite prothoraceque confertim punctulatis, hoc oblongo, dorso inæquali; elytris ultra medium sat profunde punctato-striatis, dein crebre punctulatis, singulo maculis duabus fasciaque media, communi, albis. Long. 5—6, lat. $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria tota.

Caput sat magnum, subrotundatum, modice convexum, nigro-æneum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce albido-pubescentis; palpis flavo-testaceis; oculis ovatis, convexis, nigro-brunneis. Antennæ prothorace vix longiores, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax oblongus, latitudine fere dimidio longior, nigro-æneus, subnitidus, subtiliter, confertim punctulatus, parce albido-pubescentis, antice truncatus, capite non latior, intra apicem sat late constrictus et transversim impressus, lateribus in medio paullo rotundato-ampliatus, posterius citius angustatus, postice truncatus, tenuiter reflexo-marginatus et intra basin leviter, transversim impressus, supra convexiusculus, medio canalicula antice abbreviata impressus, utrinque tuberculis duobus parum elevatis, obtusis, longitudinaliter positus. Scutellum parvum, crebre punctulatum, dense albido-pubescentis. Elytra prothorace fere triplo longiora, et ejus basi dimidio latiora, parce albido-pubescentia, antice truncata, humeris rotundatis, haud elevatis; lateribus fere recta, posterius perparum ampliata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, ultra medium sat profunde, regulariter punctato-striata, dein confertim, obsoletius punctata, nigro-ænea, nitida, fascia media communi, transversa, modice lata, fere recta, maculisque duabus in singulo, una mox infra humerum subrotundata, altera intra apicem, elongata, obliqua, nonnihil flexa, albis. Corpus subtus nigrum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce albido-pubescentis. Pedes nigro-ænei, nitidi, subtilissime punctulati, parce albido-villosi; tibiis anterioribus apicem versus tarsisque flavo-testaceis.

BHN.

539. *CLERUS equestris*: oblongus, convexus, niger, nitidus, parce albido-villosus; antennis, capite, prothorace pedibusque anterioribus rufo-testaceis; capite prothoraceque crebre, mediocriter punctatis, hoc ante medium ampliato, antice posticeque constricto; elytris mediocriter, crebre, subseriatim punctatis, fasciis duabus sat latis, albidis, ad suturam connexis, una non procul a basi, in singulo introrsum obliqua, altera mox pone medium, recta. Long. $5\frac{1}{4}$, lat. 2 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Caput magnum, subrotundatum, modice convexus, rufo-testaceum, nitidum, mediocriter, crebre punctatum, parce albido-villosum, medio obsolete carinatum; mandibulis apice nigro-piceis; oculis ovatis, convexis, nigris. Antennæ prothorace vix longiores, rufo-testaceæ, parce pilosæ. Prothorax latitudine nonnihil brevior, rufo-testaceus, nitidus, sat crebre, mediocriter punctatus, parce albido-villosus, antice capite non latior, truncatus, intra apicem constrictus et transversim impressus, lateribus ante medium rotundato-ampliatum, posterius citius angustatus, basi subtruncatus, tenuiter reflexo-marginatus, intra basin transversim impressus, supra modice convexus, medio transversim leviter impressus. Scutellum nigrum, subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens, apice rotundatum. Elytra prothorace duplo longiora et ejus basi multo latiora, albido-villosa, antice truncata, humeris rotundatis, vix elevatis; lateribus recta, infra medium sensim perparum angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, subseriatim, crebre, mediocriter punctata, nigra, nitida, fasciis duabus sat latis, ad suturam ramulo tenui connexis, albidis, una infra basin, in singulo introrsum nonnihil obliqua et altera mox pone medium, transversa, recta. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, albido-villosum. Pedes subtiliter, crebre punctulati, albido-villosi, anteriores rufo-testacei;

postici nigro-picei, femoribus basi, tibiis apice tarsisque rufo-testaceis.

BHN.

540. *CLERUS amœnulus*: oblongus, convexus, flavo-testaceus, nitidus, cinereo-villosus; oculis, tibiisque posterioribus basi, nigris; capite confertim prothoraceque evidentius punctatis, hoc medio ampliato, antice posticeque constricto; elytris ultra medium profunde punctato-striatis, dein sublævibus, singulo callo humerali leviter infuscato, macula media oblonga, transversa plagaque sat magna prope apicem, nigris. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura *Cl. equestris*, nonnihil minor. Caput magnum, subrotundatum, modice convexum, testaceum, subnitidum, confertim, parum profunde punctatum, parce albido-villosum, inter oculos leviter impressum; labro, palpisque flavo-testaceis; mandibulis ferrugineis; oculis ovatis, convexis, nigris. Antennæ prothorace vix longiores, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil brevior, testaceus, subnitidus, evidentius, sat crebre punctatus, parce albido-villosus, antice truncatus, capite non latior, intra apicem constrictus et transversim impressus, lateribus medio rotundato-ampliatum, basin versus subito angustatus, postice truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, intra basin transversim impressus, supra modice convexus. Scutellum parvum, testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace fere triplo longiora et ejus basi dimidio latiora, parce albido-villosa, humeris rotundatis, supra parum elevatis; lateribus fere recta, apicem versus nonnihil ampliatum, apice conjunctim rotundatum, supra convexa, ultra medium sat profunde, regulariter punctato-striata, dein ad apicem sublævia; flavo-testacea, nuda, singulo callo humerali leviter infuscato, mox ante

medium macula oblonga, transversa et ante apicem plaga magna, subrotundata, nigris. Corpus subtus flavo-testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce albido-pubescens. Pedes flavo-testacei, obsolete punctulati, albido-villosi; tibiis posterioribus a basi fere ad medium nigro-piceis.

BHN.

541. *CLERUS quadrioculatus*: oblongus, modice convexus, piceus, subnitidus, parce albido-pubescens et villosus; labro, palpis apice antennisque flavo-testaceis; capite prothoraceque sat crebre, mediocriter punctatis, hoc ante medium ampliato, antice posticeque constricto, dorso inæquali; elytris mediocriter, crebre punctatis, singulo maculis duabus, sat magnis, albidis, una pone humerum subquadrata, altera in medio rotundata. Long. 5, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat circa fluvium Gariep.

Cl. equestri non longior, dimidio fere angustior. Caput sat magnum, subrotundatum, modice convexus, nigro-piceum, subnitidum, mediocriter, sat crebre punctatum, parce albido-pubescens; labro palpisque piceis, apice flavo-testaceis; oculis ovatis, convexis, nigris. Antennæ prothorace nonnihil longiores, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine vix longior, nigro-piceus, nitidus, sat crebre, mediocriter punctatus, parce albido-pubescens et villosus, antice truncatus, capite non latior, intra apicem constrictus et transversim impressus, dein lateribus rotundato-ampliatus, postice citius angustatus, basi truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, intra basin transversim impressus, supra modice convexus, dorso postico inæqualis. Scutellum parvum, piceum, parum nitidum, subtiliter, confertim punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora et ejus basi dimidio latiora, parce albido-pubescentia et villosa, antice truncata; humeris rotundatis, haud elevatis; lateribus

longe ultra medium recta, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, mediocriter, crebre, subseriatim punctata, picea, nitida, singulo maculis duabus sat magnis, albidis, una mox pone humerum, subquadrata, altera in medio, non procul a sutura, rotunda. Corpus subtus piceum, subnitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, parce griseo-pubescens. Pedes picei, subnitidi, subtiliter, crebre punctulati, parce albido-villosi; tarsis dilute ferrugineis. BHN.

542. *CLERUS natalensis*: elongatus, paullo convexus, flavo-testaceus, subnitidus, parce fusco-villosus; antennis ferrugineis; capite prothoraceque sat crebre punctulatis, piceis; elytris sat profunde, medio remotius, seriatim punctatis, punctis sæpe infuscatis, apicem versus evanescentibus, fascia ante medium lata plagaque postica magna, nigro-piceis; femoribus apice nigris. Long. 10—11½, lat. 3—3¼ millim.

Var. a. fascia elytrorum obsoleta, interdum deficiente.

Habitat in terra Natalensi.

Statura fere et magnitudo *Opili mollis*. Caput sat magnum, rotundatum, modice convexum, nigro-piceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce fusco-villosum; labro palpisque flavo-testaceis; oculis ovatis, convexis, nigro-brunneis. Antennæ dilute ferrugineæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil longior, nigro-piceus, subnitidus, parce fusco-villosus, antice truncatus, capite non latior, intra apicem constrictus et transversim impressus, dein lateribus nonnihil rotundato-ampliatus, pone medium basin versus citius angustatus, postice leviter rotundato-emarginatus, reflexo-marginatus, intra basin transversim impressus, supra paullo convexus, ante medium longitudinaliter leviter impressus. Scutellum testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora et ejus basi

dimidio latiora, parce fusco-villosa, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris rotundatis, supra nonnihil elevatis; lateribus recta, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, sat profunde, seriatim punctata, punctis sæpe infuscatis, hinc inde, præsertim in medio, remotioribus, ad apicem evanescentibus; pallide flavo-testacea, ante medium fascia transversa, communi, inæquali, utrinque medio angustiore, ad margines antrorsum excurrente, interdum obsoleta vel omnino deficiente et pone medium plaga magna, communi, antice sinuata, nigro-piceis, maculam in singulo apicalem, sat magnam, rotundatam, dilute flavo-testaceam includente. Corpus subtus testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens. Pedes dilute flavo-testacei, subtiliter, crebre punctulati, parce villosi; femoribus apice nigro-piceis.

BHN.

543. *CLERUS dichrous*: elongatus, paullo convexus, dilute flavo-testaceus, nitidus, parce griseo-villosus; capite prothoraceque nigro-piceis, sat crebre, parum profunde punctatis; elytris ultra tertiam partem profunde striatopunctatis, dein obsolete punctulatis, apice plaga magna, communi, picea, maculas duas subrotundas, flavo-testaceas includente. Long. $9\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Longitudo fere *Cl. natalensis*, aliter coloratus, prothorace elytrisque anterieus angustioribus. Caput sat magnum, rotundatum, modice convexum, parum profunde, crebre punctatum, nigro-piceum, nitidum, parce villosum; labro palpisque flavo-testaceis; oculis ovatis, convexis, nigro-brunneis. Antennæ prothorace nonnihil longiores, flavo-testacæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine fere dimidio longior, nitidus, sat crebre, parum profunde punctatus, parce villosus, antice truncatus, capite non latior, intra apicem sat late constrictus et transversim

impressus, tum lateribus paullo rotundato-ampliatus, basin versus citius angustatus, postice truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, transversim impressus, supra paullo convexus, nigro-piceus, antice rufo-ferrugineo-marginatus. Scutellum parvum, flavo-testaceum, confertim punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora at ejus basi dimidio latiora, parce fusco-villosa, antice truncata, humeris rotundatis, vix elevatis; lateribus a basi apicem versus sensim, perparum ampliata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, ultra tertiam partem profunde seriatim punctata, dein obsolete, crebre punctulata, dilute flavo-testacea, nitida, antice saturatiora, apice plaga magna, communi, picea, maculas duas apicales, sat magnas, rotundatas, dilute flavo-testaceas includente. Corpus subtus flavo-testaceum, nitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, parce pubescens; abdomine apicem versus saturatiore. Pedes dilute flavo-testacei, nitidi, obsolete, crebre punctulati, albido-villosi.

BHN.

544. *CLERUS inæqualicollis*: elongatus, paullo convexus, dilute flavo-testaceus, parum nitidus, parce villosus; capite prothoraceque confertim punctatis, fusco-æneis, hoc oblongo, dorso rufo-testaceo, obtuse septem-tuberculato; elytris parce æneo-variegatis, ultra medium mediocriter, sat crebre punctato-striatis, dein subtiliter, vage punctulatis; abdomine fusco-æneo, segmentorum apicibus testaceis; femoribus apice infuscatis. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. 2 millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

Caput sat magnum, rotundatum, modice convexus, fusco-æneum, subopacum, confertim punctatum, parce griseo-villosum; labro palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ prothorace nonnihil longiores, flavo-testacæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio longior, crebre, mediocriter punctatus,

parce griseo-villosus, antice truncatus, capite non latior, intra apicem utrinque leviter constrictus, lateribus haud ampliatu, infra medium basin versus citius angustatus, postice subtruncatus, tenuiter reflexo-marginatus, intra basin transversim obsolete impressus, supra convexiusculus, fusco-æneus, parum nitidus, dorso vitta sat lata longitudinali, rufo-testacea, tuberculis septem parum elevatis, obtusis instructus, binis pone apicem, quatuor posterius quadratim positis, septimum cingentibus. Scutellum flavo-testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace triplo longiora at ejus basi vix sesquialiora, parce griseo-villosa, antice truncata, humeris rotundatis, non elevatis; lateribus ultra medium sensim nonnihil ampliata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, ultra medium mediocriter, sat crebre punctato-striata, dein obsolete, crebre punctulata, dilute flavo-testacea, maculis nonnullis, irregularibus, nigro-æneis variegata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens; pectore dilute flavo-testaceo; abdomine fusco-æneo, segmento ultimo toto, reliquis apice testaceis. Pedes dilute flavo-testacei, obsolete, crebre punctulati, parce albido-villosi; femoribus apice dilute fuscis; tibiis extus maculis duabus, parvis, fuscis.

BHN.

545. *CLERUS gracilis*: elongatus, paullo convexus, niger, nitidus, parce albido-villosus; labro, palpis, antennis prothoraceque oblongo, dorso inæquali, rufo-testaceis; elytris mediocriter, crebre punctato-striatis, basi, fascia media, communi, maculaque parva, oblonga intra apicem, albis; pectore antice coxisque rufo-testaceis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura *Cl. sexnotati*, minoribus ejus magnitudine æqualis. Caput sat magnum, rotundatum, modice con-

vexum, nigrum, nitidum, sat crebre punctulatum, parce albido-villosum; labro palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennæ prothorace nonnihil longiores, rufo-testaceæ, parce pilosæ, medio obscuriores. Prothorax latitudine dimidio longior, rufo-testaceus, subnitidus, parum profunde, sat crebre punctulatus, parce albido-villosus, antice truncatus, capite non latior, intra apicem transversim anguste impressus, lateribus non ampliatus, infra medium basin versus angustatus, postice subtruncatus, tenuiter reflexo-marginatus, intra basin leviter constrictus et transversim impressus, supra convexiusculus, medio obsolete, longitudinaliter canaliculatus, utrinque inæqualis. Scutellum rufo-testaceum, crebre punctulatum, albido-pubescens, apice rotundatum. Elytra prothorace fere triplo longiora at ejus basi vix dimidio latiora, parce albido-villosa, antice truncata, humeris rotundatis, haud elevatis; lateribus fere recta, apicem versus perparum ampliata, apice conjunctim rotundata, supra convexiuscula, mediocriter, crebre punctato-striata, striis versus apicem obsoletioribus; nigra, nitida, basi, fascia media sat lata, communi, extrorsum utrinque nonnihil latiore, maculaque parva, oblonga, transversa, intra apicem, albis, antice ad suturam dilute testacea. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens; pectore antice rufo-testaceo. Pedes nigri, nitidi, obsolete, minus crebre punctulati, albido villosi; coxis, tibiisque anticis intus rufo-testaceis.

BHN.

546. *CLERUS neglectus*: oblongus, convexus, niger, parum nitidus, parce griseo-pubescens et villosus; capite prothoraceque subtilissime, sat crebre punctulatis, hoc sanguineo, antice late constricto, medio ampliato; elytris profunde, dein mediocriter punctato-striatis, basi sanguineis, singulo medio macula transversa fasciaque ante apicem communi, dense albo-pubescentibus. Long. 8—10, lat. 3—3½ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura fere *Cl. mutillarü*. Caput magnum, subrotundatum, supra convexiusculum, nigrum, parum nitidum, subtilissime, sat crebre punctulatum, parce, infra oculos densius, griseo-villosum; fronte utrinque obsolete impressa; oculis subrotundatis, convexis, brunneis, antice emarginatis. Antennæ prothorace nonnihil longiores, nigrae, parce pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil brevior, sanguineus, subnitidus, subtiliter, sat crebre punctulatus, parce albido-pubescentis, antice truncatus, capite non latior, apice late constrictus et transversim impressus, lateribus in medio rotundato-amplius, basin versus citius angustatus, postice truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, intra apicem transversim impressus, supra in medio modice convexus. Scutellum parvum, sanguineum, subopacum, confertim punctulatum, parce pubescens. Elytra prothorace plus quam duplo longiora at ejus basi dimidio latiora, antice truncata, humeris rotundatis, haud elevatis; lateribus recta, apicem versus angustata, apice ipso singulatim nonnihil producta, sub-acuminata, supra convexa, antice profunde punctato-striata, sanguinea, interstitiis convexis, transversim rugosis, dein nigra, sub-opaca, mediocriter punctato-striata, interstitiis planis, medio prope marginem macula oblonga, transversa et non procul ab apice fascia minus lata, communi, recta, utrinque nonnihil angustata, dense albo-pubescentibus; singulo prope basin gibbo parum elevato, obtuso instructo. Corpus subtus nigrum, parum nitidum, sat crebre punctulatum, pectore utrinque ad apicem dense albido-villoso. Pedes nigri, subnitidi, confertim, subtiliter punctulati, minus dense albido-villosi.

BHN.

547. *CLERUS mutabilis*: oblongus, modice convexus, flavo-testaceus, parum nitidus, albido-pubescentis et parce villosus; antennis apice oculisque nigris; capite sublævi, medio

medio infuscato; prothorace obsolete, sat crebre punctulato, utrinque plaga magna, nigro-ænea; elytris piceo-variegatis, mediocriter, crebre punctato-striatis, striis ad apicem evanescentibus; femoribus anticis medio, posticis ante apicem leviter infuscatis. Long. 5, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

Caput magnum, rotundatum, convexum, obsolete punctulatum, rufo-testaceum, nitidum, medio longitudinaliter, late infuscatum; fronte flavo-testacea, dense albo-pubescente, cum macula parva, media, apicali, nigra; labro palpisque flavo-testaceis; mandibulis apice nigro-piceis. Antennæ prothorace nonnihil longiores, flavo-testaceæ, parce pubescentes, articulis duobus ultimis nigris. Prothorax latitudine nonnihil brevior, sat crebre, parum profunde punctatus, dense albido-pubescentis et parce fusco-villosus, antice truncatus, capite non latior, intra apicem late constrictus, transversim impressus, lateribus in medio rotundato-amplius, posterius citius angustatus, basi truncatus, reflexo-marginatus, intra basin transversim impressus, supra modice convexus, testaceus, nitidus, utrinque plaga magna, laterali, nigro-ænea, ante apicem desinente. Scutellum testaceum, confertim punctulatum, albido-pubescentis, apice rotundatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et ejus basi multo latiora, antice truncata, humeris rotundatis, haud elevatis; lateribus recta, apicem versus angustata, apice ipso singulatim subacuminata, supra convexa, crebre, mediocriter punctato-striata, striis ante apicem evanescentibus; flavo-testacea, parum nitida, singulo litura basali apice extrorsum flexa et dein introrsum arcuata, versus apicem continuata, inæquali, picea ornato; pube albida et fusca sat densa variegata. Corpus subtus rufo-testaceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, parce pubescens. Pedes flavo-

testacei, obsolete, crebre punctulati, albido-villosi; femoribus anticis medio, posticis versus apicem, leviter infuscatis.

BHN.

548. *TARSOSTENUS* (SPINOLA) *univittatus*: elongatus, paullo convexus, niger, nitidus, griseo-pubescent; labro, palpis, antennis basi, tibiis tarsisque fusco-testaceis; capite mediocriter, minus crebre punctato; prothorace oblongo, sat crebre, dorso inæquali remotius punctato, posterius angustato; elytris mediocriter, crebre punctato-striatis, striis versus apicem obsoletioribus, fascia pone medium minus lata, alba, ad suturam interrupta. Long. 4, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Clerus univittatus. ROSSI Mant. Ins. ed. III, p. 44. 112. — SCHÖNH. Syn. Ins. II, p. 45. 12. — CHARP. Horæ Ent. p. 200. T. VI, f. 1.

Opilus fasciatus. STEPH. Cat. of Brit. Ins. p. 138. — Illustr. of Brit. Entom. III. p. 324. 2. — CURTIS Brit. Ent. VI. Tab. 267.

Opilus univittatus. STEPH. Man. of Brit. Coleopt. VI. Tab. 267. — KLUG Abhandl. d. Wissensch. Acad. zu Berlin 1840, p. 321. 8.

Notoxus univittatus. DEJ. Cat. ed. 3, p. 112.

Tarsostenus univittatus. SPIN. Ess. Mon. sur l. Clerites I, p. 288. 1. T. XXXII, f. 3.

BHN.

549. *PHLOIOCOPUS* (SPINOLA) *consobrinus*: elongatus, modice convexus, nigro-piceus, subnitidus, parce albivillosus; labro, palpis, antennis tarsisque rufo-testaceis; antennarum articulo ultimo longissimo, dilutiore; capite crebre rugoso-granulato; prothorace oblongo-quadrato, canalicula brevi, longitudinali impresso; elytris a basi ultra medium profunde punctato-striatis, mox infra medium utrinque fascia transversa silacea, pone illam crebre, minus profunde, subseriatim punctatis. Long. 15, lat. 4 millim.

Habitat circa fluvium Gariép.

Opilo unibalteato simillimus dimidio tamen minor, præsertim angustior, antennarum articulo ultimo longissimo, ab illo facile distinctus. Caput magnum, rotundatum, nigro-piceum, nitidum, modice convexum, subtiliter, crebre rugoso-granulatum, parce albido-villosum; labro palpisque rufo-testaceis; oculis magnis, rotundatis, obscure brunneis. Antennæ ferrugineæ, parce pilosæ, articulis 9—10 latioribus, brevibus, subtriangularibus, apice truncatis, apicali duobus antecedentibus simul sumtis triplo longiore, dilutiore, cylindrico, apice nonnihil inflexo, acuminato. Prothorax latitudine longior, nigro-piceus, nitidus, parce albido-villosus, antice capite non latior, apice truncatus, lateribus basin versus subrectus, intra apicem utrinque leviter, basi transversim constrictus, postice truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, supra modice convexus, dorso canalicula tenui, antice abbreviata, postice obsolete impressa; sub-remote, mediocriter, extrorsum crebrius punctatus, ad apicem triangulariter, leviter elevatus. Scutellum breve, nigro-piceum, subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace fere quadruplo longiora et ejus basi dimidio fere latiora, parce albido-villosa, antice sub-truncata, humeris vix elevatis, rotundatis; lateribus fere recta, apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigro-picea, sub-nitida, singulo mox pone medium fascia transversa, minus lata, utrinque nonnihil arcuata, silacea ornata; a basi ultra medium profunde, crebre punctato-striata, interstitiis modice elevatis, subtiliter punctulatis, pone fasciam crebre, mediocriter, subseriatim punctata, obsolete longitudinaliter tri-carinata. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum, subtiliter punctulatum. Pedes similiter colorati, confertim rugoso-punctulati; tarsi angustis, rufo-testaceis.

BHN.

550. *PHLOIOPUS flavonotatus*: elongatus, modice convexus, piceus, sub-nitidus, parce griseo-villosus; antennis

ferrugineis, articulo ultimo longissimo (♂) vel longo (♀); capite crebre rugoso-granulato; prothorace oblongo-quadrato, canalicula brevi, longitudinali impresso; elytris a basi ultra medium profunde punctato-striatis, infra medium ad apicem crebre, seriatim punctatis, singulo maculis quatuor fasciaque mox pone medium maculari, flavescentibus. Long. $13\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Præcedenti nonnihil brevior, posterius magis ampliatus. Caput magnum, rotundatum, nigro-piceum, subnitidum, griseo-villosum, supra convexum, crebre, parum profunde rugoso-granulatum; labro palpisque piceis; oculis magnis, convexis, brunneis. Antennæ piceæ, parce pilosæ, articulis 9—10 nonnihil latioribus, subtriangularibus, apicali in uno sexu longissimo, cylindrico, apice nonnihil inflexo, acuminato, in altero sexu duobus antecedentibus duplo longiore, extrorsum nonnihil ampliato, apice oblique truncato. Prothorax latitudine nonnihil longior, piceus, nitidus, parce griseo-villosus, antice capite non latior, truncatus, lateribus subrectus, intra apicem utrinque obsolete, basi anguste, transversim coarctatus, postice leviter rotundato-emarginatus, tenuiter reflexo-marginatus, supra in dorso paullo convexus, medio canalicula brevi, longitudinali, profunda, antice posticeque valde abbreviata impressus, obsoletius minus crebre, extrorsum confertim punctatus, ante apicem triangulariter leviter elevatus. Scutellum dense griseo-pubescens, apice rotundatum. Elytra prothorace fere quadruplo longiora et ejus basi dimidio fere latiora, griseo-villosa, antice truncata, lateribus fere recta, pone medium nonnihil ampliata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, a basi ultra medium profunde punctato-striata, interstitiis paullo elevatis, punctulatis; dein apicem versus mediocriter, crebre, subseriatim punctata, obsolete tri-carinata, picea, parum nitida, singulo maculis quatuor insig-

nito; prima in callo humerali, subrotunda, altera non procul a basi et sutura, elongata, testaceis, binis versus apicem prope suturam, majoribus, rotundis, longitudinaliter positis, anteriore interdum deficiente fasciaque mox pone medium angusta, flexuosa, quasi e maculis 3 vel 4 composita, flavescentibus. Corpus subtus piceum, magis nitidum, sat crebre punctulatum, parce pubescens. Pedes picei, confertim rugoso-punctati, griseo-villosi; tarsis angustis, subtus brunneo-spongiosis.

BHN.

551. HYDROCERA (NEWMAN) *punctipennis*: oblongo-quadrata, minus convexa, nigro-ænea, nitida, parce albo-villosa; antennis basi, palpis tarsisque flavo-testaceis; capite magno, subtiliter, subremote punctulato; prothorace brevi, obsolete punctato, antice transversim impresso, postice angustato; elytris profunde, crebre et vage punctatis. Long. 4—4½, lat. 1—1¼ millim.

Var. a. pedibus anticis fere totis, tibiis posterioribus tarsisque flavo-testaceis.

Habitat in Caffraria tota.

Caput magnum, longitudine latius, subrotundatum, nigro-æneum, nitidum, parce albido-villosum, supra modice convexum; mandibulis palpisque flavo-testaceis; oculis sat magnis, ovatis, convexis, nigris. Antennæ prothorace vix longiores, tenues, flavo-testaceæ, parce pubescentes, articulo ultimo rotundato, acuminato, obscuriore. Prothorax latitudine fere dimidio brevior, nigro-æneus, nitidus, obsolete, minus crebre punctulatus, parce albido-villosus, antice truncatus, capite angustior, pone medium citius angustatus, postice truncatus, tenue reflexo-marginatus, supra parum convexus, intra apicem transversim impressus. Scutellum subtriangulare, dense albo-pubescentis. Elytra oblongo-quadrata, prothorace fere triplo longiora et ejus basi duplo latiora, nigro-ænea, nitida,

albo-villosa, antice truncata, humeris rotundatis non elevatis; lateribus recta, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, confertim, vage et profunde punctata. Corpus subtus nigro-æneum, sub-nitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, parce albido-villosum. Pedes nigro-ænei, nitidi, confertim punctulati, albido-villosi; tarsis flavo-testaceis.

BHN.

552. *CORYNETES* (FABR.) *analis*: oblongo-ovatus, convexus, violaceus, nitidus, griseo-pubescens; antennis, labro, palpis, pedibus segmentisque duobus ultimis abdominis flavo-testaceis; capite prothoraceque medio ampliato confertim mediocriter punctatis; elytris mediocriter punctato-striatis. Long. 6, lat. 3 millim.

Corynetes analis. KLUG. Abhandl. d. Wissensch. Acad. zu Berlin 1840, p. 348. 5.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

553. *CORYNETES* *bituberculatus*: oblongus, convexus, niger, sub-opacus, griseo-villosus; antennis femoribusque basi rufo-testaceis; capite prothoraceque sanguineis, confertim granulatis; elytris basi obscure ferrugineis, a basi ad medium confertim punctatis, opacis, apicem versus nitidis, obsolete punctulatis; singulo non procul a sutura mox pone basin, tuberculo obtuso instructo, mox infra medium fascia transversa, minus lata, alba. Long. 5, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

C. pectorali KLUG nonnihil minor, aliter coloratus. Caput magnum, rotundatum, supra modice convexum, nigrum, opacum, parce griseo-villosum; labro palpisque fusco-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennæ rufo-testaceæ, parce pilosæ, clava elongata, nigra, articulo apicali apice rotundato, introrsum subacuminato. Prothorax latitudine haud longior, sangui-

neus, sub-opacus, confertim granulatus, parce griseo-villosus, antice truncatus, lateribus tenuiter marginatus, ultra medium subrectus, dein citius angustatus, postice truncatus, transversim constrictus, supra convexus. Scutellum rotundatum, punctulatum, ferrugineum, opacum. Elytra prothorace duplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, parce griseo-villosa, antice truncata, humeris rotundatis, supra parum elevatis; lateribus ad medium fere recta, dein nonnihil ampliata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, ad medium confertissime, mediocriter, pone medium subtiliter punctata, singulo non procul a basi et sutura tuberculo obtuso instructo; nigra, antice ferruginea, opaca, postice nitida, mox infra medium fascia transversa recta, extrorsum nonnihil latiore, alba, albido-villosa. Corpus subtus subtiliter punctulatum, parce pubescens, nigrum, sub-nitidum; pectore medio ferrugineo. Pedes nigri, nitidi, subtiliter punctulati, albo-villosi; coxis femoribusque basi rufo-testaceis.

BHN.

554. *CORYNETES mysticus*: oblongus, convexus, niger, sub-nitidus, parce fusco-villosus; antennis totis pedibusque, femorum apice excepto, flavo-testaceis; capite prothoraceque confertim granulatis; elytris nigro-cærulescentibus, vage, parum profunde, minus crebre punctatis, singulo macula humerali testacea et fascia media, transversa, alba. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat circa fluvium Gariep.

C. pectorali KLUG minor. Caput sat magnum, rotundatum, modice convexus, nigrum, subopacum, crebre granulatum, parce fusco-villosum; palpis flavo-testaceis; oculis parvis, convexis, brunneis. Antennæ rufo-testaceæ, parce pilosæ, clava sat magna, triarticulata, articulo ultimo subquadrato, apice obtuso. Prothorax latitudine parum longior, niger, sub-opacus, confertim granulatus, parce fusco-villosus, supra modice convexus, antice capite

vix latior, lateribus haud ampliatus, ad basin subito oblique angustatus, postice truncatus, tenuiter reflexo-marginatus. Scutellum parvum, nigrum, punctulatum, dense pubescens, apice rotundatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, parce fusco-pilosa, antice truncata, humeris subrotundatis, supra parum elevatis; lateribus apicem versus sensim nonnihil ampliata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, subtiliter, vage, parce, anterieus tamen evidentius punctata, nigro-cærulescentia, singulo macula sat magna, rotundata, humerali, testacea et in medio fascia transversa, minus lata, antrorsum nonnihil arcuata, alba, albo-pilosa. Corpus subtus nigrum, nitidum, subtiliter punctulatum, parce villosum. Pedes flavo-testacei, obsolete, crebre punctulati, albo-villosi; femoribus, præsertim anticis, apicem versus infuscatis; unguiculis ferrugineis.

BHN.

555. *CORYNETES varicolor*: oblongus, convexus, nigro-cærulescens, nitidus, griseo-villosus; antennis, tibiis tarsisque rufo-testaceis; capite prothoraceque sanguineis, confertim granulatis; elytris crebre, minus profunde punctato-striatis, basi, sutura maculaque magna subapicali, triangulari, rufo-testaceis, medio fascia transversa, alba. Long. 4, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Statura fere *C. mystici*, nonnihil minor et angustior. Caput magnum, rotundatum, convexus, confertim granulatum, sanguineum, subnitidum, parce griseo-villosum; oculis rotundatis, modice convexis, brunneis. Antennæ rufo-testacæ, parce pilosæ, clava sat magna, tri-articulata, obscuriore, articulo ultimo rotundato. Prothorax latitudine nonnihil longior, sanguineus, subnitidus, crebre granulatus, parce griseo-villosus, antice truncatus, capite vix latior, lateribus rectus, tenuiter marginatus, basin versus angustatus, postice truncatus, reflexo-marginatus, supra

convexus. Scutellum parvum, confertim punctulatum, nigro-cærulescens, parce pubescens. Elytra prothorace duplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, parce griseo-villosa, antice truncata, humeris rotundatis, supra nonnihil elevatis; lateribus apicem versus paullo ampliata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, crebre, minus profunde punctato-striata, nigro-cærulescentia, basi, sutura anguste fere ad apicem maculaque magna ante apicem, subtriangulari, communi, rufo-testaceis, medio fascia angusta, alba, albo-villosa, utrinque in medio antrorsum nonnihil flexa. Corpus subtus nigro-cærulescens, nitidum, subtiliter punctulatum, parce pubescens. Pedes rufo-testacei, subtiliter punctulati, griseo-villosi; femoribus a basi fere ad apicem nigro-cærulescentibus. BHN.

556. NECROBIA (LATREILLE) *rufipes*: oblongo-quadrata, modice convexa, violacea, nitida; antennis nigris, basi pedibusque rufis; capite prothoraceque mediocriter, sat crebre punctatis, subvillosis; elytris creberrime punctulatis, subtiliter punctato-striatis. Long. $4\frac{1}{2}$ -6, lat. 2—3 millim.

Corynetes rufipes. SCHÖNH. Syn. Ins. II, p. 50. 1. — KLUG Abhandl. der Wissensch. Acad. zu Berlin 1840, p. 350. 8.

Necrobia rufipes. SPINOLA Ess. Mon. sur les Clerites II, p. 101. T. XLII, f. 6.

Habitat in Caffraria tota.

BHN.

557. NECROBIA *ruficollis*: oblongo-quadrata, modice convexa, violacea, nitida, breviter pubescens, confertim punctulata; capite subtus, prothorace, pectore, scutello, elytris basi pedibusque rufo-testaceis; elytris confertim punctulatis, subtiliter punctato-striatis; abdomine nigro. Long. 5, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Corynetes ruficollis. SCHÖNH. Syn. Ins. II, p. 51. 4. — KLUG Abhandl. d. Wissensch. Acad. zu Berlin 1840, p. 350. 9.

Necrobia ruficollis. SPINOLA Ess. Mon. sur les Clerites II, p. 103.
T. XLIII, f. 6.

Habitat in Caffraria tota.

BHN.

558. OPETIOPALPUS (SPINOLA) *caffer*: oblongus, convexus, viridi-æneus, nitidus, dense albido-villosus; antennis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque subrotundato mediocriter, sat crebre punctatis; elytris profunde, crebre, seriatim punctatis; abdomine cupreo-micante. Long. $5\frac{1}{2}$ —8, lat. $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{4}$ millim.

Var. a. supra cupreus, nitidus.

Habitat in Caffraria tota.

O. rudi angustior. Caput rotundatum, longitudine vix latius, viridi-æneum, nitidum, mediocriter, sat crebre punctatum, albo-villosum; fronte fere plana, medio leviter impressa; labium rufo-testaceum; palpis flavo-testaceis; oculis sat magnis, ovatis, modice convexas, nigris. Antennæ subtenues, flavo-testaceæ, parce pilosæ, clava modice crassa, apice obtusa. Prothorax subrotundatus, latitudine haud longior, viridi-æneus, nitidus, dense albido-villosus, antice truncatus, angulis rotundatis; lateribus tenuiter marginatus, ante medium modice rotundato-ampliatus, posterius nonnihil angustatus, basi truncatus, supra convexus, dorso minus crebre, ad margines confertim, mediocriter punctatus. Scutellum breve, latum, viridi-æneum, nitidum, subtiliter punctulatum, albido-villosum, apice rotundatum. Elytra prothorace fere triplo longiora at ejus basi haud latiora, viridi-ænea, nitida, sat dense albido-villosa, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, lateribus recta, longe infra medium sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, profunde, crebre seriatim punctata, transversim leviter rugosa. Corpus subtus crebre, parum profunde punctatum, albo-pubescent; pectore viridi-æneo; abdomine

cupreo-micante. Pedes flavo-testacei, subtiliter punctulati, albido-villosi; unguiculis ferrugineis. BHN.

559. OPETIOPALPUS *rudis*: oblongo-ovatus, convexus, obscure æneus, subnitidus, villosus; antennis, palpis, abdomine pedibusque flavo-testaceis; capite crebre, prothorace profunde punctatis; elytris punctis magnis, sæpe oblongis, hinc inde confluentibus, irregulariter impressis, rugulis sparsis, parum elevatis, lutescentibus variegatis. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in regione fluvii Limponis.

Caput sat magnum, longitudine latius, obscure æneum, subnitidum, albido-villosum; fronte parum convexa, utrinque leviter impressa; labro palpisque flavo-testaceis; oculis sat magnis, modice convexis, nigris. Antennæ flavo-testaceæ, parce albido-pilosæ, clava sat magna, articulo ultimo apice obtuso. Prothorax latitudine brevior, obscure æneus, parum nitidus, crebre, profunde punctatus, minus dense albido-villosus, antice truncatus, angulis obtusis; lateribus subrectus, tenuiter reflexo-marginatus, postice late rotundatus, supra convexus, medio longitudinaliter, obsolete carinatus. Scutellum rotundatum, obscure æneum; dense albido-villosum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora at ejus basi haud latiora, parce albido-villosa, antice conjunctim rotundato-emarginata, humeris rotundatis, supra in callum parvum, obtusum elevatis; lateribus recta, longe infra medium sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, punctis magnis, profundis, sæpe oblongis, hinc inde confluentibus, irregulariter impressa, obscure ænea, magis nitida, rugulis sparsis, remotis, parum elevatis, lutescentibus variegata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctatum, breviter albo-pubescentis, antice obscure æneum, macula parva capitis, pectore postice et abdomine flavo-testaceis. Pedes subtiliter punctulati, flavo-testacei, albo-villosi. BHN.

560. *OPETIOPALPUS livens*: oblongo-ovatus convexus, flavo-testaceus, subnitidus, albo-villosus; capite prothoraceque rotundato fusco-testaceis, mediocriter, sat crebre punctatis; elytris profunde, minus confertim, seriatim punctatis. Long. 5, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Statura omnino *O. rudis*, sed dimidio minor, aliter coloratus. Caput sat magnum, latitudine brevius, crebre, mediocriter punctatum fusco-testaceum vel fusco-brunneum, sub-nitidum, albido-villosum; fronte parum convexa, obsolete impressa; labro palpisque flavo-testaceis; oculis sat magnis, modice convexis, nigris. Antennæ flavo-testaceæ, parce pilosæ, clava sat magna, articulo apicali obtuso. Prothorax sub-rotundatus, latitudine nonnihil brevior, fusco-testaceus, sub-nitidus, crebre, mediocriter punctatus, albido-villosus, antice truncatus, angulis obtusis; lateribus tenue reflexo-marginatus, posterius angustatus, postice late rotundatus, supra convexus, basi longitudinaliter, obsolete carinatus. Scutellum parvum, subtiliter punctulatum, testaceum, parce villosum, apice rotundatum. Elytra prothorace duplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, testacea, nitida, albido-villosa, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris rotundatis, vix elevatis; lateribus fere recta, apice conjunctim late rotundata, supra convexa, profunde, minus crebre, seriatim punctata, transversim rugosa. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, dilutius flavo-testaceum, subnitidum, albido-villosum. Pedes dilute flavo-testacei, obsolete punctulati, albido-villosi.

BHN.

561. *OPETIOPALPUS collaris*: oblongo-quadratus, modice convexus, niger, subnitidus, villosus; capite prothoraceque rotundato confertim, mediocriter punctatis; ore, capite subtus, antennis basi, prothorace geniculisque sanguineis; elytris nigro-cæruleis, profundius, sat crebre, vage punctatis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Corynetes collaris SCHÖNH. Syn. Ins. II, p. 51. 5. — KLUG Abhandl. d. Wissensch. Acad. zu Berlin 1840, p. 352. 12.

Opetiopalpus collaris SPINOLA Ess. Mon. s. les Clerites. II, 114. 4. T. XLV, f. 6.

Habitat ad Portum Natalensem.

BHN.

Fam. XV. TEREDILES.

562. ATRACTOCERUS (PALL.-BEAUV.) *africanus*: elongatus, ferrugineus, opacus, griseo-pubescens; capite ovato prothoraceque oblongo-quadrato confertim punctulatis, medio vitta longitudinali, flavo-testacea ornatis, hoc medio profunde canaliculato; elytris brevissimis, angustis, singulo intus leviter emarginato, apice extrorsum rotundato; tarsis longis, dilute flavis. Long. 22—38, lat. $2\frac{3}{4}$ —5 millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

Primo intuitu *A. necydaloidi* simillimus, capite ovato, prothorace longiori, angustiori, oblongo-quadrato, postice non reflexo-marginato, ab illo bene distinctus. Caput sat magnum, ovatum, ferrugineum, opacum, subtiliter, creberrime punctulatum, breviter, dense griseo-pubescens, medio vitta lata, longitudinali, flavo-testacea; palpis labialibus brevibus, testaceis, maxillaribus longioribus, fuscis; oculis maximis, ovatis, in fronte subcohaerentibus, interstitio angusto, elevato, testaceo sejunctis. Antennæ breves, ferrugineæ, opacæ, pubescentes, medio crassiores, articulis duobus basalibus dilutionibus, inferne pilosis. Prothorax latitudine nonnihil longior, apice truncatus, angulis anticis rotundatis; lateribus fere rectus vel posterius sensim perparum ampliatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis obtusis; supra confertissime, subtiliter punctulatus, obscure ferrugineus, opacus, pube

brevi grisea sat dense obsitus, medio paullum convexus, vitta sat lata longitudinali profunde canaliculata, dilute flavo-testacea ornatus. Scutellum triangulare, dilute flavo-testaceum, medio profunde impressum. Elytra prothorace sesquibreviora, angusta, antice introrsum oblique truncata, ad suturam leviter rotundato-emarginata, apice extrorsum rotundata, intus nonnihil producta, supra parum convexa, ferruginea, subopaca, subtilissime, creberrime punctulata, pube brevi, grisea sat dense obsita. Alæ exsertæ, amplæ, longitudine fere dimidii corporis, sordide albido-hyalinæ, nervis ferrugineis. Abdomen longissimum, obscure ferrugineum, confertim punctulatum, parce pubescens, anterieus angustius, marginibus valde reflexis. Pectus densius et longius griseo-pubescentis. Pedes ferruginei, punctulati, parce pubescentes; tarsis tenuibus, dilute flavis, tibiis longioribus; unguiculis ferrugineis.

BHN.

Fam. XVI. PTINIORES.

563. PTINUS (LINNÉ) *scutellaris*: oblongus, convexus, nigro-æneus, nitidus, setulis albidis supra parce inæqualiter, subtus dense obsitus; prothorace confertim punctulato, canaliculato, medio utrinque profunde impresso, basi constricto; scutello niveo-pubescente; elytris æneis, sat crebre punctato-striatis, interstitiis planis, seriatim punctulatis, singulo pone medium fascia tenui, transversa, albido-setulosa. Long. 2, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Parvus. Caput rotundatum, nigro-æneum, subtiliter, crebre punctulatum, dense albido-pubescentis, supra paullo convexum; oculis parvis, rotundatis, convexis, nigris. Antennæ longitudine fere elytrorum, minus tenues, nigræ,

parce pubescentes, extrorsum paullo incrassatæ, articulo ultimo obtuso. Prothorax latitudine paullo brevior, niger, subopacus, subtiliter, confertim punctulatus, parce albido-setulosus, antice rotundato-productus, lateribus haud ampliatus, ad basin constrictus et transversim impressus, postice truncatus, reflexo-marginatus, supra convexus, longitudinaliter canaliculatus, medio utrinque ad latera sat profunde impressus. Scutellum parvum, rotundatum, dense niveo-pubescent. Elytra prothorace fere triplo longiora et basi ejus dimidio latiora, antice truncata, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus ultra medium sensim nonnihil ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, ænea, nitida, sat profunde, regulariter punctato-striata, interstitiis subplanis, seriatim, anterieus crebrius punctulata, parce inæqualiter albido-setulosa, setulis pone medium in fasciam tenuem, transversam collocatis. Corpus subtus nigro-æneum, subtiliter, crebre punctulatum, sat dense cinereo-setulosum. Pedes similiter colorati et setulosi.

BHN.

564. ANOEIUM (FABR.) *gibbicolle*: oblongum, convexum, piceum, opacum, cinereo-sericeum; antennis flavo-testaceis; pedibus ferrugineis; prothorace brevi, antice reflexo-marginato, medio tuberculo valido, obtuso instructo; elytris mediocriter punctato-striatis, apice truncatis, ad suturam leviter emarginatis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Individuis minoribus *A. nitidi* æqualis, prothorace antice late reflexo-marginato, dorso tuberculo magis elevato, ab illo mox distinctum. Caput supra parum convexum, subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, opacum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace vix longiores, flavo-testaceæ. Prothorax latitudine brevior, antice rotundato-productus, latius

reflexo-marginatus, angulis obtusis, lateribus oblique ampliatas, modice explanatis; postice utrinque vix sinuatus, angulis fere rectis; supra convexus, subtiliter, crebre punctulatus, nigro-piceus, opacus, tenuiter cinereo-sericeus, medio dorsi tuberculo magno, obtuso instructus. Scutellum nigro-piceum, vix punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace duplo longiora et basi ejus fere angustiora, antice truncata, callo humerali parum elevato; lateribus recta, apicem versus angustata, apice truncata, ad suturam leviter emarginata; supra convexa, mediocriter, sat crebre punctato-striata, interstitiis confertim punctulatis; nigra, opaca, tenuiter cinereo-sericea. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, cinereo-sericeum; pectore nigro-piceo; abdomine ferrugineo. Pedes ferruginei.

BHN.

565. DORCATOMA (FABR.) *nigrinum*: rotundatum, convexum, nigrum, nitidum, tenuiter griseo-pubescent; antennis, palpis tarsisque flavo-testaceis; tibiis anticis ferrugineis; capite prothoraceque confertim punctulatis; elytris subseriatim, evidenter punctulatis, margine bistriatis, stria interiore apice magis, exteriora minus, abbreviatis; oculis sulco divisus. Long. $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$, lat. 1 — $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

D. Bovistæ certe affinis, sed sæpe major. Caput rotundatum, convexum, nigrum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescent, antice transversim impressum; palpis flavo-testaceis; oculis ovatis, nigris, parum prominulis, sulco profundo, cuneato, versus os latiore, in duas partes fere divisus. Antennæ flavo-testacæ. Prothorax latitudine duplo brevior, niger, nitidus, subtiliter, sat crebre punctulatus, tenuiter griseo-pubescent, supra transversim convexus, antice leviter rotundato-

dato-emarginatus, angulis antrorsum nonnihil prominulis, subacutis, lateribus versus basin subito oblique ampliatum, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio lato, parum producto, apice rotundato. Scutellum parvum, rotundatum, nigrum, subtiliter punctulatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus haud latiora, nigra, nitida, minus crebre, evidentius, subseriatim punctulata, tenuiter griseo-pubescentia, tuberculo sat magno intra humerum notata, antice singulatim vix rotundato-producta, lateribus ultra medium perparum angustata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, singulo intra marginem striis duabus, interiore infra medium, exteriore ante apicem desinentibus. Corpus subnigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescentia. Pedes nigri, punctulati; tarsi flavo-testaceis; tibiis anticis ferrugineis. BHN.

Fam. XVII. PALPATORES.

566. MASTIGUS (HOFFMANSEGG) *caffer*: oblongus, convexus, niger, parum nitidus, dense cinereo-sericeus; abdomine rufo-testaceo; capite medio longitudinaliter impresso; prothorace oblongo, vix punctulato, pone medium angustato; elytris testaceis, subtilissime, confertim punctulatis, remote subseriatim punctatis, apice leviter infuscatis. Long. $5\frac{1}{2}$, lat. $2-2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

M. palpalis dimidio major, elytris maris oblongis, feminae ovatis. Caput ovatum, parum nitidum, cinereo-sericeum, vix vel obsoletissime punctulatum, supra planum, medio late, longitudinaliter impressum; palpis nigro-piceis; oculis parvis, rotundatis, paullo convexis, nigris.

Antennæ capite cum prothorace nonnihil longiores, subtenuis, filiformes, nigro-piceæ, pubescentes, articulo primo longo, subtus pilis nonnullis, brevibus, albidis obsito. Prothorax oblongus, latitudinè plus duplo longior, niger, parum nitidus, dense cinereo-sericeus, supra convexus, vix vel obsoletissime punctulatus, medio carinula obsoleta, antice posticeque abbreviata instructus; antice truncatus, lateribus mox pone apicem nonnihil rotundato-amplius, infra medium apicem versus angustior, inferne utrinque impressus, postice leviter rotundatus. Scutellum haud conspicuum, sub prothorace occultatum. Elytra prothorace duplo longiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, apice singulatim rotundata, supra convexa, testacea, cinereo-sericea, subtilissime, confertim punctulata, apice ipso leviter infuscata, singulo seriebus quatuor e punctis nonnihil profundioribus, minus regularibus. Corpus subtus nigrum, obsolete punctulatum, cinereo-sericeum; pectore ad latera abdomineque basi rufo-testaceis. Pedes longi, graciles, nigri, cinereo-sericei; femoribus extrorsum modice incrassatis; tibiis tarsisque interdum fusco-ferrugineis.

BHN.

567. *MASTIGUS pilicornis*: oblongus, convexus, nigro-piceus, subnitidus, fere glaber; corpore subtus femoribusque basi rufo-testaceis; antennis articulis duobus primis subtus parce bi-seriatim fusco-pilosis; capite medio canaliculato, antice triangulariter impresso; prothorace oblongo, obsolete punctulato, pone medium angustato; elytris fusco-testaceis, subtilissime, confertim punctulatis, subseriatim remote punctatis, apice leviter infuscatis. Long. $4\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{2}$ —2 millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

Præcedenti certe affinis, sed nonnihil minor, brevior, fere glaber, antennarum articulo primo medio magis incrassato, secundo longiore, subtus parce longe pilosis,

ab illo mox distinctus. Caput ovatum, nigrum, subnitidum, fere glabrum, subtilissime, crebre punctulatum, supra fere planum, postice in medio longitudinaliter canaliculatum, antice triangulariter impressum; palpis nigro-piceis; oculis parvis, rotundatis, paullo convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace nonnihil longiores, nigro-piceæ, parce pubescentes, articulo primo longissimo, medio evidenter incrassato, secundo antecedenti dimidio brevior, subtus pilis longis, raris, biseriatis, fuscis obstitis. Prothorax oblongus, latitudine fere duplo longior, nigro-piceus, subnitidus, fere glaber, supra convexus, subtilissime, crebre punctulatus; antice truncatus, lateribus mox pone apicem modice rotundato-ampliatus, infra medium versus basin angustior, ibique inferne impressus, postice leviter rotundatus. Scutellum minutissimum, triangulare, nigro-piceum. Elytra ovata, prothorace vix duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice subtruncata, paullo elevata, mox pone basin oblique deinsensim rotundato-ampliata, infra medium angustata, apice singulatim rotundata, supra convexa, subtilissime, crebre punctulata, fusco-testacea, subnitida, fere glabra, apice leviter infusca, singulo seriebus quatuor valde obsolete, minus regularibus, e punctis nonnihil profundioribus. Corpus subtus obsolete, crebre punctulatum, rufo-testaceum, cinereo-sericeum; abdomine apice nigro-fusco. Pedes elongati, graciles, nigri, vix punctulati, cinereo-sericei; femoribus basi rufo-testaceis, extrorsum modice incrassatis.

BHN.

568. *MASTIGUS longicornis*: oblongus, convexus, piceus, subopacus, fere glaber; antennis tenuibus, longitudine fere corporis, articulis duobus basalibus subtus biserialiter pilosis; capite medio longitudinaliter impresso; prothorace oblongo, vix punctulato, obsolete carinato, pone medium angustato; elytris subtilissime crebre punctulatis, apice conjunctim rotundatis; singulo in

femina antice profunde impresso. Long. 4—4½, lat. 1—2 millim.

Var. a. dilute fuscus, antennis, palpis, tibiis tarsisque dilutioribus.

Habitat in terra Natalensi et in tractibus fluvii Gariëpis.

M. palpali nonnihil brevior et latior, antennis longis, tenuibus, a reliquis facile distinctus. Mas angustior, femina latior. Caput ovatum, obsolete punctulatum, nigrum, subopacum, supra parum convexum, medio longitudinaliter impressum; palpis nigro-fuscis, articulis duobus ultimis cinereo-sericeis; oculis parvis, rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ longitudine corporis, tenues, fuscæ, articulo primo longissimo, medio paullo incrassato, secundo antecedenti dimidio fere brevior, subtus pilis rigidis, longis, raris, fuscis, bi-seriatis obsitis, reliquis elongatis, longitudine æqualibus. Prothorax oblongus, latitudine duplo longior, piceus, subopacus, fere glaber, obsolete punctulatus, supra modice convexus, leviter, longitudinaliter carinatus; antice truncatus, lateribus pone apicem sensim nonnihil ampliatus, infra medium angustatus, utrinque inferne impressus, postice late rotundatus. Scutellum minutissimum, triangulare, piceum, sæpe sub prothorace occultatum. Elytra prothorace dimidio longiora et basi ejus nonnihil latiora, picea, sub-opaca, fere glabra, subtilissime, crebre punctulata, supra convexa, antice truncata, mox pone basin ultra medium ampliata, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, singulo basi transversim leviter impressa (♂) vel longitudinaliter late et profunde impressa (♀). Corpus subtus obsolete punctulatum, piceum, opacum. Pedes longi, graciles, picei; tibiis interdum dilutioribus; tarsis fusco-testaceis.

BHN.

569. *MASTIGUS bifeveolatus*: oblongus, convexus, piceus, subopacus, griseo-sericeus; antennis minus tenuibus, ca-

pite cum prothorace dimidio longioribus, articulis duobus basalibus subtus breviter bi-seriatim pilosis; prothorace oblongo, subtiliter, confertim punctulato, pone medium angustato; elytris subtilissime, crebre punctulatis, obsolete sulcatis, apice singulatim rotundatis; in femina dorso minus convexis; singulo longe pone basin foveolato. Long. 4, lat. 1—1 $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in Caffraria tota.

Præcedenti affinis, antennis brevioribus, minus tenuibus, prothorace antice minus angustato, supra non carinato, elytris subsulcatis, apice singulatim rotundatis etc. ab illo bene distinctus. *Mas* nonnihil minor, angustior, elytris convexioribus, non foveolatis. Caput ovatum, piceum, subopacum, griseo-sericeum, supra paullo convexum, medio longitudinaliter, antice leviter impressum; mandibulis flavo-testaceis; oculis parvis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ capite cum prothorace vix dimidio longiores, minus tenues, piceæ, pubescentes, articulo primo longissimo, medio modice incrassato, secundo antecedenti dimidio brevior, subtus parce, breviter, bi-seriatim fusco-pilosis, reliquis brevibus, longitudine æqualibus. Prothorax vix latitudine duplo longior, piceus, subopacus, subtilissime, crebre punctulatus, griseo-sericeus, supra convexus, antice truncatus, lateribus mox pone apicem citius ampliatus, dein basin versus angustatus, utrinque inferne impressus, postice leviter rotundatus. Scutellum vix conspicuum. Elytra prothorace duplo longiora et basi ejus paullo latiora, picea, subopaca, griseo-sericea, supra obsolete crebre punctulata, obsolete sulcata, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, mox pone basin citius rotundato-ampliata, infra medium angustata, apice singulatim rotundata, supra convexa (♂), vel dorso paullo convexa, singulo inter basin et medium prope suturam foveola sat magna insculpto (♀). Corpus subtus nigro-piceum, subopacum, subtilissime, crebre punctu-

latum, griseo-sericeum. Pedes elongati, graciles, similiter colorati.

BHN.

570. SCYDMÆNUS (LATR.) *longicornis*: oblongus, convexus, testaceus, nitidus, cinereo-pilosus; antennis longitudine fere corporis, sensim incrassatis, piceis, articulo ultimo testaceo; capite prothoraceque piceis, hoc oblongo, ante basin quadrifoveolato; elytris ovalibus, sat crebre, mediocriter punctulatis, basi impressis; humeris elevatis; femoribus extrorsum valde clavatis. Long. 2, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

S. tarsato dimidio major. Caput subrotundatum, piceum, nitidum, læve, pilosum, supra modice convexus; ore palpisque ferrugineis; oculis parvis, rotundatis, convexis, nigris. Antennæ corpore nonnihil breviores, minus tenues, extrorsum sensim crassiores, piceæ, parce pilosæ, articulo ultimo subacuminato, testaceo. Prothorax oblongus, latitudine dimidio longior, nigro-piceus, nitidus, obsolete punctulatus, griseo-pilosus, antice truncatus, ante medium modice rotundato-ampliatus, posterius nonnihil angustatus, disco convexus, postice truncatus, ante basin foveolis quatuor transversim locatis, interioribus nonnihil majoribus et profundioribus. Scutellum vix conspicuum. Elytra ovata, convexa, prothorace vix dimidio longiora et basi ejus latiora, testacea, nitida, sat dense et longe griseo-pilosa, minus crebre, mediocriter punctulata, basi juxta humerum leviter impressa, plica humerali elevata instructa, antice truncata, mox pone basin ultra medium citius ampliata, apice conjunctim late rotundata. Corpus subtus testaceum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter griseo-pubescent. Pedes elongati, fusco-ferruginei, nitidi, tenuiter pubescentes; femoribus basi tenuibus, extrorsum valde incrassatis; tarsi dilutioribus.

BHN.

Fam. XVIII. SILPHALES.

571. SILPHA (LINNÉ) *micans*: oblongo-quadrata, parum convexa, cærulea, nitida, cinereo-sericea; antennis clava nigra; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis, hoc postice tenuiter canaliculato; elytris nigro-cærulescentibus, subtiliter, remotius punctulatis; singulo tricostato, costa exteriori magis elevata, ante apicem desinente, apice utrinque leviter emarginato, ad suturam breviter dentato. Long. 10—11½, lat. 6½—7 millim.

Silpha micans. FABR. Syst. El. I, p. 337. — SCHOENH. Syn. Ins. II, p. 123. 4.

Var. a. Corpore subtus viridi-cærulescente.

Var. b. elytris pedibusque dilute brunneis.

Habitat in Caffraria tota.

BHN.

Fam. XIX. HISTERES.

572. HISTER (LINNÉ) *validus*: ater, nitidus, capite stria frontali medio evanescente; thorace æquali, utrinque sesquistriato; elytris 7-striatis, stria suturali brevissima, secunda interrupta, versus basin sulciformi, quarta et quinta subapproximatis. Long. 20, lat. 13 millim.

ERICHSOHN: Klug Jahrb. I, 130. 2.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

FHS.

573. HISTER *ponderosus*: ater, nitidus, capite stria antica integra, thorace æquali, utrinque sesquistriato, elytris 7-striatis, striis duabus suturæ proximis antice abbreviatis, tertia, quarta et quinta invicem æquali spatio distantibus. Long. 17—20, lat. 11—13 millim.

Habitat in Caffraria tota.

Totus ater, nitidus. Caput transversum, æqualiter subconvexum, læve, limbo antico stria distincta, integra, impresso; clypeus brevis, medio late excavatus, sublævis, mandibulæ longitudine capitis, æquales, dente unico, interdum obsoleto, armatæ. Antennæ breviusculæ, scapo arcuato, clava ovali, funiculi fere longitudine. Thorax longitudine duplo latior, antrorsum nonnihil angustatus, basi levissime sinuatus, apice late emarginatus, angulis subprominulis, supra modice convexus, præter marginem baseos punctatum, lævis, margine antico et laterali pilis brevibus ciliato; striis intramarginalibus ad latera binis, versus apicem nonnihil divergentibus, juxta marginem anticum introrsum flexis, exteriore mox abbreviata, interiore fere ad medium continuata. Scutellum minutum, triangulare. Elytra basi thoracis arcte applicata ibique illius latitudine, pone humeros leviter ampliata, ante medium iterum versus apicem angustata, apice obtusa, singulatim fere truncata, externe thoracis medio duplo longiora, interne paullo breviora; supra modice convexa, læviuscula, striis septem longitudinalibus, suppunctatis, impressa, suturæ proxima brevissima, secunda vix ultra medium dorsi producta, 3—6 subintegræ, basin vero apicemque non plane attingentibus, invicem æquali spatio distantibus, septima irregulari, antice abbreviata, stria obliqua obsoletiore antejacente, fossula laterali elongata, vix punctata. Pygidium obtusum, crebre et concinne punctatum. Corpus subtus medio læve, lateribus rugoso-punctatum; sternum triangulariter prominulum. Pedes validi, compressi, tibiis quatuor posterioribus multispinosis, anticis extus dilatatis, tridentatis, subtus transversim rude rugosis.

Fus.

574. *HISTER robustus*: ater, nitidus, capite stria frontali integra, clypeo brevissimo, medio retuso, thorace basi medio lobato, lateribus bistriato, antice utrinque fos-

sula punctulata obsoletissima; elytris 7-striatis, striis tribus vel saltem duabus interioribus obliterated, tertia nonnumquam posterius evidentiore. Long. 12—13, lat. 9—9½ millim.

ERICHSON: Klug Jahrb. I, 130. 3.

Habitat in terra Natalensi.

FHS.

575. *HISTER caffer*: ater, nitidus, capite antice constricto, lineolis aliquot lateralibus impressis, stria frontali obliterateda vel deficiente, clypeo plano, in lobum rotundatum producto, mandibula sinistra altera longiore; thorace basi lobato, lateribus bistriato, stria intraapicali vix interrupta, fossula anguli antici utrinque, punctulata, evidentiore; elytris 7-striatis, striis duabus suturæ proximis antice abbreviatis. Long. 12—13, lat. 9—9½ millim.

ERICHSON: Klug Jahrb. I, 132. 8.

Habitat in Caffraria tota.

FHS.

576. *HISTER severus* (BHN.): ater, nitidus, capite stria integra, clypeo brevi, antice medio elevato, in lobum triangularem protuberante, mandibula sinistra dextra longiore; thorace basi sublobato, lateribus sesquistriato, intra marginem anticum stria unica integra, fossula laterali, punctulata, obsoleta; elytris striis septem crenatis, duabus suturæ proximis antice abbreviatis. Long. 10—12½, lat. 8—9 millim.

Habitat in tractibus fluvii Garietis superioribus.

Totus ater, nitidus. Caput subtransversum, ante oculos utrinque sinuatum, stria antica integra, fronte subtilissime punctulata, vertice lævi; clypeus subtransversus, apice medio elevatus, in lobum triangularem protuberans; mandibula dextra capitis longitudine, sinistra paullo longiore. Antennæ breviusculæ, clava holosericea,

breviter ovata. Thorax transversus, basi longitudine media duplo latior, versus apicem vero insigniter angustatus, lateribus nonnihil rotundatis, postice leviter bisinuatus, antice profunde emarginatus, angulis prominulis, subacutis; supra æqualiter convexus, lateribus striis duabus, externa postice abbreviata, interna cum linea intramarginali apicis conjuncta; antice utrinque fossula subpunctata obsoleta impressa; summo margine postico, præter lobum antescutellarem, punctato, superficie reliqua lævi. Scutellum minutum, triangulare, læve. Elytra antice basi thoracis vix latiora, leviter dilatata, mox vero versus apicem iterum angustata, postice singulatim oblique subtruncata, supra parum convexa, intra apicem transversim impressa, dorso striis septem subcrenatis exarata, suturali medium dorsi non attingente, ei proxima duplo longiore, 3—6 subintegris, septima antice abbreviata; fossula inframarginali elongata, distincte punctata. Pygidium apice rotundatum, basi remotius, apice crebrius punctatum. Corpus subtus medio longitudinaliter læve, ad latera rugoso-punctatum; sternum triangulariter prominulum. Pedes validi, compressi, femoribus primi paris antice basi rude punctatis, tibiis quatuor posterioribus multispinosis, anticis dilatatis, valide tridentatis, subtus basi punctulatis, apice læviusculis.

FHS.

577. *HISTER gravis* (BHN.): ater, nitidus, capite stria integra, clypeo transverso, medio excavato, thorace lateribus bistriato, antice utrinque fossula punctulata obsoleta, elytris externe quadristriatis, disco interiore lævi. Long. 14, lat. 10 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

H. robusto paullo major, ceterum ei simillimus et vix differt nisi striis duabus suturæ proximis omnino deficientibus, tertiaque rudimentis modo punctorum designata. — An species distincta?

FHS.

578. *HISTER nigrinus* (BHN.): brevis, ater, nitidus, capite thoraceque subtilissime punctulatis, hoc utrinque sesquistriato; elytris 7-striatis, striis punctatis, duabus suturæ proximis antice abbreviatis, suturali altera duplo longiore, fossula inframarginali punctata; tibiis anticis 5-dentatis, inferne ruguloso-punctatis. Long. $6\frac{1}{2}$ —7, lat. $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria tota.

Totus ater, nitidus. Caput exiguum, transversum, remote punctulatum, stria frontali subflexuosa, profunda; clypeus brevissimus. Antennæ breviusculæ, clava fusco-holosericea. Thorax transversus, basi truncatus, ibique longitudine media duplo latior, antrorsum valde angustatus, apice profunde emarginatus, angulis prominulis, deflexis, supra æqualiter convexus, remote, subtilissime punctulatus, stria laterali integra utrinque cum stria transversa intraapicali conjuncta, adjecta antice stria exteriore subarcuata, medium laterum non attingente. Scutellum minutum, triangulare. Elytra thorace duplo longiora, cum eo conjunctim æqualiter rotundato-ampliata, basi truncata, apice singulatim obtusissime subrotundata, supra parum convexa, striis septem punctatis impressa, duabus suturæ proximis antice abbreviatis, prima subarcuata, ultra medium dorsi producta, secunda vix dimidii ejus longitudine, 3—6 subintegris, septima iterum medio abbreviata; fossula inframarginali trilineata, punctulata. Pygidium obtusum, remotius at subtilius punctatum. Corpus subtus convexum, lateribus rugoso-punctatum, medio læve, sterno valde producto. Pedes validi, tibiis posterioribus multispinosis, anticis 5-dentatis, dente supremo interdum obsoleto, inferne ruguloso-punctatis.

FHS.

579. *HISTER ignavus* (BHN.): subrotundatus, ater, nitidus, capite thoraceque lævissimis, hoc striis duabus lateralibus integris, adjecta striola arcuata in angulo antico

utrinque, elytris externe quadristriatis, fossula infra-
marginali tristriata, punctata; tibiis anticis quadriden-
tatis, inferne punctulatis. Long. $6\frac{1}{2}$ —9, lat. $5\frac{1}{2}$ —7
millim.

Habitat in Caffraria tota.

Totus ater, nitidus. Caput transversum, antice utrin-
que sinuatum, stria frontali distincta; clypeus brevissimus,
transversim linearis. Antennæ breviusculæ, clava ovata,
atro-holosericea. Thorax basi truncatus ibique longitu-
dine medii plus duplo latior, antrorsum angustatus, apice
profunde emarginatus, angulis subprominulis, supra æqua-
liter convexus, lævis, striis duabus lateralibus integris dis-
tinctissimis, interiore cum stria transversa intraapicali con-
juncta, in ipso angulo antico utrinque præterea striola
arcuata, ante medium laterum evanescente. Scutellum
triangulare, læve. Elytra thorace duplo longiora, cum
eo conjunctim sat rotundato-ampliata, basi truncata, apice
singulatim obtuse subrotundata, supra modice convexa,
lævia, versus latera quadristriata, striis vix punctatis, ex-
tima adjacenti approximata, antice abbreviata; striarum
trium in disco interiore, plerumque omnino deficientium,
rudimenta nonnumquam basi apiceque observantur; fos-
sula inframarginalis trilineata, punctata. Pygidium ob-
tusum, sat profunde et crebre punctatum, segmento ba-
sali apice medio area triangulari lævi. Corpus subtus
convexum, lateribus rude rugoso-punctatum, medio læ-
vissimum, sterno apice rotundato, usque ad os producto.
Pedes validi, tibiis posterioribus multispinosis, anticis qua-
dridentatis, dente basali nonnumquam obsoleto, inferne
punctulatis.

FHS.

580. *HISTER hottentotta*: breviter ovalis, ater, nitidus, ca-
pite thoraceque lævibus, hoc utrinque sesquistriato,
elytris 7-striatis, striis subcrenatis, duabus suturæ pro-
ximis antice abbreviatis, prima ultra medium, secunda

vix ad medium dorsi producta, fossula inframarginali obsoletiore, bistriata, vix punctata; tibiis anticis tridentatis, inferne sublæyibus. Long. $6\frac{1}{2}$ — $8\frac{1}{2}$, lat. 5— $5\frac{1}{2}$ millim.

ERICHSON: Klug Jahrb. I, 136. 17.

Habitat in Caffraria tota.

FHS.

581. *HISTER viduus* (BHN.): breviter ovalis, ater, nitidus, capite medio punctato, thorace utrinque profunde bistriato, interstitio antice rugoso-punctato, disco lævi; elytris 7-striatis, striis prima et secunda a sutura obliterated, tertia septimaque antice abbreviatis; fossula inframarginali tristriata, punctata; tibiis anticis valide tridentatis, inferne punctulatis. Long. 8, lat. 6 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Supra et subtus ater, nitidus. Caput breve, medio evidenter punctatum, stria frontali subflexuosa distincta; clypeus parvus, transversus; mandibulæ capitis longitudine, dentatæ, submarginatæ. Antennæ breviusculæ, clava ovata, apice piceo-ferruginea. Thorax basi truncatus, longitudine vix duplo latior, versus apicem modice angustatus, antice late emarginatus, angulis subacutis deflexis; supra æqualiter convexus, in disco lævissimus, ad latera utrinque striis duabus profundis, integris, interiore cum stria intraapicali conjuncta; inter strias laterales antice rugis punctisque aliquot notatus. Scutellum triangulare, læve. Elytra thorace vix duplo longiora, cum eo conjunctim leviter rotundato-ampliata, basi truncata, apice singulatim obtusissime subrotundata, supra modice convexa, striis quatuor exterioribus profundis, subrenatis, extima antice abbreviata, tribus interioribus tenuioribus, suturali eique proxima obliterated vel interruptis, illa vix ultra medium conspicua, altera mox evanescente, tertia antice abbreviata; fossula inframarginalis tristriata, punctata. Pygidium obtusum, confertim et profunde pun-

etatum. Corpus subtus convexum, lateribus rude rugoso-punctatum, medio læve, sterno subcompresso, valde producto. Pedes robusti, tibiis compressis, dilatatis, posterioribus multispinosis, anticis valide tridentatis, inferne punctulatis.

FHS.

582. *HISTER vilis* (BHN.): breviter ovalis, ater, nitidus, antennarum clava apice rufescente, capite thoraceque lævibus, hoc utrinque profunde bistriato; elytris externe 4-striatis, striis vix punctatis, disco interiore lævi; tibiis anticis tridentatis, inferne rugoso-punctatis. Long. 6—7, lat. $4\frac{1}{2}$ —5 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Supra et subtus ater, nitidus. Caput transversum, antice vix sinuatum, læve, stria frontali distincta, integra; clypeus transversus, antice obtuse rotundatus; maxillæ breves, valide dentatæ, submarginatæ. Antennæ breviusculæ, clava ovata, apice rufescente. Thorax basi truncatus, longitudine duplo latior, antrorsum modice angustatus, apice emarginatus, angulis deflexis, supra æqualiter convexus, lævis, lateribus profunde bistriatus, stria exteriori basin non attingente, apice introrsum flexa, interiore cum stria apicali conjuncta. Scutellum exiguum, triangulare, læve. Elytra cum thorace conjunctim subæqualiter et modice rotundato-ampliata eoque duplo longiora, basi conjunctim, apice singulatim et oblique subtruncata, supra in disco interiore lævia, externe strii quatuor sublævibus profunde impressis, extrema adjacenti approximata, antice abbreviata, reliquis integris. Pygidium obtusum, sat crebre et profunde punctatum, area in medio apicis segmenti basalis lævi. Corpus subtus convexum, medio longitudinaliter læve, lateribus inæqualiter punctatum. Pedes robusti, compressi, tibiis dilatatis, quatuor posterioribus spinulosis, anticis valide tridentatis, inferne rugoso-punctatis.

FHS.

583. *HISTER obesus* (BHN.): brevis, ater, nitidus, capite thoraceque lævibus, hoc utrinque bistriato, elytris 6-striatis, striis tribus internis antice abbreviatis, prima arcuata, ultra medium dorsi extensa, secunda haud medium attingente, tertia fere ad basin producta; tibiis anticis tridentatis, lævibus. Long. 6, lat. $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Totus ater, nitidus. Caput transversum, antice utrinque bisinuatam, læve, stria frontali distincta. Clypeus parvus, medio leviter impressus. Antennæ breviusculæ, clava subrotundata, fusco-holosericea. Thorax basi truncatus ibique longitudine plus duplo latior, antrorsum angustatus, apice late emarginatus, angulis deflexis, supra convexus, striis duabus ad latera utrinque integris, profunde impressis, interiore cum linea transversa intrapicali conjuncta, summo margine baseos seriatim punctato, superficie reliqua lævi. Scutellum triangulare, læve. Elytra cum thorace conjunctim æqualiter rotundato-ampliata eoque vix duplo longiora, basi truncata, apice singulatim obtuse subrotundata, supra modice convexa, 6-striata, striis punctatis, sat profundis, suturali longe ultra medium dorsi producta, arcuata, sinu ad suturam vergente, secunda vix dimidii illius longitudine, tertia fere ad basin extensa, reliquis subintegris; striæ terminalis solitæ vix rudimenta observantur; fossula inframarginalis bistriata, punctata. Pygidium convexum, remote punctatum. Corpus subtus medio læve, lateribus rugoso-punctatum. Pedes robusti, compressi, tibiis dilatatis, posterioribus multispinosis, anticis dentibus tribus, apicali medioque validissimis, armatis, inferne lævibus. FHS.

584. *HISTER tumidus* (BHN.): brevis, ater, nitidus, clava antennarum ferruginea, capite thoraceque subtilissime punctulatis, hoc stria laterali integra, adjecta striola juxta angulum anticum utrinque; elytris 7-striatis, striis

subpunctatis, suturali longe ultra medium dorsi producta, ei proxima vix medium attingente, extima brevissima; tibiis anticis tridentatis, læviusculis. Long. 4—4½, lat. 3—3½ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariæ superioribus.

Supra et subtus ater, nitidus. Caput transversim subovale, læve, stria frontali integra; clypeus minutus, transversus; mandibulæ vix capitis longitudine, arcuatæ, intus dentatæ. Antennæ breviusculæ, clava subrotundata, rufescente. Thorax longitudine media duplo latior, antice latitudine baseos fere dimidio angustior, basi truncatus, apice emarginatus, angulis anticis deflexis, supra æqualiter convexus, lævis, stria laterali unica integra, cum linea intraapicali connexa, intra angulos anticos præterea striola utrinque, longe ante medium laterum abbreviata. Scutellum triangulare, læve. Elytra basi truncata ibique thoracis latitudine, ante medium nonnihil ampliata, versus apicem iterum angustata, postice singulatim obtuse rotundata, thorace vix duplo longiora; supra modice convexa, striis septem subpunctatis insculpta, suturali nonnihil arcuata, ultra medium dorsi producta, ei proxima vix medium attingente, tertia fere ad basin extensa, 4—6 subintegris, terminali brevissima, prope apicem sita, nonnumquam oblitterata, interstitiis lævibus; fossula infra-marginalis vadosa, tristriata, punctulata. Pygidium convexum, subremote punctatum. Corpus subtus convexum, lateribus punctatum, medio læve, sterno compresso, ad os prominente. Pedes robusti, compressi, tibiis posterioribus multispinosis, anticis tridentatis, inferne læviusculis.

FHS.

585. *HISTER cyanescens*: ovalis, subdepressus, subtus niger, supra cæruleus, antennis tarsisque ferrugineis; fronte impressa; thorace distincte at remote punctato, absque striis;

striis; elytris 7-striatis, striis punctatis, suturali ultra medium dorsi producta, secunda pone medium tertiaque in medio abbreviatis, 4—6 integris, septima in ipso latere sita, ad medium extensa; pygidio remote punctato; tibiis anticis dentibus tribus vel quatuor, intermediis denticulis duobus posticisque spinula solitaria armatis. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

ERICHSON: Klug Jahrb. I, 155. 72.

Habitat in Caffraria tota.

FHS.

586. *HISTER cyanipennis* (BHN.): sublinearis, subtus niger, antennarum apice tarsisque ferrugineis, thorace nigro-æneo, lateribus punctato, haud striato; elytris cæruleis, striis septem punctulatis insculptis, suturali longe ultra medium dorsi producta, ei proxima medio abbreviata, reliquis subintegris; pygidio profunde et sat crebre punctato; tibiis omnibus quadridentatis. Long. 4, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Caput subtransversum, antice utrinque sinuatum, subtilissime punctulatum, nigrum, nitidum, versus apicem æneo-tinctum, fronte obsolete impressa, stria semicirculari solita integra, introrsum utrinque ramulum tenuem emittente; clypeus transversim sublinearis, piceus. Antennæ capite paullo longiores, basi obscuræ, clava breviter ovata, ferruginea. Thorax longitudine dimidio latior, a basi ultra medium sublinearis, dein cito angustatus, apice sat profunde emarginatus, angulis deflexis, postice fere truncatus, vel medio tantum levissime productus, supra æqualiter et modice convexus, obscure æneus, nitidus, limbo antico et laterali distincte at minus crebre punctato, disco posteriore lævi. Scutellum oblongo-triangulari, æneum, læve. Elytra thoraci arcte applicata ejusque latitudine, a basi longe ultra medium sublinearia,

postice subtruncata, angulis tamen rotundatis, thorace fere duplo longiora, supra parum convexa, cærulea, nitida, striis septem punctulatis insculpta, suturali longe ultra medium dorsi producta, ei adjacente medio abbreviata, reliquis subintegris, striis præterea duabus infra-marginalibus punctulatis adjectis. Pygidium obtusum, obscure æneum, sat crebre et profunde punctatum, ipso apice lævi. Corpus subtus nigrum, medio læve, lateribus punctatum, sterno versus os producto, apice rotundato, punctato. Pedes validiusculi, subcompressi, piceï, tarsis dilutioribus, tibiis omnibus externe quadridentatis.

FHS.

587. PLACODES (ERICH.) *caffer*: ater, subnitidus, capite linea flexuosa, integra; thorace sublævi vel subtilissime tantum coriaceo, stria laterali utrinque profunda, integra, antice introrsum uncinata; elytris apice punctatis, alibi sublævibus, striis duabus interioribus exoletis, tertiæ rudimento tantum apicali conspicuo, quarta quintaque subintegris, sexta antice in medio abbreviata, terminali versus apicem oblitterata; tibiis quatuor posterioribus irregulariter denticulatis, anticis insigniter dilatatis, valide bidentatis. Long. 14, lat. 9 millim.

ERICHSON: Klug Jahrb. I, 105. 1.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis

FHS.

588. SAPRINUS (ERICH.) *splendens*: breviter ovalis, æneus, capite oblongo, punctato, stria frontali integra; thorace ad latera rude punctato, in dorso sublævi; elytris cæruleis vel cæruleo-ænescentibus, striis discoidalibus quinque, omnibus postice, prima et penultima etiam antice abbreviatis, superficie omni, præter discum anteriorem anticum, sat crebre punctata, interstitio tertio a sutura antice strigoso; tibiis anticis 6-dentatis. Long. 6—9, lat. $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$ millim.

Hister id. PAYKULL: Mon. Hist. 53. 39. T. IV, f. 7.

Saprinus id. ERICHSON: Klug Jahrb. I, 178. 13.

Habitat in Caffraria tota.

FHS.

589. *SAPRINUS bicolor*: brevis, obscure æneus, elytris cæruleis, antennarum clava flavescente aut fusco-brunnea, capite punctulato, linea frontali tenui, integra, ad verticem utrinque continuata; thorace lateribus punctato, medio sublævi, intra apicem utrinque foveola impressa, stria marginali apicis laterumque integra; elytris in disco communi antico lateribusque subtilissime punctulatis, alibi crebre strigosis punctatisque, striis dorsalibus sex distinctis; suturali integra, reliquis obliquis, postice abbreviatis, intima cum suturali arcuatim conjuncta; pygidio punctatissimo; pedibus piceis, tibiis anticis multidenticulatis. Long. $3\frac{1}{2}$ —5, lat. 3—4 millim.

Hister id. PAYKULL: Mon. Hist. 64. 48. T. V, f. 8.

Saprinus id. ERICHSON: Klug. Jahrb. I, 184. 30.

Habitat in terra Natalensi et in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

FHS.

590. *SAPRINUS cupreus*: brevissime ovalis, obscure æneus, capite thoraceque punctatis, hoc postice medio lævi, intra apicem utrinque foveola impressa; elytris postice lateribusque punctatissimis, area communi baseos lævi, dorso externe striis quinque obliquis, postice abbreviatis, intima antice cum stria suturali integra arcuatim conjuncta, interstitiis duobus extimis antice strigosis; pygidio punctatissimo; pedibus piceis, tibiis anticis multidentatis; antennarum clava ferruginea. Long. $2\frac{1}{4}$ — $2\frac{3}{4}$, lat. 2— $2\frac{1}{4}$ millim.

ERICHSON: Klug Jahrb. I, 182. 27.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

FHS.

591. *SAPRINUS areolatus* (BHN.): breviter subovalis, obscure æneus, capite thoraceque punctatis, hoc intra apicem foveola utrinque impresso; elytris ultra medium creberrime strigoso-punctatis, areola communi baseos lævi, striis quinque obliquis, postice abbreviatis, intima cum stria suturali connexa; pedibus piceo-nigris, tibiis anticis sex-dentatis; clava antennarum fusca. Long. $3\frac{1}{4}$ — $3\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{4}$ — $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Caput deflexum, nigro-æneum, nitidum, creberrime punctatum, antice coarctatum; antennæ breviusculæ, scapo nigro, funiculo piceo-ferrugineo, clava globosa, fusca. Thorax basi longitudine duplo latior, antrorsum angustatus, basi leviter bisinuatus, apice emarginatus, angulis rotundatis; supra modice convexus, obscure æneus, nitidus, intra apicem utrinque foveola insculptus, antice lateribusque nec non in ipso margine baseos crebrius, in disco postico remotius et subtilius punctatus. Scutellum minutissimum, triangulare, concolor. Elytra thorace duplo longiora eique arcte applicata, ad basin nonnihil ampliata, mox vero iterum angustata, apice subtruncata, angulis exterioribus tamen rotundatis; supra modice convexa, obscure ænea, nitida, striis quatuor dorsalibus a basi paullo ultra medium oblique extensis, intima antice cum stria suturali integra arcuatim connexa, adjecta in dorso externe striola utrinque abbreviata, lateribus præterea punctulatis utrinque stria tenui integra impressis; superficie reliqua confertissime strigoso-punctata, excepta areola communi baseos sublævi, striam suturali proximam vix excedente. Pygidium obtusum, fusco-æneum, creberrime punctatum. Corpus subtus nigro-æneum, medio parce et tenuiter, lateribus crebrius et profundius punctatum. Pedes compressi, piceo-nigri, tibiis anticis sex-dentatis.

FHS.

592. *SAPRINUS natalensis* (BHN.): brevissime subovalis, obscure æneus, capite nigro, thorace elytrisque cupreo-tinctis, illo antice lateribusque punctato, intra apicem utrinque foveola impressa, his punctatissimis, area communi baseos lævi, dorso striis quinque obliquis, postice abbreviatis, intima antice cum stria suturali connexa, interstitiis exterioribus antice strigosis; clava antennarum pedibusque ferrugineis, tibiis anticis multidentatis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{8}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

S. cupreo simillimus, tamen distinctus videtur. Caput antice coarctatum, nigrum, nitidum, crebre punctatum. Antennæ breviusculæ, ferrugineæ, basi piceæ. Thorax basi longitudine media duplo latior, antrorsum sensim angustatus, basi leviter bisinuatus, antice emarginatus, angulis rotundatis, supra modice convexus, foveola intra apicem utrinque impressus, cupreo-æneus, nitidus, limbo laterali et antico nec non ipso margine baseos crebrius, disco postico parcius punctatis. Scutellum minutissimum, triangulare, concolor. Elytra thoraci arcte applicata, cum eo conjunctim æqualiter rotundato-ampliata, postice subtruncata, angulis exterioribus tamen rotundatis, thorace duplo longiora; supra parum convexa, cupreo-ænea, nitida, striis quatuor dorsalibus a basi ultra medium oblique extensis, intima antice cum stria suturali integra arcuatim conjuncta, adjectis utrinque striola discoidali, nec basin nec apicem attingente, nec non in ipsis lateribus utrinque stria tenui, integra, superficie dorsi confertissime punctata, relicta area communi baseos lævi, dimidium longitudinis elytrorum occupante et ad striam quartam a sutura extensa. Pygidium obtusum, nigro-æneum, confertissime punctatum. Corpus subtus obscure æneum, nitidum, medio parcius, lateribus crebrius punctatum. Pedes compressi; ferruginei, tibiis anticis multidentatis.

FHS.

593. *SAPRINUS amœnulus* (BHN.): ovalis, æneo-virescens, nitidus, elytris plaga sanguinea notatis, antennarum apice pedibusque fusco-ferrugineis; thorace antice lateribusque punctato, fovea intra angulos anticos utrinque distinctiore; elytris apice interne punctatis, præter striam suturalem integram striis quatuor abbreviatis insculptis, suturali proxima cum illa connexa, superficie reliqua sublævi; tibiis anticis 5-dentatis. Long. $2\frac{3}{4}$, lat. 2 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput deflexum, punctulatum, æneum, nitidum, apice nigrum, stria transversa frontali tenui, integra; antennæ breviusculæ, scapo piceo, funiculo, cum clava globosa, rufescente. Thorax basi longitudine vix duplo latior, antrorsum angustatus, basi leviter bisinuatus, apice subemarginatus, angulis deflexis, rotundatis; supra modice convexus, intra angulos anticos utrinque fovea sat distincta excavata; æneo-virescens, nitidus, in summo margine baseos, ad latera imprimisque in foveis rudius, in disco antico remotius et subtilius punctatus, disco posteriore sublævi. Scutellum minutissimum, triangulare, virescens, nitidum. Elytra antice latitudine baseos thoracis, pone humeros nonnihil ampliata, mox vero iterum versus apicem angustata, postice truncata, angulis exterioribus rotundatis, thorace fere duplo longiora, supra parum convexa, præter striam suturalem striis quatuor dorsalibus punctatis, distinctis, postice abbreviatis, insculpta, suturali proxima antice cum illa arcuatim conjuncta, reliquis basi subuncinatis; æneo-virescentia, nitida, plaga dorsali, antice extrorsum vergente, sanguinea; apice juxta suturam area triangulari punctata, superficie reliqua lævi. Pygidium convexum, æneo-virescens, nitidum, punctatum, apice sublæve. Corpus subtus valde convexum, æneo-virescens, nitidum, lateribus punctatum, medio longitudinaliter læve. Pedes compressi, fusco-ferruginei,

femoribus posterioribus æneo-tinctis, tibiis anticis 5-dentatis, reliquis spinulosis.

FHS.

594. *SAPRINUS brevisculus* (BHN.): subrotundatus, niger, nitidissimus, antennarum apice tarsisque ferrugineis, thorace æquali, parce punctato, elytris striis septem, vix punctatis, suturali cum tertia connexa, secunda et septima antice abbreviatis; interstitiis lævibus; tibiis omnibus spinulosis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput deflexum, antice coarctatum, nigrum, nitidum, vix punctatum, stria semicirculari distincta. Antennæ breviusculæ, ferrugineæ, scapo piceo. Thorax transversus, longitudine vix dimidii latitudinis posticæ, antrorsum valde angustatus, apice emarginatus, angulis deflexis, basi medio productus, utrinque oblique subtruncatus, supra æqualis, modice convexus, niger, nitidus, perparum metallicomicans, antice lateribusque remote punctatus, postico disci, præter strigam transversam punctorum intra lobum antescutellarem, sublævi. Scutellum triangulare, concolor. Elytra cum thorace conjunctim æqualiter rotundato-ampliata eique arcte applicata, postice singulatim obtuse rotundata; thorace plus duplo longiora; supra modice convexa, nigra, nitidissima, summo margine apicis rufescente, striis septem insculpta, suturali antice cum tertia arcuatim conjuncta, secunda antice medio abbreviata, septima ab apice vix ad medium producta, reliquis integris, omnibus ut etiam interstitiis lævibus. Pygidium valde convexus, apice inflexum, nigrum, nitidum, parce punctatum. Corpus subtus convexus, nigrum, nitidum, lateribus punctatum, medio lævissimum. Pedes subcompressi, picei, tarsi ferrugineis, tibiis omnibus spinulis 8—10 armatis.

FHS.

595. *TRIBALUS* (ERICH.) *picipes* (BIN.): subrotundatus, fusco-æneus, nitidus, undique subtilissime punctulatus,

thorace tenuiter marginato, intra apicem bifoveolato, elytris vix striolatis, antennarum clava flavescente, pygidio apice pedibusque obscure ferrugineis, tibiis anticis modice dilatatis, crenulatis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Caput nigro-æneum, subtilissime at crebre punctulatum, supra oculos utrinque subreflexo-marginatum. Antennæ vix longitudine thoracis, ferruginæ, clava rotundata, dilutiore. Thorax transversus, basi longitudine duplo latior, antrorsum valde angustatus, apice emarginatus, angulis subacutis, postice medio productus, utrinque oblique subtruncatus, supra modice convexus, fusco-æneus, nitidus, crebre et subtiliter punctatus, antice lateribusque tenuissime marginatus, intra margineum apicis utrinque foveola impressa. Scutellum minutissimum, triangulare. Elytra cum thorace conjunctim æqualiter rotundato-ampliata eique arcte applicata, postice truncata, angulis rotundatis, thorace fere triplo longiora, supra parum convexa, fusco-ænea, nitidissima, subtilissime et parcius quam thorax punctulata, striolarum rudimentis aliquot in dorso exteriori vix observandis. Pygidium obtusum, crebre et subtilissime punctulatum, fusco-æneum, vel violaceo-tinctum, apice plus minusve rufescente. Corpus subtus convexum, nigrum vel nigro-æneum, nitidum, undique crebre et concinne punctulatum. Pedes subtenuis, compressi, picei vel ferruginei, tibiis anticis modice dilatatis, extus tenuiter serratis.

FHS.

596. TERETRIUS (ERICHS.) *punctulatus* (BHN.): subcylindricus, niger, nitidus, punctatissimus, antennis pedibusque ferrugineis, thorace tenuiter marginato, postice medio leviter producto, elytris areola humerali lævi, absque striis, tibiis spinosis. Long. 3, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Antennis pedibusque exceptis, totus niger, nitidus. Caput deflexum, antice coarctatum, subtilissime punctulatum. Antennæ breviusculæ, ferruginæ, clava rotundata, flavescente. Thorax subquadratus, postice medio parum productus, apice leviter emarginatus, angulis deflexis, supra æqualiter, modice, convexus, antice lateribusque tenuissime marginatus, superficie tota sat crebre et distincte punctata. Scutellum vix conspicuum. Elytra latitudine thoracis, sublinearia, margine tamen laterali medio dilatato, at deflexo, antice conjunctim leviter emarginata, postice singulatim obtusissime subrotundata, thorace vix dimidio longiora, supra æqualiter convexa, undique uti thorax punctata, relicta tantum areola oblonga, juxta marginem humeralem utrinque, lævi. Pygidium convexum, subrotundatum, apice inflexum, undique punctulatum. Corpus subtus convexum, lateribus distinctius, medio subtilius et parcius punctatum. Pedes validiusculi, subcompressi, ferruginei, tibiis anticis spinulis vel denticulis 8—10, posterioribus 5—7 armatis. FHS.

597. *ABRÆUS* (LEACH) *setulosus* (BHN.): subrotundatus, ater, opacus, confertissime ruguloso-punctatus, supra setulis erectis, flavescens, obsitus, fronte impressa, thoracis lateribus tenuiter marginatis, margine crenulato, antennis pedibusque ferrugineis, tibiis tenuissime serrulatis. Long. $1\frac{2}{3}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Supra et subtus ater, opacus, undique confertissime rugoso-punctatus. Caput subtriangulare, setulis flavescens parce obsitum, fronte foveola impressa. Antennæ capite paullo longiores, basi piceæ, clava subovali, ferruginea. Thorax basi longitudine fere duplo latior, antice multo angustior, lateribus rotundatis, basi levissime productus, antice parum emarginatus, angulis acutis, subdeflexis, supra æqualiter convexus, setulis flavescens,

erectis, sat confertim obsitus, margine laterali utrinque tenuiter subcrenulato. Scutellum haud conspicuum. Elytra thoraci arcte applicata, juxta humeros nonnihil ampliata, mox iterum angustata, margine laterali inflexo, postice singulatim rotundata, thorace fere duplo longiora, supra æqualiter convexa, setulis erectis, flavescensibus, plerisque seriatim, obsita. Pygidium convexum, parce flavo-setulosum, segmento apicali valde inflexo. Corpus subtus convexum, glabrum. Pedes subtenuis, fusco-ferruginei, tibiis extus tenuissime serrulatis, anticis compresso-dilatatis.

FHS.

598. *ABRÆUS curtulus* (BHN.): subrotundatus, niger, nitidus, crebre, concinne punctatus, thoracis lateribus tenuiter marginatis, elytris striis duabus dorsalibus, obliquis, postice abbreviatis, obsoletis; antennis pedibusque ferrugineis, tibiis tenuissime serrulatis. Long. 2, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

In utraque pagina niger, nitidus, glaber. Caput deflexum, crebre, subtiliter punctatum, fronte ab insertione antennarum utrinque antrorsum oblique impressa. Antennæ capite paullo longiores, fusco-ferrugineæ, clava subovata, apice acuminata, dilutiore. Thorax basi longitudine duplo latior, antrorsum valde angustatus, lateribus rotundato-ampliatus, tenuiter marginatus, postice leviter bisinuatus, medio modice productus, apice parum emarginatus, angulis subdeflexis, supra æqualiter convexus, sat crebre et concinne punctatus. Scutellum nullum. Elytra cum thorace conjunctim æqualiter rotundato-ampliata eique arcte applicata, lateribus inflexa, apice singulatim rotundata, thorace duplo longiora, supra æqualiter convexa, uti thorax punctata, dorso externe striis duabus obliquis, pone medium abbreviatis, minus distinctis, interjacente posterius striola quoque obliqua, utrin-

que abbreviata. Pygidium obtusum, crebre et profundius punctatum, segmento apicali inflexo. Corpus subtus convexum, undique sat profunde punctatum. Pedes subtenuis, fusco-ferruginei, tibiis anticis compresso-dilatatis, omnibus extus tenuiter serrulatis.

FHS.

599. *AERÆUS misellus* (BHN.): subrotundatus, niger, nitidus, elytris fusco-castaneis, disco antico punctis majoribus sparsis, thorace tenuiter marginato, antennis pedibusque ferrugineis. Long. $1\frac{2}{3}$, lat. $1\frac{1}{3}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput perpendiculare, nigrum, punctulatum, fronte convexa. Antennæ subtenuis, ferrugineæ, scapo obscuriore, clava oblongo-ovata, griseo-pubescente. Thorax basi longitudine duplo latior, antrorsum valde angustatus, utrinque tenuiter marginatus, nonnihil rotundato-ampliatum, postice leviter bisinuatus, antice parum emarginatus, angulis deflexis, supra æqualiter convexus, confertim et concinne punctulatus, niger, nitidus. Scutellum haud conspicuum. Elytra cum thorace æqualiter rotundato-ampliata eique arcte applicata, lateribus inflexa, apice singulatinè rotundata, thorace duplo longiora, supra convexa, fusco-castanea, nitida, subtiliter punctulata, in dorso antico præterea punctis majoribus sat numerosis immixtis. Pygidium convexum, apice inflexum, crebre punctulatum, nigrum, nitidum. Corpus subtus convexum, profundius punctatum, nigrum, nitidum. Pedes subtenuis, ferruginei, tibiis anticis compresso-dilatatis, omnibus extus tenuissime serrulatis.

FHS.

600. *ONTHOPHILUS* (LEACH) *costipennis* (BHN.): subrotundatus, ater, antennarum clava flavescens; capite rugoso, medio carinato; thorace dorso rugoso-punctato, utrinque bisulcato; elytris 5-costatis, interstitiis dorsalibus seriatim punctatis; tibiis subcrenulatis, pone medium denticulo munitis. Long. 2, lat. $1\frac{1}{3}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Apice antennarum excepto, totus ater, parum nitidus. Caput deflexum, medio longitudinaliter carinatum, utrinque callosum et rugosum, parce punctatum. Antennæ breviusculæ, basi obscuræ, clava flavescente. Thorax basi longitudine duplo latior, antrorsum angustatus, postice rotundato-productus, apice leviter emarginatus, supra parum convexus, ad latera utrinque bisulcatus, interstitio margineque costas constituentibus, dorso profunde at minus crebre punctato, apice rugulis aliquot longitudinalibus elevatis. Scutellum vix observandum. Elytra thorace duplo longiora eique arcte applicata, pone humeros breviter ampliata, tum iterum angustata, margine laterali inflexo; apice subtruncata, supra modice convexa, præter suturam subelevatam costis quinque subcrenatis, a basi usque ad apicem ductis, elevatis, extima laterali, flexuosa, ante apicem cum proxima confluenta, interstitiis quatuor dorsi seriato-punctatis, punctis interstitiorum trium suturæ proximorum in duas series, quarti in unicam digestis, intermediorum majusculis, circiter 10—12 in singula serie. Pygidium obtusum, apice inflexum, undique rugoso-punctatum. Corpus subtus modice convexum, medio læviusculum, limbo rugoso-punctato. Pedes subtenuis, piceo-nigri, tibiis extus medio nonnihil dilatatis, subcrenulatis, denticulo unico pone medium distinctiore.

FHS.

601. DENDROPHILUS (LEACH) *delicatulus* (BHN.): breviter ovalis, niger, nitidus, capite thoraceque punctulatis; elytris 9-striatis, striis duabus intimis approximatis, antice evanescentibus, reliquis integris, 3—8 dorsalibus, æqualiter arcuatis, nona laterali; antennis ferrugineis; pedibus piceis, tibiis dilatatis, anticis medio subserrulatis. Long. $1\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Supra et subtus niger, nitidus. Caput transversum, punctulatum, fronte antice linea elevata, semicirculari, terminata. Antennæ breviusculæ, ferrugineæ, basi obscuriores. Thorax basi longitudine duplo latior, antrorsum angustatus, apice parum emarginatus, angulis subacuminatis, deflexis; postice obtuse rotundato-productus, supra parum convexus, subtiliter punctulatus, lateribus tenuiter marginatis. Scutellum minutissimum, punctiforme. Elytra basi conjunctim emarginata ibique latitudine baseos thoracis ante medium leviter rotundato-ampliata, versus apicem iterum angustata, postice truncata, thorace fere triplo longiora, supra modice convexa, striis novem punctulatis insculpta, duabus juxta suturam approximatis, basin non attingentibus, reliquis integris, 3—8 dorsalibus, æqualiter arcuatis, nona in ipso latere utrinque, ante medium flexa, interstitiis lævibus. Pygidium fere perpendiculare, rotundatum, sublæve. Corpus subtus modice convexus, medio læve, lateribus punctatum. Pedes mediocres, picei, tibiis dilatatis, compressis, anticis extus versus apicem denticulis aliquot obsoletioribus munitis.

FHS.

602. *DENDROPHILUS minutus* (BHN.): ovalis, niger, nitidus, capite thoraceque punctulatis, elytris dorso 6-striatis, stria suturali antice evanescente, reliquis distinctioribus, integris, punctatis, antice introrsum flexis, margine laterali inflexo, stria crenata insculpto; antennis pedibusque ferrugineis, clava illarum flavescente, tibiis anticis dilatatis, extus bidentatis, quatuor posterioribus bispinosis. Long. 2, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Antennis pedibusque exceptis, totus niger, nitidissimus. Caput subtriangulare, depressum, crebre et subtilissime punctulatum, fronte tenuissime marginata. Antennæ capite paullo longiores, ferrugineæ, clava flavescente. Thorax basi longitudine duplo latior ibique ob-

tuse rotundato-productus, antrorsum modice angustatus, lateribus tenuiter marginatis, angulis anticis acuminatis; supra parum convexus, subtilissime et confertim punctulatus, ad latera punctis distinctioribus passim immixtis. Scutellum minutissimum, punctiforme. Elytra basi latitudine thoracis eique arcte applicata, ad basin nonnihil ampliata, mox vero iterum leviter angustata, thorace plus duplo longiora, apice truncata, angulis exterioribus rotundatis; supra parum convexa, striis sex dorsalibus, punctatis, insculpta, suturali antice abbreviata, reliquis integris, antice introrsum flexis, interstitiis punctulatis; in ipso margine inflexo præterea stria subrenata, integra, impressa, adjacentibus superne striis duabus tenuibus, impunctatis, obsoletioribus. Pygidium basi deflexum, punctatum, segmento apicali subinflexo, rotundato, læviusculo. Corpus subtus modice convexus, medio sublæve, lateribus ruguloso-punctatum. Pedes mediocres, ferruginei, tibiis anticis compresso-dilatatis, extus bidentatis, quatuor posterioribus spinulis binis distinctioribus munitis, una in medio, altera apice.

FHS.

603. *PAROMALUS* (ERICHs.) *exiguus* (BHN.): ovalis, depressus, niger, nitidus, vage punctulatus, antennarum capitulo flavescente, thoracis lateribus marginatis; elytris stria inframarginali, absque striis dorsalibus; pedibus ferrugineis, tibiis anticis tri-denticulatis, intermediis bispinosis. Long. $1\frac{3}{4}$ —2, 1— $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Antennis pedibusque exceptis, totus niger, nitidissimus. Caput transversum, punctulatum, fronte antice marginata. Antennæ breviusculæ, basi piceæ, capitulo flavescente. Thorax basi truncatus, longitudine fere duplo latior, antice nonnihil angustatus, angulis prominulis, subacuminatis, lateribus tenuiter marginatis; supra depressus, undique vage punctulatus. Scutellum deest. Elytra tho-

race plus duplo longiora, antice latitudine ejus baseos, versus apicem nonnihil angustata, margine laterali inflexo; basi apiceque subtruncata, angulis posticis rotundatis, supra depressa, undique vage punctulata, juxta marginem lateralem inferne stria tenui, arcuata, insculpta. Pygidium obtuse rotundatum, basi punctulatum, apice læviusculum. Corpus subtus parum convexum, vage punctulatum. Pedes mediocres, ferruginei, tibiis anticis lunato-dilatatis, extus versus apicem denticulis tribus, interdum obsoletis, munitis, intermediis parum dilatatis, spinulis binis armatis, posticis simplicibus, muticis.

FHS.

604. PLATYSOMA (LEACH) *chalybeum* (BHN.): subdepressum, oblongo-quadratum, cæruleo-violaceum, mandibulis supra scutelloque nigris, antennis apice ferrugineis, fronte impressa, thorace medio subtiliter, versus latera profundius punctato, elytris supra striis septem insculptis, suturali et terminali circa medium dorsi abbreviatis, suturali proxima mox evanescente, tibiis quatuor anterioribus dentibus 5, posticis 3 armatis. Long. $5\frac{1}{2}$ —6, lat. $3\frac{1}{4}$ — $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput subdeflexum, antice subcoarctatum, marginatum, subtilissime punctulatum, fronte distincte impressa; mandibulæ validiusculæ, arcuatæ, nigræ, lateribus cæruleo-tinctis. Antennæ thorace breviores, ferrugineæ, scapo cæruleo. Thorax transversus, longitudine duplo latior, a medio antrorsum nonnihil angustatus, basi levissime bisinuatus, apice emarginatus, angulis subprominulis, lateribus marginatis; supra parum convexus, cæruleus, interdum violaceo-tinctus, disco subtilissime, versus latera profundius, parcius, punctatus. Scutellum triangulare, nigrum, læve. Elytra sublinearia, thorace duplo longiora, sed vix latiora, eique arcte applicata, apice truncata, angulis tamen suturalibus et exterioribus rotundatis; supra sub-

depressa, cærulea vel subviolacea, striis septem punctatis insculpta, suturali et terminali ab apice vix ultra medium dorsi productis, secunda a sutura juxta apicem inchoata, mox evanescente, reliquis subintegris, interstitiis vix nisi apice punctulatis, margine laterali inflexo præterea striis duabus punctulatis, apice confluentibus, insculpto. Pygidium sat amplum, apice rotundatum, cæruleum, sæpe æneo-tinctum, crebre punctatum, summo apice lævi. Corpus subtus modice convexum, cæruleum vel subviolaceum, lateribus thoracis pectorisque obscurioribus, medio sublæve, ad latera, præsertim baseos pectoris abdominisque, sat rude punctatum. Pedes robusti, picei, antici postice, reliqui antice cæruleo-tincti, tibiis compressis, quatuor anterioribus dentibus 5, posticis tantum 3 armatis.

FHS.

605. *PLATYSOMA sculptum* (BHN.): subdepressum, nigrum, nitidissimum, capitulo antennarum flavo, fronte impressa, stria transversa, flexuosa, terminata; thoracis dorso fere lævi, lateribus distinctius punctatis, elytris striis dorsalibus sex, duabus suturæ proximis antice posticeque oblitteratis, pedibus piceo-ferrugineis, tibiis anticis dentibus 5, posterioribus 3 armatis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Antennis pedibusque exceptis, totum nigrum, nitidissimum. Caput antice coarctatum, undique punctulatum, vertice subdeplanato, fronte impressa, stria flexuosa terminata. Antennæ breviusculæ, ferrugineæ, capitulo flavo. Thorax basi longitudine media duplo latior, antorsum angustatus, apice sat profunde emarginatus, angulis subacuminatis, deflexis, postice medio leviter productus; supra parum convexus, dorso fere lævis, lateribus evidentius at minus crebre punctatus, stria marginali laterum

laterum utrinque, cum linea tenuissima intraapicali con-
nexa, integra. Scutellum triangulare, læve. Elytra basi
latitudine thoracis, conjunctim leviter emarginata, prope
basin nonnihil ampliata, ante medium iterum versus api-
cem leviter angustata, postice subtruncata, thorace duplo
longiora, supra parum convexa, striis sex dorsalibus, ob-
solete punctatis, inſculpta, suturali eique proxima ante
medium subevanescentibus, postice quoque nonnihil ab-
breviatis, reliquis integris; lateribus ante medium sub-
impressis ibique sulculo obliquo inſculptis, margine late-
rali præterea, ante medium inflexo, utrinque striis duabus
arcuatis notato. Pygidium apice convexum et rotundatum,
undique profunde punctatum. Corpus subtus medio læve,
limbo evidenter punctato. Pedes mediocres, compressi,
piceo-ferruginei, tibiis dilatatis, extus dentibus anticis 5,
intermediis posticisque 3, armatis.

FHS.

606. *PLATYSOMA capense*: oblongo-subquadratum, depres-
sum, nigrum, nitidissimum, antennarum capitulo flavo,
fronte impressa, stria transversa, flexuosa, terminata;
thoracis lateribus evidenter dorso obsoletius punctatis;
elytris striis dorsalibus sex, suturali obsoleta vel rudi-
menta ante apicem modo præbente, ei proxima ab
apice vix ultra medium dorsi producta, tertia a sutura
basin haud plane attingente; pedibus piceis, tibiis qua-
tuor anterioribus dentibus 4, posticis 3, armatis. Long.
 $3\frac{1}{2}$ —4, lat. 2— $2\frac{1}{3}$ millim.

Hololepta id. WIEDEMAN: Germ. Mag. IV, 127. 32.

Platysoma id. ERICHSON: Klug. Jahrb. I, 108. 2.

Habitat in terra Natalensi.

FHS.

607. *HOLOLEPTA* (PAYKULL) *caffra*: depressa, nigra, ni-
tida, antennis concoloribus, fronte utrinque striola ar-
cuata inſculpta, thorace lateribus unistriato, rugoso-

punctato, dorso lævi; elytris interne lævibus, externe striis duabus interruptis, vel interiore tantum integra, lateribus medio impressis, margine reflexo; pygidio basi in medio lævi, lateribus nec non segmento toto apicali rude punctatis; tibiis tri-dentatis. Long. 11, lat. 6 millim.

ERICSSON: Klug Jahrb. I, 94. 10.

Habitat in terra Natalensi.

Figs.

608. HOLOLEPTA *glabra* (BHN.): depressissima, nigra, nitida, antennis ferrugineis, fronte lævi; thorace antice utrinque marginato, strigis punctorum obsoletiorum in medio baseos lateribusque; elytris striolis duabus humeralibus obliquis; pygidio segmento primo horizontali, apice utrinque punctulato, basi stria marginali utrinque; tibiis anterioribus dentibus 4, posticis 3 armatis. Long. 6, lat. 2 $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis superioribus.

Antennis tarsisque exceptis, tota nigra, nitidissima. Caput subtransversum, fere planum, antice leviter impressum, utrinque supra antennis emarginatum, læve; maxillæ exsertæ, capitis longitudine, modice arcuatæ, acuminatæ. Antennæ capite longiores, ferrugineæ, clava flavosericea. Thorax postice longitudine fere duplo latior, basi medio subtruncatus, ante angulos posticos rotundatos ultra medium linearis, tunc cito angustatus, apice distincte emarginatus, angulis prominulis; supra valde depressus, lateribus non nisi antice marginatis, punctis aliquot ante scutellum strigisque punctorum ad latera utrinque sat obsoletis, notatus, alibi lævissimus. Scutellum minutissimum, punctiforme. Elytra latitudine thoracis, eodemque interne vix longiora, sublinearia, basi fere truncata, apice conjunctim triangulariter sinuata, angulis posticis subrotundatis; supra valde depressa, præter striolas duas intra humeros utrinque, obliquas, mox abbre-

viatas, atque sulculum in ipso latere utrinque, lævissima. Pygidium amplum, segmento basali plano, utrinque stria marginali, pone medium abbreviata, inculpto, limbo postico punctis sparsis obsito, superficie reliqua lævi, segmento apicali brevissimo, inflexo, sublævi. Corpus subtus valde depressum, læve, pectoris ventrisque lateribus tantum ad basin punctatis. Pedes brevissimi, at robusti, tibiis anticis et intermediis singulis dentibus quatuor, posticis tantum tribus munitis, tarsis fusco-ferrugineis.

FHS.

Fam. XX. SCAPHIDILIA.

609. SCAPHIDIUM (OLIV.) *impictum*: subovatum, paullo convexum, nigrum, nitidum, glabrum; antennis ultra medium tarsisque ferrugineis; prothorace triangulari, subremote punctulato, postice stria transversa, arcuata, profunde punctata impresso; elytris remote, subseriatim punctatis, basi serie transversa, seriebus duabus disci apiceque profunde punctatis. Long. 5, lat. 2½ millim.

Habitat in regione fluvii Gariëpis.

Scaphio immaculato colore similis, sed dimidio minus. Caput oblongum, nigrum, nitidum, obsolete punctulatum; oculis ovatis, parum convexis, brunneis. Antennæ tenues, parce pilosæ, ferrugineæ, articulis 5 ultimis crassioribus, nigro-fuscis. Prothorax subtriangularis, latitudine haud brevior, niger, nitidus, glaber, supra modice convexus, parum profunde, remote punctulatus, intra basin stria profunda, transversa, medio retrorsum nonnihil arcuata, profunde punctata impressus, apice truncatus, capite parum latior, lateribus tenuiter marginatis, ab apice ad basin oblique ampliatis; postice utrinque sinuatus, lobo medio modice producto, apice rotundato, angulis retrorsum

non prominulis, fere rectis. Scutellum parvum, triangulare, nigrum, nitidum, sublaeve. Elytra prothorace vix dimidio longiora et basi ejus haud latiora, nigra, nitida, supra paullo convexa, remote, subseriatim, ad apicem profundius, vage punctulata, stria suturali profunda, prope basin extrorsum flexa et continuata, ibique punctata, seriebus duabus disci antice evidentius punctatis; basi singulatim leviter rotundato-producta; humeris non elevatis, rotundatis; mox pone basin nonnihil ampliata, infra medium apicem versus nonnihil angustata, apice ipso singulatim introrsum oblique truncata, angulis exterioribus rotundatis. Corpus nigrum, nitidum, obsolete punctulatum. Pedes longi, tenues, nigri, nitidi; tibiis rectis; tarsis elongatis, ferrugineis.

BHN.

610. *SCAPHISOMA agaricinum*: ovatum, paullo convexum, nigrum, nitidum; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis, illis articulo 8:o minimo; elytris evidenter, sat crebre punctulatis, apice testaceo-marginatis. Long. $1\frac{3}{4}$, lat. 1 millim.

Scaphidium agaricinum FABR. Syst. El. II, 576. 4. — ERICH. Ins. Deutschl. III, 9. 1.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

611. *SCAPHISOMA hybridum*: ovatum, paullo convexum, nigrum, nitidum; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis, illis articulo 8:o minimo; elytris obsolete, minus crebre punctulatis, apice rufo-testaceis. Long. 2, lat. $1\frac{1}{6}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura et similitudo *S. agaricini*, nonnihil majus; elytris apice late rufo-testaceis, ab illo distinctum. Caput oblongum, nigrum, nitidum, supra paullo convexum, subtilissime, crebre punctulatum; labro ferrugineo; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis,

glaucis. Antennæ tenues, flavo-testaceæ, pubescentes, articulo 7, 9, 10 et 11 longioribus, crassioribus, 8:o minimo, antecedenti dimidio brevior. Prothorax latitudine vix dimidio brevior, niger, nitidus, supra convexus, vix vel obsoletissime punctulatus, antice truncatus, capite vix latior, lateribus tenuiter marginatis, versus basin oblique ampliatis; postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio retrorsum producto, apice rotundato, angulis fere rectis. Scutellum nullum. Elytra prothorace vix dimidio longiora et basi ejus haud latiora, antice singulatim subtruncata, mox pone basin nonnihil ampliata, infra medium apicem versus sensim angustata, apice conjunctim truncata; supra paullo convexa, subtiliter, minus crebre punctulata, prope suturam stria tenui impressa; nigra, nitida, apice semper late lateribusque interdum rufo-testacea. Corpus subtus nigrum, nitidum, subtiliter punctulatum; abdomine apice ferrugineo. Pedes rufo-testacei, nitidi.

BHN.

Fam. XXI. NITIDULARIÆ.

612. BRACHYPTERUS (KUGELL.) *subæneus*: subquadratus, modice convexus, picco-subæneus, nitidus, cinereo-pubescent; labro, antennis pedibusque rufo-ferrugineis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris confertim, parum profunde punctato-striatis. Long. 2, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

B. gravido nonnihil minor. Caput latitudine brevius, paullo convexum, picco-subæneum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, pube longa, depressa, cinerea dense obsitum; labro palpisque rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breves, rufo-

ferruginæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, piceo-subæneus, nitidus, supra modice convexus, evidentius, crebre punctulatus, pube densa, sat longa, depressa, cinerea obsitus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum haud prominulis, rotundatis; lateribus mox pone apicem sensim rotundato-ampliatum, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio lato, retrorsum parum producto, apice truncato, angulis obtusis. Scutellum subtriangulare, æneum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-pubescentibus, apice leviter rotundatum. Elytra subquadrata, prothorace vix dimidio longiora sed basi ejus non latiora, piceo-subænea, nitida, supra paullo convexa, parum profunde, crebre punctato-striata, interstitiis angustis, sublevibus, seriatim cinereo-pubescentibus; antice subtruncata, lateribus subrecta vel in medio perparum ampliata, apice singulatim late rotundata; humeris rotundatis, callo humerali nonnihil elevato, obtuso. Corpus subtus piceo-subæneum, subtiliter, crebre punctulatum, cinereo-pubescentibus. Pedes rufo-ferruginei, obsolete punctulati, cinereo-pubescentes. BHN.

613. BRACHYPTERUS *picinus*: subquadratus, parum convexus, nigro-piceus, nitidus, fere glaber; mandibulis, palpis, antennis pedibusque rufo-testaceis; capite prothoraceque crebre, mediocriter punctatis, hoc utrinque ante basin leviter impresso; elytris sat crebre, mediocriter punctatis, singulo basi ad callum humeralem macula obsoleta, ferruginea. Long. $3\frac{1}{2}$, lat. 2 millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

B. gravido plus duplo major, minus convexus. Caput subrotundatum, paullo convexum, nigro-piceum, nitidum, mediocriter, crebre punctatum; mandibulis intus palpisque rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breves, rufo-testacæ, parce pubescentes, clava obscuriore. Prothorax latitudine brevior,

nigro-piceus, nitidus, fere glaber, extrorsum tenuiter pubescens, supra paullo convexus, mediocriter, sæt crebre punctatus, ante basin utrinque transversim leviter impressus; antice parum profunde rotundato-emarginatus, angulis obtusis; lateribus tenuiter reflexo-marginatus, mox pone apicem citius, medio paullo rotundato-amplius, basin versus perparum angustatus, postice subtruncatus, tenuiter marginatus, angulis obtusis. Scutellum breve, latum, nigro-piceum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra prothorace vix dimidio longiora sed basi ejus haud latiora, antice conjunctim vix rotundato-emarginata, humeris antrorsum non prominulis, obtusis; in medio nonnihil rotundato-ampliata, apice singulatim oblique truncata, angulis exterioribus rotundatis; supra paullo convexa, sæt crebre, mediocriter punctata, nigro-picea, nitida, singulo basi ad callum humeralem macula indeterminata, obsoleta, ferruginea. Corpus subtus nigro-piceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes rufo-testacei, obsolete punctulati, parce pubescentes.

BHN.

614. BRACHYPEPLUS (ERICHs.) *Caffer*: oblongus, depressus, piceus, nitidus, tenuiter cinereo-pubescens; labro, antennis, clava excepta, tibiis tarsisque rufo-ferrugineis; capite antice utrinque impresso prothoraceque conjunctim punctulatis; elytris seriatim, parum profunde punctatis, interstitiis leviter carinatis. Long. 4, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

Caput latitudine brevius, supra paullo convexus, nigro-piceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter cinereo-pubescens; labro palpisque rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breves, rufo-ferruginæ, parce pubescentes, clava rotundata, fusca. Prothorax latitudine dimidio brevior,

nigro-piceus, subnitidus, tenuiter griseo-pubescentis, supra parum convexus, subtiliter, crebre punctulatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis autrorsum nonnihil prominulis, subobtusis; lateribus reflexo-marginatis, obscure ferrugineis, mox pone apicem oblique ampliatis, dein rectis; postice truncatus, angulis retrorsum non prominulis, rectis. Scutellum breve, latum, nigro-piceum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter pubescens, apice subtruncatum. Elytra prothorace vix dimidio longiora et basi ejus haud latiora, nigro-picea, subnitida, tenuiter cinereo-pubescentia, basi dilutiora, supra parum convexa, seriatim, parum profunde punctata, interstitiis angustis, leviter carinatis; antice truncata, lateribus reflexo-marginata, recta, apice truncata, angulis exterioribus rotundatis; humeris fere rectangulis, supra non elevatis. Corpus nigro-piceum, subtiliter, confertim punctulatum, tenuiter cinereo-pubescentis; segmento ultimo abdominis triangulari, supra utrinque oblique longitudinaliter carinato. Pedes obsolete punctulati, parce pubescentes; femoribus piceis; tibiis tarsisque rufo-ferrugineis.

BHN.

615. BRACHYPEPLUS *deplanatus*: oblongus, depressus, niger, subopacus; labro, mandibulis, antennis basi pedibusque piceis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris longitudinaliter aciculatis. Long. 2—2½, lat. ¾—1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limponis.

Parvus. *Carpophilo hemiptero* vix longior sed angustior, parum convexus. Caput latitudine brevius, supra parum convexum, nigrum, opacum, subtiliter, crebre punctulatum, fere glabrum; labro, mandibulis palpisque piceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breviusculæ, rufo-ferrugineæ, parce pubescentes, clava rotundata, nigro-fusca. Prothorax latitudine dimidio brevior, niger, subopacus, basin versus tenuiter cinereo-

pubescens, supra fere planus, subtiliter, crebre punctulatus; antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, obtusis; lateribus tenuiter reflexis, anguste ferrugineo-marginatis, mox pone apicem nonnihil ampliatis, dein fere rectis; postice truncatus, angulis obtusis. Scutellum breve, latum, nigrum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum, apice leviter rotundatum. Elytra prothorace dimidio longiora et basi ejus non latiora, nigra, subopaca, fere glabra, supra haud convexa, subtiliter, crebre, minus regulariter, longitudinaliter aciculata, antice truncata, lateribus haud ampliata, apice truncata; humeris non prominulis, fere rectangulis. Corpus nigrum, subnitidum, sat crebre punctulatum, tenuiter cinereo-pubescens. Pedes rufo-picei, obsolete punctulati.

BHN.

616. CARPOPHILUS (LEACH) *bisignatus*: subovatus, modice convexus, niger, subnitidus, tenuiter cinereo-pubescens; pedibus rufo-ferrugineis; capite prothoraceque evidenter, confertim punctulatis; elytris crebre rugoso-punctatis, singulo pone medium prope suturam macula mediocri, rufo-testacea. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat circa fluvium Gariiep.

Statura *C. hemipteri* nonnihil major, magis convexus. Caput paullo convexus, nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breves, nigrae, parce pubescentes. Prothorax latitudine vix dimidio brevior, niger, parum nitidus, tenuiter cinereo-pubescens, supra convexus, evidentius, crebre punctulatus, ante basin utrinque impressus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis subobtusis; lateribus tenuiter reflexo-marginatus, mox pone apicem citius, medio leviter rotundato-ampliatus, postice truncatus, angulis obtusis. Scutellum breve, latum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum.

Elytra prothorace paullo longiora at basi ejus non latiora, subtiliter, crebre rugoso-punctulata, tenuiter cinereo-pubescentia, antice truncata, humeris parum elevatis, subangulatis; lateribus tenuiter reflexo-marginata, in medio parum rotundato-ampliata, supra modice convexa, nigra, parum nitida, singulo pone medium, non procul a sutura, macula mediocri, subrotunda, rufo-testacea, apice introrsum oblique truncato, angulis exterioribus rotundatis. Corpus nigrum, parum nitidum, subtiliter punctulatum, dense cinereo-sericeum. Pedes rufo-ferruginei, obsolete punctulati.

BHN.

617. *CARPOPHILUS hemipterus*: subovatus, modice convexus, niger, parum nitidus, cinereo-pubescent; antennis, prothoracis lateribus pedibusque ferrugineis; elytris mediocriter, crebre punctulatis, apice late sinuatoque et macula humerali luteis. Long. $2\frac{1}{4}$ — $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ millim.

Nitidula bimaculata. SCHN. Syn. Ins. II, 147, 58.

Carpophilus hemipterus. ERICH. Ins. Deutschl. III, 135, 2.

Habitat ad Portum Natalensem.

BHN.

618. *CARPOPHILUS fumatus*: subovatus, modice convexus, piceus, parum nitidus, cinereo-pubescent; antennis pedibusque rufo-testaceis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris rufo-testaceis, evidenter, crebre rugoso-punctatis, apice infuscatis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Var. a. rufo-piceus, elytris apice non infuscatis.

Habitat in Caffraria tota.

C. hemiptero magnitudine æqualis. Caput supra parum convexum, piceum, parum nitidum, tenuiter pubescens, subtiliter, crebre punctulatum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breves, rufo-testaceæ,

parce pubescentes, clava rotundata, fusca. Prothorax latitudine vix dimidio brevior, piceus, parum nitidus, supra modice convexus, subtiliter, crebre punctulatus, tenuiter cinereo-pubescentia, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis obtusis; lateribus tenuiter reflexo-marginatus, mox pone apicem modice, dein perparum rotundato-amplius, postice subtruncatus, angulis obtusis. Scutellum breve, latum, subtriangulare, piceum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra prothorace dimidio longiora et basi ejus non latiora, subtiliter, crebre rugoso-punctata, tenuiter cinereo-pubescentia, antice truncata, humeris parum elevatis, subangulatis; lateribus tenuiter reflexo-marginata, in medio parum rotundato-ampliata, apice singulatim introrsum oblique truncata, angulis exterioribus obtusis; supra modice convexa, rufo-testacea, parum nitida, apice plus minusve infuscata. Corpus piceum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter cinereo-pubescentia. Pedes rufo-testacei, obsolete punctulati, parce pubescentes.

BIN.

619. EPUREA (ERICHS.) *bisignata*: oblongo-quadrata, paullo convexa, rufo-testacea, subnitida, cinereo-sericea; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis, illo postice, hoc disco, piceis; elytris subtiliter, crebre punctulatis, piceis, margine antico tenuiter, callo humerali maculaque transversa pone medium rufo-testaceis. Long. $1\frac{1}{2}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

E. pygmaea brevior, vix tamen angustior. Caput breve, paullo convexum, subtiliter, crebre punctulatum, dilute piceum, nitidum; clypeo, mandibulis palpisque rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, uigris. Antennae rufo-testaceae, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antorsum nonnihil prominulis, subrectis,

lateribus tenuiter reflexo-marginatus, in medio paullo rotundato-amplius, postice truncatus, angulis subrectis; supra paullo convexus, subtiliter, crebre punctulatus, dilute piceus, nitidus, tenuiter cinereo-sericeus, extrorsum rufo-testaceo-marginatus. Scutellum subtriangulare, piceum, nitidum, obsolete punctulatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace dimidio longiora et ejus basi non latiora, antice truncata, humeris non elevatis, rectis; lateribus tenuiter reflexo-marginata, in medio haud ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra paullo convexa, subtiliter, crebre punctulata, dilute picea, nitida, tenuiter cinereo-sericea, singulo margine laterali ultra medium tenuiter, callo humerali maculaque sat magna, transversa pone medium, rufo-testaceis. Corpus subtus rufo-testaceum, subnitidum, subtilissime, crebre punctulatum. Pedes similiter colorati.

BHN.

620. NITIDULA (FABR.) *picea*: oblongo-quadrata, parum convexa, nigro-picea, subnitida, parce pallido-setulosa; antennis tarsisque ferrugineis; capite remote, inaequaliter punctato, antice utrinque impresso; prothorace subremote punctato, obsolete longitudinaliter carinato; elytris mediocriter, crebre striato-punctatis, transversim rugulosis, singulo apice oblique truncato. Long. 6—8, lat. 3—3 $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Magna. Caput latitudine brevius, nigro-piceum, nitidum, postice parcius, antice nonnihil crebrius punctatum, intra apicem utrinque sat profunde impressum; labro palpisque rufo-piceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennae ferruginae, parce pubescentes, clava magna, apice obtusa. Prothorax latitudine dimidio brevior, nigro-piceus, nitidus, setulis raris, pallidis adspersus, supra convexusculus, subremote, inaequaliter, punctatus, longitudinaliter obsolete carinatus, utrinque ad

basin tuberculo parvo instructus, antice vix rotundato-emarginatus, angulis antrorsum nonnihil prominulis, subrectis; lateribus in medio perparum rotundato-amplius, reflexus, postice truncatus, tenuiter reflexo-marginatus, angulis subrectis. Scutellum breve, nigro-piceum, nitidum, antice subtiliter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblongo-quadrata, prothorace vix duplo longiora et basi ejus non latiora, nigro-picea, subnitida, setulis raris, pallidis adpersa, supra paullo convexa, crebre, mediocriter striato-punctata, interstitiis transversim rugulosis; antice truncata, lateribus reflexo-marginata, ultra medium recta, dein apicem versus perparum angustata, apice ipso conjunctim late rotundata; humeris nonnihil prominulis, fere rectangulis. Corpus subtus nigro-piceum, nitidum, remote, pectore subtilius, abdomine evidentius punctulatum. Pedes nigro-picei, nitidi, subremote punctulati; tibiis sæpe, tarsis semper, obscure ferrugineis.

BHN.

621. SORONIA (ERICHS.) *caffra*: oblongo-quadrata, modice convexa, picea, subnitida, griseo-pubescentis; antennis tarsisque rufo-ferrugineis; prothorace confertim, mediocriter punctulato, margine laterali ferrugineo; elytris confertim, mediocriter punctulatis, longitudinaliter, tenuiter costatis, maculis parvis, rufo-testaceis adpersis; tibiis anterioribus leviter inflexis. Long. $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{2}$, lat. 3—4 millim.

Habitat circa fluvium Gariep.

S. punctatissime magnitudine æqualis, magis convexa. Caput breve, supra paullo convexum, piceum, subnitidum, confertim rugoso-punctulatum, tenuiter griseo-pubescentis; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigro-brunneis. Antennæ rufo-ferrugineæ, pubescentes, clava sæpe obscuriore. Prothorax latitudine duplo brevior, antice late rotundato-emarginatus, angulis

antrorsum prominulis, subobtusis; lateribus pone apicem sensim, medio leviter rotundato-ampliatus, postice subtruncatus, extrorsum utrinque leviter sinuatus, tenuiter reflexo-marginatus, angulis retrorsum parum prominulis, subrectis; supra modice convexus, evidenter, crebre punctulatus, piceus, subnitidus, pube depressa, grisea adpersus, extrorsum sat late ferrugineo-marginatus. Scutellum magnum, breviter triangulare, piceum, subnitidum, parce pubescens, apice dilutiore. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus non latiora, antice conjunctim subtruncata, vel leviter rotundato-emarginata, humeris non elevatis, subobtusis; lateribus longe ultra medium subrecta, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, crebre, parum profunde rugoso-punctulata, costis longitudinalibus, parum elevatis instructa, picea, parum nitida, maculis parvis, rotundis, sparsis, rufo-testaceis obsita. Corpus subtus piceum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, breviter griseo-sericeum. Pedes punctulati, picei, interdum obscure ferruginei; tibiis extrorsum crassioribus, anterioribus nonnihil inflexis; tarsis rufo-testaceis.

BHN.

622. *SORONIA tibialis*: oblongo-quadrata, paullo convexa, dilute ferruginea, parum nitida, tenuiter griseo-pubescentis; capite prothoraceque confertim punctulatis; elytris crebre rugoso-punctulatis, leviter costatis, dorso nigro-fuscis, ferrugineo-maculatis; tibiis anterioribus versus apicem valde inflexis, ampliatis. Long. 6, lat. $3\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

S. punctatissima non longior, sed nonnihil angustior. Caput breve, paullo convexum, dilute ferrugineum, parum nitidum, pubescens, crebre punctulatum, postice transversim carinatum; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ dilute ferrugineæ, parce pubescentes. Prothorax

latitudine duplo brevior, dilute ferrugineus, parum nitidus, tenuiter griseo-pubescentis, supra paullo convexus, subtiliter, crebre punctulatus, antice late et sat profunde rotundato-emarginatus, angulis antrorsum modice prominulis, apice subobtusis; lateribus mox pone apicem citius, medio paullo rotundato-ampliatus, postice in medio subtruncatus, extrorsum utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum parum productis, leviter rotundatis. Scutellum sat magnum, breviter triangulare, dilute ferrugineum, parum nitidum, crebre punctulatum. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus haud angustiora, antice conjunctim vix vel leviter tantum rotundato-producta, humeris non elevatis, subobtusis; ultra medium perparum, dein citius angustata, apice conjunctim rotundata, supra paullo convexa, confertim rugoso-punctulata, longitudinaliter leviter costata, costis longius griseo-pubescentibus; parum nitida, dorso nigro-fusca, maculis sparsis, rotundatis, dilute ferrugineis notata, lateribus margineque ferruginea. Corpus subtus dilute ferrugineum, subnitidum, confertim punctulatum, tenuiter pubescens. Pedes dilute ferruginei; tibiis anterioribus medio nonnihil incrassatis, ante apicem valde inflexis, anticis introrsum valde ampliatis, extus breviter dentatis, posticis rectis, extrorsum sensim latioribus.

BHN.

623. *SORONIA costipennis*: oblongo-quadrata, modice convexa, dilute picea, subnitida, griseo-pubescentis; antennis pedibusque rufo-ferrugineis; capite prothoraceque confertim punctulatis; clytris confertim punctulatis, evidenter costatis, crebrius ferrugineo-maculatis et variegatis; tibiis anterioribus leviter inflexis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura *S. calfrae* sed minor, aliter colorata. Caput breve, paullo convexum, rufo-piceum, parum nitidum,

confertim punctulatum, griseo-pubesces; clypeo dilutiore; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ rufo-ferrugineæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice late et sat profunde rotundato-emarginatus, angulis antrorsum modice prominulis, apice subobtusis; lateribus mox pone apicem citius, medio paullo rotundato-ampliatus, postice in medio subtruncatus, utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum paullo productis, fere rectis; piceus, subnitidus, tenuiter griseo-pubesces, supra convexiusculus, crebre punctulatus, extrorsum ferrugineo-marginatus. Scutellum sat magnum, breviter triangulare, confertim punctulatum, piceum, nitidum, parce pubescens. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus non latiora, antice conjunctim subtruncata, humeris non elevatis, obtusis; lateribus longe ultra medium recta, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, confertim punctulata, sulcata, interstitiis evidentius costatis; picea, subnitida, griseo-pubescentia, lateribus maculisque dorsalibus crebrioribus et evidentioribus, ferrugineis. Corpus subtus dilute piceum, confertim punctulatum, parce pubescens. Pedes rufo-ferruginei, obsolete punctulati; tibiis extrorsum sensim latioribus, anterioribus parum inflexis.

BIN.

624. *SORONIA exarata*: oblongo-quadrata, modice convexa, picea, subnitida, fere glabra; antennis, tibiis tarsisque ferrugineis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis, hoc ferrugineo-marginato; clytris evidenter, crebre rugoso-punctulatis, remote rufo-testaceo maculatis, leviter costatis; tibiis subrectis, anticis apice ampliatis, extus subdentatis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Magnitudo et statura *S. costipennis*, picea, fere glabra, clytris evidentius punctulatis, leviter costatis, ab illa distincta.

distincta. Caput breve, paullo convexum, piceum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, fere glabrum; clypeo dilutiore; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ rufo-ferrugineæ, parce pubescentes, clava obscura. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice late et sat profunde rotundato-emarginatus, angulis antrorsum modice prominulis, apice subobtusis; lateribus mox pone apicem citius, medio paullo rotundato-ampliatus, postice subtruncatus, utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum nonnihil productis, subacuminatis; piceus, subnitidus, fere glaber, supra convexiusculus, crebre, subtiliter punctulatus, extrorsum tenuiter ferrugineo-marginatus. Scutellum sat magnum, breviter triangulare, confertim punctulatum, piceum, nitidum. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus non latiora, antice conjunctim subtruncata, humeris non elevatis, obtusis; lateribus longe ultra medium recta, apice conjunctim rotundata, supra convexa, confertim, evidentius punctulata, parum profunde sulcata, interstitiis leviter costatis, picea, subnitida, fere glabra, dorso maculis sparsis rotundis, rufo-testaceis ornata. Corpus subtus piceum, confertim punctulatum, vix pubescens. Pedes picei, obsolete punctulati; tibiis subrectis, anticis apicem versus modice ampliatis, extrorsum subdentatis tarsisque obscure ferrugineis.

BHN.

625. *SORONIA immunda*: oblongo-ovata, paullo convexa, picea, parum nitida, cinereo-pubescens; antennis basi femoribusque, basi excepto, dilute flavo-testaceis; capite prothoraceque obsolete, crebre punctulatis, hoc lateribus dilutiore; elytris flavo-testaceis, confertim punctulatis, leviter costatis, dorso fuscis, remote, seriatim flavotestaceo-maculatis; tibiis mediis maris apice valde inflexis. Long. $6\frac{1}{2}$ —7, lat. $3\frac{1}{4}$ —4 millim.

Habitat in Caffraria meridionali.

S. punctatissima nonnihil longior et angustior. Caput breve, supra paullo convexum, crebre punctulatum, piceum, parce pubescens, antice dilutius, utrinque obsolete impressum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ flavo-testaceæ, parce pubescentes, clava fusca. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, angulis parum prominulis, subobtusis; lateribus pone apicem sensim, medio parum rotundato-ampliatum, postice truncatum, utrinque vix sinuatum, angulis retrorsum non productis, fere rectis; supra parum convexus, obsolete, crebre punctulatus, tenuiter cinereo-pubescens, marginibus explanatis, ferrugineis. Scutellum mediocre, breviter triangulare, piceum, subtiliter, crebre punctulatum, subopacum. Elytra prothorace duplo longiora et basi ejus fere angustiora, antice subtruncata, humeris non elevatis, subangulatis; lateribus ultra medium subrecta, dein apicem versus attenuata, apice ipso subacuminata, supra parum convexa, subtiliter confertim punctulata, leviter costata, costis ante apicem desinentibus, breviter subseriatim cinereo-pubescentia, flavo-testacea, subopaca, dorso plus minusve infuscata, maculis parvis, remotis, flavo-testaceis, in singulo triseriatis. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, piceum, subopacum, breviter cinereo-pubescens; abdomine apice dilutiore. Pedes fusco-ferruginei; femoribus, basi excepto, dilute flavo-testaceis; tibiis mediis maris apice valde inflexis, feminae rectis. BHN.

626. *SORONIA curvipes*: oblongo-ovata, paullo convexa, flavo-testacea, parum nitida, cinereo-pubescens; antennarum clava fusca; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris confertim, vage punctatis, leviter costatis, dorso haud infuscatis, obsolete flavotestaceo-maculatis; tibiis mediis maris apice valde inflexis. Long. $4\frac{1}{2}$ —5, lat. $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Statura et summa similitudo præcedentis, sed minor, tota flavo-testacea, elytris nonnihil evidentius punctatis, dorso vix infuscatis. Caput breve, supra paullo convexum, crebre punctulatum, flavo-testaceum, parce pubescens, utrinque obsolete impressum; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ flavo-testacæ, parce pubescentes, clava fusca. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice late, leviter rotundato-emarginatus, angulis parum prominulis, subobtusis; lateribus pone apicem sensim, medio parum rotundato-ampliatus, postice truncatus, utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum non productis, fere rectis; supra parum convexus, subtiliter, crebre punctulatus, tenuiter cinereo-pubescens, marginibus deplanatis. Scutellum mediocre, breviter triangulare, flavo-testaceum, subtiliter punctulatum, subopacum. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus fere angustiora, antice subtruncata, humeris non elevatis, subangulatis; lateribus ultra medium subrecta, dein apicem versus attenuata, apice ipso acuminata, supra parum convexa, evidentius, crebre punctulata, leviter costata, costis ante apicem desinentibus, breviter, subseriatim cinereo-pubescentia, flavo-testacea, parum nitida, dorso haud infuscata, maculis parvis, obsoletis, dilutius flavo-testaceis, triseriatis insignita. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, flavo-testaceum, subnitidum, breviter cinereo-pubescens. Pedes similiter colorati; tibiis mediis maris valde inflexis, feminae rectis.

BHN.

627. *PRIA* (STEPHENS) *cinerascens*: sub-ovata, modice convexa, flavo-testacea, subnitida, subtiliter, crebre punctulata, dense albido-pubescens; elytris apice prope suturam breviter acuminatis. Long. 2, lat. 1 millim.

Pria cinerascens ERICHS. GERM. Zeitschr. IV, 309, 3.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

628. MELIGETHES (KIRBY) *convexus*: breviter subovatus, convexus, nigro-cærulescens, nitidus, glaber, sat crebre, mediocriter punctulatus; tibiis anticis sublinearibus, pone basin apicem versus extus subtiliter, crebre serratis, posterioribus latis, extus serie e setulis crassis. Long. $2\frac{1}{3}$, lat. $1\frac{2}{3}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

M. Symphyti parum longior, sed latior, magis convexus. Caput latitudine nonnihil brevius, paullo convexum, nigro-cærulescens, nitidum, glabrum, sat crebre, mediocriter punctulatum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ nigræ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, nigro-cærulescens, nitidus, glaber, supra convexus, mediocriter, sat crebre punctulatus, antice late, leviter rotundato-emarginatus, lateribus tenuiter reflexo-marginatus, mox pone basin paullo, dein magis ampliatus, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio lato, retrorsum modice producto, apice truncato, angulis non prominulis, subrectis. Scutellum breve, latum, nigro-cæruleum, nitidum, mediocriter, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra subquadrata, convexa, prothorace vix dimidio longiora et basi ejus non latiora, nigro-cærulea, nitida, glabra, mediocriter, sat crebre punctulata, antice subtruncata, callo humerali modice elevato; lateribus tenuiter reflexo-marginata, haud angustata, apice conjunctim truncata, extrorsum utrinque leviter rotundata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes nigri, nitidi, subtiliter punctulati; tibiis anticis rectis, basi tenuioribus, infra basin usque ad apicem extus subtiliter serratis, posterioribus latis, basi apiceque nonnihil angustatis, extus serie e setulis crebris, nigris.

EHN.

629. MELIGETHES *pallipes*: breviter subovatus, modice convexus, piceus, nitidus, glaber; antennis pedibusque rufo-

testaceis; capite prothoraceque subtiliter, confertim punctulatis; elytris subtiliter, crebre rugoso-punctatis; tibiis anticis versus apicem subtiliter crenatis. Long. 2, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Var. a. supra rufo-piceus.

Habitat in tractibus fluvii Gariëpis.

Præcedente minor, angustior, minus convexus. Caput latitudine brevius, supra paullo convexum, piceum, subnitidum, glabrum, subtiliter, crebre punctulatum; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ rufo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, nigro-piceus, nitidus, glaber, supra convexus, subtiliter, crebre punctulatus, antice late, leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum modice prominulis, obtusis; lateribus tenuiter reflexo-marginatus, mox pone apicem citius, dein paullo rotundato-amplius, postice utrinque leviter sinuatus, lobo medio lato, parum producto, apice truncato, angulis subobtusis. Scutellum triangulare, nigro-piceum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum. Elytra prothorace vix dimidio longiora et basi ejus haud latiora, picea, nitida, glabra, supra modice convexa, subtiliter, confertim punctulata, transversim rugulosa, antice truncata, callo humerali parum elevato; lateribus tenuiter reflexo-marginata, mox pone basin nonnihil ampliata, dein apicem versus sensim angustata, apice singulatim late rotundata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, nitidum, glabrum. Pedes rufo-testacei, obsolete punctulati; tibiis anticis sensim ampliatis, extus versus apicem subtiliter crenatis, posterioribus latis, basi apiceque nonnihil tenuioribus. BHN.

630. *MELIGETHES amplicollis*: subovatus, paullo convexus, niger, nitidus, tenuiter cinereo-sericeus; capite prothoraceque subtiliter, confertim punctulatis, hoc amplo, elytris latiori; elytris subtiliter, transversim rugulosis;

tibus anticis extus apicem versus obsolete crenatis; tarsis rufo-testaceis. Long. $1\frac{3}{4}$, lat. 1 millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

M. pediculario parum major, minus convexus, prothorace amplo a reliquis distinctus. Caput latitudine brevius, nigro-æneum, nitidum, glabrum, subtiliter, crebre punctulatum; palpis nigris; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ nigrae, pubescentes. Prothorax latitudine nonnihil brevior, elytris lator, niger, subnitidus, tenuiter cinereo-sericeus, supra modice convexus, subtiliter, crebre punctulatus, antice leviter rotundato-emarginatus, lateribus tenuiter reflexo-marginatus, mox pone apicem sensim, medio valde rotundato-ampliatus, basin versus nonnihil angustatus, postice truncatus, angulis subrotundatis. Scutellum breve, latum, nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apice leviter rotundatum. Elytra prothorace vix dimidio longiora at ejus medio angustiora, nigra, nitida, cinereo-sericea, supra paullo convexa, subtiliter, sat crebre, transversim rugulosa, antice truncata, humeris subangulatis; callo humerali paullo elevato; lateribus ad medium recta, dein apicem versus sensim angustata, apice conjunctim late rotundata. Corpus nigrum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum. Pedes similiter colorati; tibiis anticis linearibus, extus versus apicem obsolete crenatis; tarsis rufo-testaceis.

BHN.

631. *MELIGETHES subtilis*: subovatus, paullo convexus, niger, nitidus, cinereo-sericeus, evidenter, crebre punctulatus; prothorace angustato, lateribus parum rotundato; elytris medio haud ampliatis; tibiis apice tarsisque rufo-testaceis, tibiis anticis extus apicem versus crenatis. Long. $1\frac{1}{4}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Præcedente minor, evidentius punctulatus, prothorace lateribus parum rotundato-ampliato. Caput latitudine brevius, nigrum, nitidum, confertim, evidenter punctulatum, tenuiter cinereo-sericeum; palpis nigris; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, parum nitidis. Antennæ nigræ, parce pubescentes. Prothorax latitudine brevior, niger, subnitidus, tenuiter cinereo-sericeus, supra paullo convexus, evidenter, crebre punctulatus, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum nonnihil prominulis, obtusis; lateribus tenuiter reflexo-marginatus, pone apicem sensim ampliatus, medio haud rotundatus, basi truncatus, angulis obtusis. Scutellum subtriangulare, nigrum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra prothorace dimidio longiora at ejus medio haud angustiora, nigra, subnitida, tenuiter cinereo-sericea, supra paullo convexa, evidentius, crebre punctulata, antice truncata, humeris subangulatis, callo humerali parum elevato; lateribus fere recta, in medio perparum ampliata, apice conjunctim late rotundata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, tenuiter cinereo-sericeum. Pedes nigri, punctulati; tibiis tarsisque rufotestaceis; tibiis anticis fere linearibus, extus apicem versus obsolete crenulatis.

BHN.

632. CYBOCEPHALUS (ERICHS.) *elegantulus*: rotundatus, convexus, niger, nitidus, glaber; palpis tarsisque testaceis; capite, prothoraceque antice, smaragdinis; elytris subtiliter, subremote punctulatis, apice singulatim late rotundatis. Long. 1, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

C. chlorocephalo ERICHS. affinis videtur. Patria et colore tiliarum anticarum ab illo certe distinctus. Caput magnum, latitudine multo brevius, smaragdinum, nitidum, sublæve, postice cupreo-micans; palpis testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris. Antennæ breves, capite parum

longiores, flavo-testaceæ. Prothorax latitudine duplo brevior, antice rotundatus, utrinque sinuatus, angulis productis, subobtusis; lateribus mox pone apicem rotundato-ampliatum, versus basin nonnihil angustatus, postice truncatus, angulis obtusis; supra convexus, vix punctulatus, niger, nitidus, glaber, antice late smaragdino-marginatus. Scutellum breviter triangulare, nigrum, nitidum, impunctatum. Elytra prothorace dimidio longiora at basi ejus haud latiora, nigra, nitida, glabra, supra convexa, subtiliter, subremote punctulata, antice truncata, humeris elevatis, obtuse rotundatis; lateribus subrecta, apice singulariter late rotundata. Corpus subtile nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes nigro-ænei, nitidi, subtiliter, crebre punctulati; tarsi flavo-testaceis.

BHN.

633. GYMNOCHILA (KLUG) *laticollis*: oblonga, modice convexa, nigra, squamulis albidis et ochraceis dense variegata; antennis basi, palpis tarsisque ferrugineis; prothorace lato, crebre punctato, supra longitudinaliter sulcato, lateribus valde rotundato-ampliato, postice angustato, angulis rectis; elytris mediocriter punctato-striatis, singulo infra medium macula parva, irregulari, albido-squamosa. Long. 14, lat. $5\frac{1}{4}$ millim.

Habitat circa fluvium Gariép.

Caput rotundatum, modice convexum, nigrum, parum nitidum, sat crebre, mediocriter punctatum, squamulis dilute ochraceis sat dense adpersum; palpis rufoferrugineis; oculis parvis, parum convexis, nigris. Antennæ breviusculæ, ferrugineæ, articulis tribus ultimis crassis, nigris, clavam distinctam formantibus. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice late rotundato-emarginatus, angulis antrorsum prominulis, rotundatis; lateribus mox pone apicem rotundato-ampliatum, infra medium citius rotundato-angustatus, postice truncatus, angulis rectis; supra modice convexus, niger, parum nitidus,

sat crebre, mediocriter, punctatus, squamulis dilute ochraceis dorso parce, ad latera densius obsitus, medio longitudinaliter sulcatus, utrinque prope sulcum sub-lævis. Scutellum breve, nigrum, parum nitidum, dilute ochraceo-squamulosum, apice rotundatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice truncata, humeris non elevatis, subobtusis; lateribus ultra medium recta, dein sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis interioribus latioribus, subplanis, exterioribus convexis, confertim rugosis; tota nigra, parum nitida, squamis atris, albidis et dilute ochraceis tecta et variegata, singulo disco infra medium macula parva, irregulari e squamis albidis. Corpus subtus planum, piceum, subnitidum, crebre punctulatum, dilute ochraceo-squamosum. Pedes nigro-picei, sat crebre, parum profunde punctati; tarsi rufo-ferrugineis.

BHN.

634. *GYMNOCHILA adspersa*: oblonga, modice convexa, nigra, squamulis atris, albidis et ochraceis dense variegata; antennis basi, palpis, tarsisque ferrugineis; prothorace minus lato, crebre punctato, lateribus modice rotundato-ampliato, postice angustato, angulis obtusis; supra longitudinaliter sulcato; elytris mediocriter punctato-striatis, infra medium macula parva, irregulari, albido-squamosa. Long. $8\frac{1}{4}$ —11, lat. 3— $4\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in Caffraria tota.

Statura et summa similitudo præcedentis, dimidio minor, prothorace minus lato, crebrius punctato, lateribus minus ampliato, angulis posticis obtusis, ab illa unice distincta. Caput rotundatum, modice convexum, nigrum, parum nitidum, sat crebre punctatum, squamis dilute ochraceis obsitum; palpis rufo-ferrugineis; oculis nigris. Antennæ breviusculæ, ferrugineæ, articulis tribus ultimis

crassis, nigris, clavam distinctam formantibus. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice late rotundato-emarginatus, angulis antrorsum prominulis, rotundatis; lateribus mox pone apicem minus rotundato-ampliatum, infra medium citius rotundato-angustatum, postice truncatum, angulis subobtusis; supra modice convexus, niger, parum nitidus, crebre, mediocriter punctatus, squamulis dilute ochraceis, dorso parcius, lateribus densius obsitus, medio longitudinaliter sulcatus, utrinque prope sulcum sublævis. Scutellum breve, nigrum, parum nitidum, dilute ochraceo-squamosum, apice rotundatum. Elytra omnino ut in præcedente. Corpus subtile planum, piceum, subnitidum, crebre punctulatum, dense cinereo-squamosum. Pedes nigro-picei, parce punctati et squamosi; tarsi ferrugineis.

BHN.

635. PELTIS (KUGELI.) *africana*: oblongo-quadrata, convexa, nigra, opaca, squamis ochraceis parce, antice densius obsita; antennis pedibusque ferrugineis; prothorace brevi, lato, margine laterali basi que utrinque serrato, dorso biserialiter tuberculato; elytris tenuiter punctato-striatis, multituberculatis, margine serratis. Long. $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{3}{4}$ — $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariëpis.

P. dentata minor, brevior. Caput subquadratum, supra parum convexus, nigrum, crebre punctatum, ochraceo-squamosum, antice utrinque nonnihil elevatum, leviter emarginatum, apice subtruncatum; palpis ferrugineis; oculis parvis, rotundatis, parum convexis, nigris. Antennæ ferrugineæ, pubescentes. Prothorax latitudine plus duplo brevior, niger, crebre punctatus, dense ochraceo-squamosus, antice utrinque sinuatus, angulis antrorsum prominulis, lateribus mox pone apicem citius rotundato-ampliatum, crebre sat profunde serratus, postice in medio subrotundatus, extrorsum serratus, supra modice convexus,

niger, obsolete longitudinaliter canaliculatus, seriebus duabus, singula e tuberculis quatuor constructa; marginibus late explanatis, ferrugineis. Scutellum parvum, rotundatum, nigrum, ochraceo-squamulosum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus nonnihil angustiora, nigra, subopaca, parce inæqualiter ochraceo-squamulosa, antice in medio conjunctim producta, humeris rotundatis, non elevatis; lateribus ultra medium recta, dein citius rotundato-angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, tenuiter punctato-striata, dorso tuberculis plurimis subseriatis obsita; margine sat late explanato, foveolis oblongis, transversis insculpto, extus serrato. Corpus subtus ferrugineum, subopacum, crebre punctulatum, squamis albidis sat dense obsitum. Pedes ferruginei, crebre punctulati, tenuiter pubescentes.

BHN.

Fam. XXII. CRYPTOPHAGIDÆ.

636. CRYPTOPHAGUS (HERBST) *Caffer*: oblongus, modice convexus, testaceus, subnitidus, breviter albido-setulosus; capite prothoraceque confertim punctulatis, hoc subquadrato, antice utrinque obsolete bidentato; elytris subseriatim, crebre punctatis. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Caput subrotundatum, paullo convexum, testaceum, subnitidum, crebre punctatum, setulis brevibus, albidis sat dense obsitum, utrinque ad antennas leviter impressum; oculis parvis, rotundatis, nigris, opacis. Antennæ longitudine capitis, sensim incrassatæ, testaceæ, pubescentes, articulis duobus ultimis reliquis crassioribus. Prothorax subquadratus, latitudine paullo brevior, antice truncatus, angulis rectis; lateribus tenuiter marginatis, infra medium haud ampliatis, basin versus paullo angustatis, antice

obtuse, obsolete bidentatis; basi truncatus, reflexus, angulis rectis; testaceus, subnitidus, confertim punctulatus, setulis depressis, albidis adpersus. Scutellum parvum, testaceum, crebre punctulatum, apice rotundatum. Elytra oblonga, prothorace fere triplo longiora et basi ejus dimidio latiora, humeris parum elevatis, rotundatis; lateribus recta, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, crebre subseriatim punctata, testacea, subnitida, setulis brevibus, albidis adpersa. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, parum nitidum; abdomine segmentis tribus ultimis rufo-testaceis. Pedes testacei, obsolete punctulati, tenuiter albidopubescentes.

BHN.

Fam. XXIII. BYRRHII.

637. MORYCHUS (ERICHs.) *sublavis*: ovatus, convexus, nigropiceus, parum nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, tenuiter cinereo-sericeus; capite, prothorace pedibusque rufo-ferrugineis. Long. $2\frac{1}{2}$, lat. $1\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Individuis minoribus *Simplocariæ semistriatæ* longitudine æqualis, sed angustior. Caput rotundatum, retractum, modice convexum, subtiliter, crebre punctulatum, rufo-ferrugineum, subnitidum, cinereo-sericeum; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennæ rufo-ferrugineæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis deflexis, fere rectis; lateribus oblique angustatis; postice truncatus, supra convexus, obscure ferrugineus, subnitidus, subtiliter, crebre punctulatus, tenuiter cinereo-sericeus. Scutellum triangulare, nigropiceum, subnitidum, fere læve. Elytra prothorace duplo longiora et basi ejus baud latiora, antice truncata, humeris

non elevatis; apicem versus sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, nigro-picea, subnitida, cinereo-sericea, vix vel obsoletissime punctulata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum, piceum, cinereo-sericeum. Pedes rufo-ferruginei.

BHN.

Fam. XIV. DERMESTINI.

638. DERMESTES (LINNÉ) *vulpinus*: oblongus, convexus, niger, parce cinereo-pubescentis; capite antice prothoraceque lateribus albido-villosis, subtus niveus, segmento ultimo vitta media nigra; elytris crebre, subtiliter punctulatis, apice breviter mucronatis. Long. 7—8½, lat. 3¼—4 millim.

Dermestes vulpinus. FABR. Spec. Ins. I, p. 64. 9. — Ent. Syst. I, 229. 11. — SCHOENH. Syn. Ins. II, p.

Habitat in Caffraria tota.

BHN.

639. DERMESTES *semistriatus*: oblongus, convexus, piceus, subnitidus, griseo-sericeus; antennis, pedibus corporeque subtus ferrugineis; prothorace elytrisque subtiliter, crebre punctulatis, his introrsum leviter striatis, apice rotundatis. Long. 10¼, lat. 4 millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

D. vulpino parum latior, sed longior. Caput rotundatum, paullo convexum, nigro-piceum, crebre punctulatum, dense griseo-pubescentis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennæ ferrugineæ, pubescentes. Prothorax latitudine postica brevior, supra convexus, piceus, parum nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, tenuiter griseo-sericeus, antice leviter rotundatus, lateribus anguste marginatus, mox pone apicem modice rotundato-ampliatus, postice utrinque sat profunde sinuatus; margine basali helvolo-piloso. Scutellum mediocre, piceum,

subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum, helvolo-pilosum. Elytra prothorace triplo longiora at basi ejus haud latiora, convexa, picea, subnitida, tenuiter grisco-sericea, subtiliter, sat crebre punctulata, singulo ad suturam parum profunde bi-striata, præterea pone medium strii 2 vel 3 obsoletioribus; antice singulatim leviter rotundato-producta, lateribus longe ultra medium recta, dein sensim angustata, apice conjunctim rotundata; humeris vix elevatis. Corpus subtus ferrugineum, parum nitidum, tenuiter brunneo-sericeum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes ferruginei, subtilissime, crebre punctulati, brunneo-pubescentes.

BHN.

640. TRINODES (MEGERLE) *villosus*: ovatus, subdepressus, piceus, nitidus, fusco-hirtus; labro, antennis pedibusque flavo-testaceis; elytris crebre, subtiliter punctulatis, sutura apiceque testaceis. Long. $1\frac{1}{2}$, lat. 1 millim.

Habitat in terra Natalensi.

T. hirtus simillimus; elytris crebrius punctulatis, aliter coloratis, ab illo distinctus. Caput obtusum, deflexum, supra parum convexum, piceum, nitidum, obsolete punctulatum, parce pilosum; labro palpisque flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ longitudine prothoracis, flavo-testacæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine fere duplo brevior, piceus, subnitidus, parce, ad latera densius, fusco-pilosus, supra paullo convexus, subtiliter, crebre punctulatus, antice truncatus, lateribus ab apice ad basin oblique ampliatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis fere rectis, intra basin et ad latera longitudinaliter impressus. Scutellum mediocre, triangulare, piceum, subnitidum, crebre punctulatum. Elytra ovata, paullo convexa, prothorace fere triplo longiora at basi ejus haud latiora, picea, nitida, fusco-pilosa, sutura tenuiter apiceque latius rufo-testacea, subtiliter, crebre punctulata, antice truncata, lateribus

infra medium sensim angustata, apice conjunctim rotundata; humeris rotundatis, supra elevatis. Corpus subtile piceum, nitidum, subtiliter punctulatum, tenuiter cinereo-pubescent. Pedes flavo-testacei.

BHN.

Fam. XXV. PARNIDÆ.

641. POTAMOPHILUS (GERM.) *africanus*: elongatus, modice convexus, obscure æneus, opacus, subtile albido-sericeus; antennis basi coxisque rufo-testaceis; prothorace subtilissime punctulato, antice transversim canaliculato, basi bifoveolato; elytris tenuiter, crebre punctato-striatis, apice dentatis; pedibus longis, tibiis tarsisque piceis. Long. 7—8½, lat. 2½—3 millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

P. acuminato nonnihil brevior et angustior. Caput sat magnum, rotundatum, subtilissime, crebre punctulatum, obscure æneum, opacum, utrinque ad oculos leviter impressum; palpis piceis, basi dilutioribus; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennæ capite haud longiores, fuscae, basi rufo-testaceae, extrorsum serratae; articulo primo apicem versus valde incrassato, secundo rotundato. Prothorax latitudine nonnihil brevior, obscure æneus, opacus, subtilissime, crebre punctulatus, antice truncatus, angulis fere rectis; lateribus tenuiter marginatis, sensim oblique ampliatis; postice utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum modice prominulis, acuminatis, supra paullo convexus, intra apicem canalicula transversa, sat profunda, medio introrsum nonnihil flexa, prope basin foveolis duabus parvis approximatis et utrinque canalicula tenui, brevi insculptus. Scutellum triangulare, obscure æneum, opacum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra prothorace triplo longiora at basi ejus haud latiora, obscure ænea, opaca, supra modice convexa,

tenuiter, crebre punctato-striata, interstitiis subtilissime, confertim punctulatis; antice singulatim leviter rotundato-producta, pone basin obsolete impressa, humeris elevatis, rotundatis; lateribus fere recta, singulo apice dente sat magno, acuto instructo. Corpus subtus obscure æneum, albido-sericeum; segmentis abdominis apice tenuiter testaceo-marginatis, ultimo apice emarginato. Pedes elongati; femoribus obscure æneis, coxis rufo-testaceis; tibiis tarsisque piceis, illis rectis, intermediis nitidis.

BIN.

Fam. XXVI. HYDROPHILIDÆ.

642. HELOPHORUS (ILLIG.) *sculpturatus*: oblongo-ovatus, convexus, flavo-testaceus, parum nitidus; capite nigro, quadrituberculato, antice utrinque impresso, breviter carinato; prothorace inæquali, punctato, quinque-carinato; elytris profunde punctato-striatis, interstitiis costatis, costis alternis elevatioribus. Long. 5, lat. 2½ millim.

Habitat circa fluvium Gariép.

H. grandi brevior, valde convexus. Caput magnum, latitudine brevius, supra parum convexum, nigrum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum, inter oculos tuberculis quatuor, transversim positis instructum, antice utrinque impressum, medio carinula antice abbreviata; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennæ flavo-testaceæ. Prothorax latitudine brevior, antice truncatus, utrinque leviter sinuatus, angulis magnis, antrorsum modice prominulis, obtusis; lateribus ultra medium haud ampliatis, dein sensim angustatis; postice utrinque sinuatus, angulis subrectis; supra inæqualis, flavo-testaceus, subopacus, mediocriter, crebre punctatus, longitudinaliter quinque-carinatus, carinis tribus

bus dorsalibus rectis, lateralibus ante apicem desinentibus. Scutellum parvum, oblongo-triangulari, flavo-testaceo, sub-keve. Elytra prothorace duplo longiora sed ejus basi parum latiora, antice conjunctim rotundato-emarginata, humeris antrorsum parum prominulis; mox pone basin leviter oblique, dein haud ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra convexa, flavo-testacea, subopaca, profunde punctato-striata, interstitiis costatis, costis alternis elevatioribus, secunda et quarta non usque ad apicem continuatis. Corpus subtus crebre, mediocriter punctatum; pectore piceo, testaceo-marginato; abdomine flavo-testaceo. Pedes flavo-testacei, punctati; antici femoribus crassis, tibiis apicem versus latioribus, extus bidentatis.

BHN.

643. OCHTHEBIUS (LEACH) *megacephalus*: oblongus, paullo convexus, obscure æneus, nitidus, subtus cinereo-sericeus; capite magno, foveolato, transversim impresso, apice truncato, medio emarginato; prothorace parvo, canaliculato, utrinque impresso, pone medium subito angustato; elytris crebre punctato-striatis, ante medium impressis, apice singulatim rotundatis; tibiis tarsisque testaceis. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Hydrocho brevi vix longior, nonnihil angustior. Caput magnum, supra haud convexum, nigro-æneum, postice trifoveolatum, inter oculos et antice transversim impressum, apice truncatum, in medio emarginatum; palpis nigris; oculis sat magnis, rotundatis, convexis, nigris. Antennæ breves, nigrae. Prothorax capite angustior, latitudine nonnihil brevior, antice truncatus, angulis fere rectis; lateribus mox pone apicem subito rotundato-ampliatis, infra medium citius angustatis; postice utrinque leviter sinuatus, tenuiter reflexo-marginatus, angulis retrorsum parum prominulis, obtusis; supra paullo con-

vexus, obscure æneus, nitidus, obsolete punctulatus, medio longitudinaliter canaliculatus et utrinque oblique impressus. Scutellum triangulare, obscure æneum, nitidum, obsolete punctulatum. Elytra prothorace fere triplo longiora et basi ejus dimidio latiora, antice singulatim nonnihil rotundato-producta, humeris parum elevatis, obtusis; lateribus recta, apice singulatim rotundata, supra ænea, nitida, paullo convexa, mediocriter, crebre punctato-striata, interstitiis lateralibus convexis; ante medium ad suturam impressa, maculis quatuor parvis, leviter elevatis, quadratim positis, nigro-æneis. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, æneum, cinereo-sericeum. Pedes flavo-testacei, femoribus extrorsum obscure æneis.

BHN.

644. *GLOBARIA* (LATR.) *subænea*: ovata, compressa, valde convexa, nigro-ænea, nitida; antennis, palpis pedibusque anticis flavo-testaceis; capite prothoraceque confertim punctulatis, illo basi tenuiter carinato; elytris evidentius punctulatis, angulo humerali rotundato. Long. 4, lat. 2 millim.

Globaria subænea ERICHS. Archiv. f. Naturg. IX. I. 228. 48.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

645. *VOLVULUS* (BRULLÉ) *compressus*: oblongo-ovatus, compressus, valde convexus, supra obscure æneus, nitidus, subtus niger; antennis testaceis; palpis femoribusque anticis ferrugineis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris mediocriter punctato-striatis, striis versus basin evanescentibus, interstitiis planis, subtiliter, subremote punctulatis. Long. $5\frac{1}{4}$, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

Globaria ænea parum latior, sed longior, apicem versus attenuatus. Caput magnum, latitudine nonnihil

brevius, nigro-æneum, subnitidum, supra paullo convexum, crebre punctulatum, apice late rotundatum; palpis obscure ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis. Antennæ flavo-testaceæ. Prothorax latitudine duplo brevior, obscure æneus, subnitidus, supra convexus, subtiliter, sat crebre punctulatus, antice late rotundato-emarginatus, angulis antrorsum prominulis, deflexis, apice obtusis; lateribus brevibus, apicem versus angustatis; postice subtruncatus, ad angulos rotundatus. Scutellum elongatum, subtriangulare, obsolete punctulatum, nigro-æneum, subnitidum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, compressa, valde convexa, obscure ænea, nitida, mediocriter punctato-striata, striis antrorsum obsoletioribus, interstitiis sat latis, planis, subtiliter, vage, minus crebre punctulatis; antice truncata, apicem versus attenuata; humeris non prominulis, subobtusis. Corpus subtus nigrum, parum nitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes nigro-picei, nitidi, evidenter punctulati; femoribus tibiisque anticis ferrugineis.

BHN.

646. LACCOBIUS (ERICHs.) *Caffer*: ovatus, modice convexus, flavo-testaceus, subnitidus; pectore nigro-piceo; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis, illo fusco, antice utrinque macula flava, hoc disco leviter infuscato; elytris tenuiter striatis, interstitiis subtiliter, crebre punctulatis. Long. $2\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

L. decoro dimidio minor, minus convexus, aliter coloratus, elytris tenuiter striatis. Caput supra paullo convexum, subtiliter, crebre punctulatum, fuscum, nitidum, antice utrinque macula flava notatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breves, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice leviter rotundato-

emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, subacuminatis, lateribus parum rotundato-ampliatis; postice truncatus, angulis fere rectis; supra modice convexus, subtilissime, crebre punctulatus, flavo-testaceus, subnitidus, dorso longitudinaliter, sat late infuscatus. Scutellum triangulare, flavo-testaceum, subtiliter punctulatum. Elytra prothorace plus quam duplo longiora et basi ejus parum latiora, antice truncata, humeris non elevatis, subobtusis; in medio nonnihil rotundato-ampliata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, flavo-testacea, subnitida, tenuiter striata, interstitiis planis, subtilissime, sat crebre punctulatis. Corpus subtus obsolete punctulatum, subnitidum, pectore nigro; abdomine flavo-testaceo, basi medio infuscato. Pedes flavo-testacei, subnitidi.

BHN.

647. BEROSUS (LEACH) *furcatus*: oblongus, convexus, sordide flavo-testaceus, subnitidus, subtus niger; capite prothoraceque sat crebre punctulatis; elytris medio-criter punctato-striatis, interstitiis planis, vage, subremote punctatis, dorso fusco-variegatis, singulo apice acute bispinoso; femoribus posterioribus basi infuscatis. Long. $6\frac{1}{2}$, lat. 3 millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

B. bispinoso nonnihil latior et dimidio fere longior, singulo elytro apice longe et acute bispinoso, ab illo mox distinctus. Caput supra paullo convexum, flavo-testaceum, nitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, vertice in medio leviter infuscato; palpis dilute flavo-testaceis; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, dilute flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, rotundatis; lateribus antice leviter rotundatus, versus basin nonnihil angustatus, postice subtruncatus, angulis obtusis; supra convexus, subtiliter, minus crebre punctulatus,

flavo-testaceus, nitidus, medio interdum leviter infuscatus. Scutellum angustum, elongatum, fuscum, obsolete, crebre punctulatum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace triplo longiora at ejus basi parum latiora, humeris vix elevatis, rotundatis; in medio paullo ampliata, apicem versus attenuata, singulo apice emarginata, sat longe, acute bispinosa, spina exteriori nonnihil longiore; supra convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis planis, vage, minus crebre punctulatis; sordide flavo-testacea, dorso obsolete fusco-lineata et parce maculata. Corpus subtus nigrum, subtilissime, crebre punctulatum, parum nitidum, segmento ultimo abdominis flavo-testaceo. Pedes sordide flavo-testacei; femoribus posterioribus ultra medium plus minusve distincte infuscatis.

BHN.

648. *BEROSUS bispinosus*: oblongus, convexus, sordide flavo-testaceus, nitidus, subtus niger; capite prothoraceque sat crebre punctulatis; elytris mediocriter punctato-striatis, interstitiis planis, subseriatim, minus crebre punctulatis, dorso fusco-variegatis, apice truncatis, singulo extrorsum unispinoso; femoribus posterioribus ultra medium infuscatis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura et summa similitudo præcedentis, minor, magis nitidus, elytris apice tantum bispinosis, interstitiis subseriatim punctulatis, ab illo distinctus. Caput supra paullo convexum, flavo-testaceum, nitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum; vertice in medio leviter infuscato; palpis dilute flavo-testaccis; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, dilute flavo-testacæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, rotundatis; lateribus antice leviter rotundatis, basin versus nonnihil angustatis; postice subtruncatus, angulis obtusis; supra convexus, subtiliter,

minus crebre punctulatus, flavo-testaceus, nitidus, medio leviter infuscatus. Scutellum angustum, elongatum, fuscum, subtiliter, crebre punctulatum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace triplo longiora sed ejus basi parum latiora, humeris vix elevatis, rotundatis; in medio paullo ampliata, apicem versus attenuata, apice truncata, singulo extrorsum spina acuta instructo; supra convexa, mediocriter punctato-striata, interstitiis planis, minus crebre, subseriatim punctulatis; sordide flavo-testacea, dorso obsolete fusco-lineata et parce maculata. Corpus subtus nigrum, subopacum, subtilissime, crebre punctulatum; segmento ultimo abdominis flavo-testaceo. Pedes sordide flavo-testacei; femoribus posterioribus ultra medium infuscatis.

BHN.

649. *BEROSUS cuspidatus*: oblongus, convexus, supra griseus, parum nitidus, subtus nigro-piceus; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque sat crebre punctulatis; elytris parce fusco-variegatis, mediocriter punctato-striatis, interstitiis confertim punctulatis, parce pubescentibus; singulo apice breviter dentato, extrorsum acute unispinoso; femoribus posterioribus ultra medium infuscatis. Long. $4\frac{3}{4}$ — $5\frac{1}{4}$, lat. $2\frac{1}{4}$ — $2\frac{3}{4}$ millim.

Berosus cuspidatus ERICHS. Archiv f. Naturg. IX. I. 228. 47.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

650. *BEROSUS punctulatus*: oblongus, convexus, flavo-testaceus, subnitidus, subtus niger; capite, macula magna antica prothoracis, viridi-æneis; elytris subtiliter striatis, dorso obscurioribus, interstitiis confertim, vage punctulatis. Long. $4\frac{1}{2}$, lat. $2\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariepis.

Statura *B. spinosi*, nonnihil minor. Caput supra paullo convexum, viridi-æneum, nitidum, subtiliter, crebre

punctulatum, utrinque ad oculos cupreo-micans; palpis flavo-testaceis, articulo ultimo apice infuscato; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, flavo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, rotundatis; lateribus antice leviter rotundatis, dein subangustatis; postice utrinque leviter sinuatus, angulis subrectis; supra convexus, subtiliter, sat crebre punctulatus, flavo-testaceus, nitidus, antice in medio macula sat magna, ultra medium extensa, ænea notatus. Scutellum angustum, elongatum, sordide testaceum, crebre punctulatum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus nonnihil latiora, antice singulatim parum rotundato-producta, humeris non elevatis, rotundatis; in medio paullo ampliata, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, lurida, extrorsum dilutiora, subtiliter striata, interstitiis planis, subtiliter, crebre, vage punctulatis. Corpus subtus nigrum, subopacum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes flavo-testacei, parum nitidi.

BHN.

651. *BEROSUS vitticollis*: oblongus, convexus, nitidus, subtus niger; antennis, palpis, prothorace pedibusque flavo-testaceis; capite vittaque media lata prothoracis æneis; elytris luridis, tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, subtiliter, crebre, vage punctulatis. Long. 3—3½, lat. 1¾—2 millim.

Habitat in terra Natalensi.

Statura præcedentis, sed dimidio et ultra minor, colore, elytris evidentius striatis, ab illo mox distinctus. Caput supra paullo convexus, æneum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum; palpis flavo-testaceis, articulo ultimo apice leviter infuscato; oculis rotundatis, convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, flavo-testaceæ, parce pu-

bescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, rotundatis; lateribus pone apicem nonnihil rotundatis, dein basin versus p̄rparum angustatis; postice utrinque leviter sinuatus, angulis productis; supra convexus, nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, flavo-testaceus, medio vitta lata, longitudinali, ænea, antice linea tenui flava quasi divisa, decoratus. Scutellum elongatum, angustum, æneum, subtiliter, crebre punctulatum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace triplo longiora et ejus basi nonnihil latiora, antice singulatim subtruncata, humeris non elevatis, rotundatis; in medio nonnihil ampliata, infra medium angustata, apice conjunctim subrotundata, supra convexa, tenuiter punctato-striata, interstitiis planis, subtiliter, crebre, vage punctulatis; lurida, subnitida, extrorsum nonnihil dilutiora. Corpus subtus nigrum, subopacum, subtilissime, crebre punctulatum. Pedes flavo-testacei.

Bux.

652. HYDROPHILUS (FABR.) *Caffer*: oblongo-ovatus, convexus, nigro-fuscus, cyaneo-micans, nitidus; antennis palpisque rufo-testaceis, his articulis apice infuscatis; capite subtilissime, crebre punctulato, antice punctis remotis impresso, utrinque leviter impresso; prothorace lateribus in medio angulisque anticis remote punctato; elytris remote, minus regulariter, subseriatim punctatis, apice conjunctim emarginatis, ad suturam breviter dentatis; carina mesosterni lata, postice longe producta. Long. 35, lat. 17 millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

H. olivaceo proximus, nonnihil major, magis convexus, capite anterieus profundius punctato, tibiis anticis ante medium extrorsum ampliatis, ab illo mox distinctus. Caput paullo convexum, nigro-æneum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, antice in medio et ad latera

profundius, remote, irregulariter punctatum, apice ferrugineo-marginatum; fronte utrinque longitudinaliter, leviter impressa; palpis rufo-testaceis, nitidis, articulo singulo versus apicem leviter infuscato. Prothorax latitudine fere duplo brevior, nigro-fuscus, cyaneo-micans, nitidus, supra convexus, obsolete, crebre punctulatus, lateribus in medio angulisque anticis punctis sparsis, parum profundis insculptus, antice late rotundato-emarginatus, angulis obtusis; extrorsum tenuiter marginatus, postice utrinque leviter sinuatus, angulis subrotundatis. Scutellum magnum, triangulare, planum, cyaneo-micans, subtilissime, crebre punctulatum. Elytra prothorace fere quadruplo longiora at basi ejus parum latiora, antice utrinque leviter sinuata, humeris antrorsum nonnihil prominulis, subacuminatis; mox pone basin paullo ampliata, infra medium sensim angustata, apice conjunctim subtruncata vel leviter rotundato-emarginata, singulo ad suturam dente brevi instructo; supra convexa, nigro-fusca, parum cyaneo-micantia, glabra, subtilissime, crebre coriacea, valde remote, parum profunde, minus regulariter seriatim punctata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtilissime, crebre punctulatum, fusco-piceum, carina mesosterni antrorsum latiore, longitudinaliter impressa, postice longe producta, acuta. Pedes nigri, nitidi; femoribus subtiliter, crebre, tibiis remote, profunde punctatis, anticis extrorsum ante medium ampliatis.

ВНН.

653. *HYDROPHILUS flavipalpis*: ovatus, convexus, niger, nitidus; palpis et antennis, clava excepta, flavo-testaceis; capite antrorsum angustiore, utrinque serie e punctis profundis insculpto; prothorace postice lateribus, angulis anticis striaque brevi utrinque in disco antico, evidentius punctatis; elytris pone medium non ampliatis, inæqualiter striato-punctatis; abdomine utrinque rufo-testaceo-maculato; geniculis tarsisque ferrugineis. Long. 14, lat 7½ millim.

Habitat in terra Natalensi.

H. caraboidi certe affinis, nonnihil minor, capite antrorsum angustiore, elytris pone medium non ampliatis, palpis flavis, abdomine utrinque rufo-testaceo maculato, ab illo mox distinctus. Caput supra paullo convexum, nigrum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, ad oculos serie e punctis profundioribus, antice introrsum continuata insculptum, apice subtruncatum, utrinque rotundatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, flavo-testaceæ, clava nigro-fusca. Prothorax latitudine duplo brevior, antice utrinque leviter sinuatus, angulis antrorsum nonnihil prominulis, obtusis, lateribus tenuiter marginatis, pone apicem citius, dein sensim rotundato-ampliatis; postice utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum parum productis, obtusis; supra convexus, niger, subnitidus, subtilissime, crebre punctulatus, ad latera pone medium punctis remotis, prope angulos anticos punctis nonnullis, transversim positus, striaque brevi disci antici punctata notatus. Scutellum sat magnum, triangulare, planum, subtilissime, crebre punctulatum. Elytra prothorace triplo longiora sed basi ejus haud latiora, antice subtruncata, humeris antrorsum nonnihil prominulis, obtusis; lateribus non ampliata, apice conjunctim rotundata, supra convexa, nigra, nitida, interdum cyaneo-micantia, subtilissime, crebre punctulata, tenuiter punctato-striata, interstitiis alternis punctis remotis, subseriatis impressis. Corpus subtus nigrum, parum nitidum, fusco-sericeum, utrinque serie e maculis magnis rufo-testaceis. Pedes nigri, nitidi; femoribus subtiliter, remote punctulatis; geniculis tarsisque ferrugineis.

BHN.

654. *HYDROPHILUS mundus*: oblongo-ovatus, modice convexus, niger, nitidus; palpis, antennis, femoribus anticis apice tarsisque rufo-ferrugineis; capite utrinque serie e punctis minoribus insculptis; prothorace utrin-

que antice et pone medium stria tenui, obliqua, subtiliter punctulata; elytris remote, subseriatim punctulatis; carina mesosterni postice parum producta. Long. 15, lat. 7 millim.

Habitat circa fluvium Gariep.

Præcedente nonnihil longior et angustior. Caput supra paullo convexum, nigrum, nitidum, subtilissime, crebre, ad oculos evidentius punctulatum, infra oculos serie introrsum continuata e punctis parvis distinctis notatum, apice truncatum, utrinque leviter rotundatum; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, rufo-ferrugineæ, clava fusca. Prothorax latitudine duplo brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, obtusis; lateribus tenuiter marginatis, pone apicem modice, dein parum rotundato-ampliatis; postice leviter emarginatus, angulis rotundatis; supra convexus, niger, nitidus, subtilissime, crebre punctulatus, utrinque in disco antico stria arcuata et pone medium itidem stria retrorsum obliqua, subtiliter punctatis. Scutellum magnum, triangulare, nigrum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum. Elytra prothorace plus quam triplo longiora at basi ejus haud latiora, antice subtruncata, utrinque leviter sinuata, humeris antrorsum parum prominulis, obtusis; lateribus non ampliata, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigra, nitida, subtilissime, confertim coriacea, remote, subtiliter, subseriatim punctata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtilissime, crebre punctulatum; abdomine utrinque serie e maculis obsolete ferrugineis; carina mesosterni postice vix ultra insertionem pedum posticorum producta. Pedes nigri, nitidi; femoribus anticis apice tarsisque omnibus rufo-ferrugineis.

BHN.

655. *HYDROPHILUS angustatus*: oblongo-ovatus, modice convexus, niger, nitidus; palpis, antennis, femoribus

anticis apice tarsisque rufo-ferrugineis; capite utrinque serie e punctis minoribus insculpto; prothorace utrinque antice et pone medium stria tenui, obliqua, subtiliter punctulata notato; elytris remote, subseriatim punctulatis; carina mesosterni postice modice producta. Long. 10, lat. $5\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

Præcedente simillimus, præter magnitudinem minorem, carina mesosterni postice longius producta, ab illo certe distinctus. Caput supra paullo convexum, nigrum, nitidum, obsolete, crebre, ad oculos evidentius punctulatum, infra oculos serie e punctis parvis, ad apicem introrsum continuata notatum, apice truncatum, utrinque leviter rotundatum; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, rufo-ferrugineæ, clava nigro-fusca. Prothorax omnino ut in præcedente. Scutellum magnum, triangulare, planum, nigrum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum. Elytra prothorace plus quam triplo longiora at ejus basi haud latiora, antice subtruncata, utrinque leviter sinuata, humeris antrorsum parum prominulis, obtusis; lateribus non ampliata, apicem versus angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, nigra, nitida, subtilissime, confertim coriacea, remote, subtiliter, subseriatim punctata. Corpus subtus nigrum, subnitidum, subtilissime, crebre punctulatum; abdomine utrinque serie e maculis minoribus, rufo-testaceis; carina mesosterni postice pone insertionem pedum posteriorum sat longe producta. Pedes nigri, nitidi; femoribus anticis apice tarsisque omnibus rufo-ferrugineis.

BIX.

656. HYDROBIUS (LEACH) *consputus*: oblongo-ovalis, modice convexus, supra sordide flavo-testaceus, nitidus, subtus femoribusque nigris; capite prothoraceque subtilissime, crebre punctulatis, hoc medio fusco; elytris

subtiliter, crebre punctulatis, infra medium nonnihil ampliatis. Long. $7\frac{1}{2}$, lat. 4 millim.

Habitat in regione fluvii Gariepis.

H. testaceo affinis, major; elytris pone medium modice ampliatis, stria suturali deficiente, ab illo mox distinctus. Caput supra paullo convexum, sordide flavo-testaceum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apice truncatum; vertice leviter infuscato; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis, nitidis. Antennæ flavo-testacæ, clava nigro-fusca. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice subtruncatus, angulis rotundatis; lateribus tenuiter marginatus, pone apicem sensim rotundato-ampliatus, postice leviter rotundato-emarginatus, angulis fere rectis; supra modice convexus, subtilissime, crebre punctulatus, sordide flavo-testaceus, nitidus, dorso dilute fuscus. Scutellum mediocre, oblongo-triangulare, subtiliter punctulatum, testaceum. Elytra prothorace vix triplo longiora et basi ejus haud latiora, antice subtruncata, humeris antrorsum nonnihil prominulis, obtusis; pone medium modice ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra convexa, sordide flavo-testacea, subnitida, lineolis nonnullis obsolete, longitudinalibus, antice posticeque valde abbreviatis, fuscis notata. Corpus subtus nigrum, fusco-sericeum, subtilissime, crebre punctulatum. Pedes tenuiter griseo-pubescentes; femoribus nigris; tibiis tarsisque rufo-testaceis. BHN.

657. *HYDROBIUS striatus*: ovalis, modice convexus, supra sordide flavo-testaceus, nitidus; corpore subtus femoribusque nigris; capite prothoraceque confertim, subtiliter punctulatis, illo postice infuscato; elytris tenuiter punctato-striatis, interstitiis planis, confertim punctulatis, dorso remote, obsolete fusco-irroratis. Long. 5, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

H. griseo non longior, sed latior. Caput supra paullo convexum, sordide flavo-testaceum, nitidum; subtiliter, crebre punctulatum, apice truncatum; vertice transversim leviter infuscato; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, glaucis, nitidis. Antennæ breves, flavo-testaceæ, clava nigro-fusca. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum non prominulis, obtusis; lateribus tenuiter marginatis, in medio nonnihil rotundato-ampliatis; postice utrinque vix sinuatus, angulis retrorsum haud productis, leviter rotundatis; supra modice convexus, subtiliter, crebre punctulatus, sordide flavo-testaceus, nitidus. Scutellum mediocre, triangulare, fusco-ferrugineum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus parum latiora, antice truncata, humeris leviter rotundatis; pone medium sensim modice ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra modice convexa, regulariter, subtiliter punctato-striata, interstitiis planis, subtilissime, crebre punctulatis; sordide flavo-testacea, nitida, dorso lineolis nonnullis, brevibus, longitudinalibus, obsoletis, fuscis decorata. Corpus subtus nigrum, parum nitidum, subtilissime, crebre punctulatum; abdomine ad latera plus minusve late ferrugineo-marginato. Pedes rufo-testacei; femoribus nigris.

BHN.

658. *HYDROBIUS assimilis*: oblongo-ovalis, leviter convexus, nitidus, supra subtiliter punctulatus, fusco-testaceus; corpore femoribusque nigris; capite nigro, utrinque apice macula flava; prothorace dorso infuscato; elytris stria suturali, antice abbreviata impressis. Long. $2\frac{3}{4}$ — $3\frac{1}{4}$, lat. $1\frac{1}{2}$ —2 millim.

Habitat circa fluvium Gariep.

Magnitudo et similitudo *H. marginalis*, aliter coloratus, supra subtilius punctulatus. Caput supra paullo convexum, subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, niti-

dum, apice leviter rotundatum, utrinque macula sat magna, triangulari, flava notatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennæ breves, flavo-testaceæ, clava dilute fusca. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice utrinque leviter sinuatus, angulis antrorsum paullo prominulis, obtusis; lateribus mox pone apicem citius, dein sensim rotundato-ampliat; postice subtruncatus, angulis leviter rotundatis; supra modice convexus, nitidus, subtiliter, crebre punctulatus, dorso nigro-fuscus, lateribus late flavo-testaceo marginatis. Scutellum mediocre, triangulare, fuscum, obsolete punctulatum. Elytra prothorace triplo longiora et basi ejus haud latiora, antice utrinque ad humeros leviter sinuata, humeris antrorsum parum prominulis, leviter rotundatis; in medio paullo ampliata, infra medium sensim angustata, apice conjunctim rotundata, supra modice convexa, subtiliter, crebre punctulata, fusco-testacea, nitida, lateribus dilutiora, singulo stria suturali, longe ante basin desinente. Corpus subtus nigrum, subopacum, subtiliter, creberrime punctulatum. Pedes confertim punctulati; femoribus nigris; tibiis tarsisque rufo-testaceis.

BHN.

659. *CYCLONOTUM* (DEJ.) *rustarse*: subhemisphæricum, convexum, atrum, nitidum, subtiliter, creberrime punctatum; antennis, palpis pedibusque rufo-piceis; tarsis dilute rufo-testaceis; elytris stria tenui suturali, antice abbreviata impressis. Long. $3\frac{3}{4}$, lat. $2\frac{1}{2}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Limpoponis.

Magnitudo, statura et summa similitudo *C. orbicularis*, subtilius punctulatum, pedibus anterioribus tarsisque dilute rufo-testaceis, ab illo fere unice distinctum. Caput supra parum convexum, atrum, nitidum, subtiliter, crebre, parum profunde punctulatum; palpis rufo-piceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, fusco-ferrugineæ, clava obscuriore. Pro-

thorax latitudine dimidio brevior, antice utrinque leviter sinuatus, angulis antrorsum modice prominulis, rotundatis; lateribus tenuiter marginatis, mox pone basin citius, medio sensim rotundato-ampliatis; postice fere truncatus, utrinque vix sinuatus, angulis obtusis; supra convexus, ater, nitidus, crebre, parum profunde punctulatus. Scutellum mediocre, oblongo-triangulare, subtiliter, crebre punctulatum, atrum, nitidum. Elytra prothorace vix duplo longiora sed basi ejus haud latiora, antice fere truncata, humeris non prominulis, leviter rotundatis; lateribus haud ampliata, apice conjunctim late rotundata, supra valde convexa, subtiliter, crebre, vage punctulata, atra, nitida, glabra, apice interdum dilutiora, stria suturali tenui, antice abbreviata impressa. Corpus subtus nigrum, opacum, subtilissime, crebre punctulatum; abdomine utrinque serie e maculis parvis, rotundis, ferrugineis. Pedes rufo-picei, nitidi; tarsis dilute rufo-testaceis.

BHN.

660. *CYCLONOTUM nitidum*: ovatum, modice convexum, atrum, nitidum, glabrum; antennis, palpis, pedibus corporeque rufo-ferrugineis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris mediocriter punctato-striatis, striis 6—8 antice abbreviatis, 7 et 8 ibi connexis, interstitiis subtiliter, crebre punctulatis. Long. 5, lat. $2\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in terra Natalensi.

C. abdominali statura similis, sed majus. Caput paullo convexum, atrum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, anterius saepe rufo-piceum; palpis rufo-ferrugineis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennæ breves, rufo-testaceæ, pubescentes. Prothorax latitudine fere duplo brevior, antice late rotundato-emarginatus, angulis antrorsum modice prominulis, obtusis; lateribus
tenuiter

tenuiter marginatis, mox pone apicem citius rotundato-ampliatis; postice subtruncatus, utrinque vix sinuatus, angulis rectis; supra modice convexus, ater, nitidus, subtiliter, crebre punctulatus. Scutellum mediocre, triangulare, atrum, nitidum, subtiliter, confertim punctulatum. Elytra prothorace plus duplo longiora, at basi ejus non latiora, supra modice convexa, atra, nitida, glabra, medio-criter punctato-striata, striis 6—8 ante basin desinentibus, 7 et 8 ibi connexis, interstitiis fere planis, subtilissime, crebre punctulatis; antice truncata, lateribus longe ultra medium recta, apice conjunctim late rotundata; humeris fere rectangulis. Corpus ferrugineum, opacum, subtilissime, crebre punctulatum; pectore in medio interdum infuscato. Pedes rufo-ferruginei, nitidi.

BHN.

661. SPHÆRIDIDIUM (FABR.) *abbreviatum*: rotundatum, modice convexus, nitidum, supra crebre punctulatum, nigrum, subtus flavo-testaceum, æneo-variegatum; antennis basi marginibusque prothoracis flavo-testaceis; elytris infra medium margineque antico flavo-testaceis, macula parva humerali rufo-testacea notatis; femoribus antice in medio macula sat magna nigro-ænea. Long. 5—6, lat. $3\frac{3}{4}$ — $4\frac{3}{4}$ millim.

Sphærididium abbreviatum DEJ. Cat. ed. 3, p. 134.

Habitat in Caffraria tota.

S. scarabæoidi magnitudine et statura simile, sed variat etiam minus. Caput rotundatum, paullo convexum, nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum; palpis rufo-piceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, flavo-testacæ, articulo primo supra infuscato, clava nigra. Prothorax latitudine vix dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, obtusis; lateribus tenuiter marginatis, pone apicem sensim rotundato-am-

pliatis, basin versus parum angustatis; postice utrinque vix sinuatus, angulis non prominulis, fere rectis; supra modice convexus, subtiliter, crebre punctulatus, niger, nitidus, marginibus lateralibus flavo-testaceis, flavedine ad basin et apicem introrsum nonnihil continuata. Scutellum elongatum, nigrum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace vix duplo longiora at ejus basi haud latiora, antice truncata, humeris non elevatis, obtusis; pone basin nonnihil ampliata, apicem versus citius angustata, apice singulatim rotundata, supra modice convexa, subtiliter, crebre punctulata, nitida, ultra medium nigra, margine antico et pone medium flavo-testacea, longe infra basin in disco exteriori macula parva, rufo-testacea notata. Corpus subtus subtiliter, crebre punctulatum; pectore nigro-æneo, flavo-testaceo marginato; abdomine flavo-testaceo, seriatim æneo-maculato. Pedes flavo-testacei; femoribus antice in medio macula sat magna, ænea; tibiis nigro-spinosis.

BHN.

662. *SPHÆRIDIDIUM ornatum*: rotundatum, modice convexus, nitidum, dilute flavo-testaceum, crebre punctulatum, subtus parce æneo-maculatum; capite prothoraceque nigris, illo antice hoc ad latera flavo-marginatis; elytris posterius obsolete punctato-striatis, antice plaga magna communi, postice angustata, medio emarginata lineaque laterali nigris; femoribus antice in medio macula mediocri ænea. Long. 5, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in regione fluvii Gariëpis.

S. marginato magnitudine æquale. Caput rotundatum, paullo convexus, subtilissime, crebre punctulatum, nigrum, nitidum, antice tenuiter flavo-marginatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris, nitidis. Antennæ flavo-testacæ, clava saturatiore. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter ro-

tundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, obtusis; lateribus tenuiter marginatis, mox pone basin modice, dein parum rotundato-ampliatis; postice utrinque leviter sinuatus, angulis fere rectis; supra modice convexus, subtilissime, crebre punctulatus, niger, nitidus, marginibus lateralibus sat late flavo-testaceis, flavedine ad apicem et basin introrsum plus minusve continuata. Scutellum elongatum, nigrum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace vix duplo longiora at ejus basi haud latiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris non elevatis, obtusis; pone basin nonnihil ampliata, infra medium citius angustata, apice singulatim rotundata, supra modice convexa, subtilissime, crebre punctulata, pone medium obsolete punctato-striata, dilute flavo-testacea, a basi ultra medium plaga magna, communi, antice ampliata, postice rotundata, ad suturam anguste, sat profunde emarginata lineaque utrinque laterali fere in medio, nigris. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, dilute flavo-testaceum; pectore abdomineque parcius æneo-variegatis. Pedes flavo-testacei; femoribus antice in medio macula mediocri, ænea notatis; tibiis piceo-spinosis.

BHN.

663. *SPHÆRIDIDIUM consobrinum*: rotundatum, modice convexus, nitidum, supra subtilissime, crebre punctulatum, nigrum, subtus flavo-testaceum, parce æneo-variegatum; prothorace extrorsum flavo-marginato; elytris margine exteriori apice sinuatim vittaque brevi ante medium cum margine confluyente, flavo-testaceis; femoribus antice in medio macula mediocri, ænea notatis. Long. 5, lat. $3\frac{1}{4}$ millim.

Habitat in regione fluvii Limpoponis.

Magnitudo et statura præcedentis, capite toto nigro ut et colore elytrorum ab illo certe distinctum. Caput

rotundatum, supra paullo convexum, nigrum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris, nitidis. Antennæ breves, flavo-testaceæ, clava saturatiore. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum paullo prominulis, obtusis; lateribus tenuiter marginatis, mox pone apicem citius, dein parum rotundato-ampliatis; postice utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum nonnihil prominulis, fere rectis; supra modice convexus, subtilissime, crebre punctulatus, niger, nitidus, extus undique antice posticeque latius flavo-testaceo marginatus. Scutellum elongatum, nigrum, nitidum, subtilissime, crebre punctulatum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace duplo longiora at ejus basi non latiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris rotundatis; pone basin nonnihil rotundato-ampliata, apice singulatim late rotundata, supra modice convexa, subtilissime, crebre punctulata, nigra, nitida, margine laterali, apice, suturæ sinu profundo, lineaque in disco exteriori, nonnihil obliqua, retrorsum excurrente, ante medium margini adfixa, flavo-testaceis. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, flavo-testaceum, parum nitidum; pectore parce æneo-variegato; abdomine seriebus quatuor e maculis parvis æneis. Pedes flavo-testacei, antice in medio macula mediocri, ænea notatis; tibiis piceo-spinosis.

BHN.

664. SPHÆRIDIMUM *apicale*: rotundatum, modice convexum, nigrum, nitidum, supra subtiliter, crebre punctulatum; antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; femoribus antice in medio macula nigro-fusca; prothorace extrorsum tenuiter flavo-testaceo marginato; elytris subtilissime striato-punctatis, postice latius margineque tenuiter flavo-testaceis; singulo macula antica sanguinea. Long. $4\frac{1}{2}$ —5, lat. 3— $3\frac{1}{4}$ millim.

Var. a. elytris undique tenuiter flavo-testaceo marginatis, macula communi non procul ab apice rufo-testacea.

Habitat in terra Natalensi.

S. bipustulato simillimum, elytris apice latius flavo-testaceis ab illo distinctum videtur. Caput rotundatum, nigrum, subnitidum, supra paullo convexum, subtiliter, crebre punctulatum; palpis flavo-testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennæ flavo-testaceæ, clava nigro-fusca. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice late leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, obtusis; lateribus tenuiter marginatis, mox pone apicem citius, dein sensim rotundato-ampliatis; postice utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum nonnihil prominulis, fere rectis; supra modice convexus, subtiliter, crebre punctulatus, niger, nitidus, extrorsum, antice evidentius, posterius sæpe obsoletius testaceo-marginatus. Scutellum elongatum, subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, nitidum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus haud latiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris vix prominulis, leviter rotundatis; pone basin nonnihil, medio paullo rotundato-ampliata, apicem versus citius angustata, apice singulatim late rotundata, supra modice convexa, subtilissime, crebre punctulata, remote, parum profunde striato-punctata, nigra, nitida, margine exteriori tenuiter, apice late flavo-testacea, singulo in disco antico macula sat magna, plus minusve distincta, sanguinea. Corpus subtus nigrum, subopacum, subtilissime, crebre punctulatum. Pedes testacei; femoribus antice in medio macula mediocri nigro-picea; tibiis piceo-spinosis.

BHN.

665. *SPILÆRIDIIUM exile*: rotundatum, modice convexum, nigrum, supra subtiliter, crebre punctulatum; palpis, antennis basi pedibusque testaceis; femoribus antice in medio macula mediocri, nigro-picea; prothorace extror-

sum tenuiter flavo-testaceo marginato; elytris anguste, apice latius trisinuatim flavo-testaceo marginatis; singulo macula antica sanguinea. Long. $2\frac{3}{4}$, lat. 2 millim.

Var. a. elytris macula antica sanguinea obsoleta vel nulla.

Var. b. elytris extrorsum undique tenuiter flavo-testaceo marginatis, sutura apice flava.

Habitat in terra Natalensi et in regione fluvii Gariepis.

Præcedente duplo minus, elytris apice angustius flavo-testaceis. Caput rotundatum, nigrum, subnitidum, supra paullo convexum, subtiliter, crebre punctulatum; palpis testaceis; oculis rotundatis, parum convexis, nigris. Antennæ breves, testaceæ, clava nigro-fusca. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice late leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum parum prominulis, obtusis; lateribus tenuiter marginatis, mox pone apicem citius, dein sensim rotundato-ampliatis; postice utrinque leviter sinuatus, angulis retrorsum nonnihil prominulis, fere rectis; supra modice convexus, subtiliter, crebre punctulatus, niger, nitidus, extrorsum tenuiter testaceo-marginatus. Scutellum subtiliter, crebre punctulatum, nigrum, nitidum, apicem versus attenuatum. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus haud latiora, humeris vix prominulis, leviter rotundatis; mox pone basin nonnihil, medio paullo rotundato-ampliata, apicem versus citius angustata, apice singulatim late rotundata, supra modice convexa, subtilissime, crebre punctulata, nigra, nitida, margine exteriori tenuiter, apice nonnihil latius trisinuatim flavo-testacea; singulo in disco antico macula mediocri, sanguinea, plus minusve distincta. Corpus subtus subtilissime, crebre punctulatum, nigrum, subopacum; abdomine segmento ultimo testaceo. Pedes testacei; femoribus antice in medio macula nigro-picea notatis; tibiis piceo-spinosis.

ВНН.

666. CERCYON (LEACH) *scapulare*: rotundatum, convexum, nigrum, subnitidum; palpis, antennis pedibusque rufo-testaceis; capite prothoraceque subtiliter, sat crebre pun-

ctulatis; elytris tenuiter punctato-striatis, striis ante apicem desinentibus, sexta antice abbreviata, macula suprahumerali apiceque testaceis, interstitiis subtiliter punctulatis. Long. 2, lat. $1\frac{3}{4}$ millim.

Var. a. flavo-testaceum, capite, prothorace, elytrorum basi et medio leviter infuscatis.

Habitat circa fluvium Gariép.

C. anali nonnihil latius, magis rotundatum. Caput latitudine brevius, supra paullo convexum, nigrum, nitidum, subtiliter, sat crebre punctulatum, inter antennis sat profunde, transversim impressum; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breves, rufo-testaceæ, clava fusca. Prothorax latitudine dimidio brevior, niger, nitidus, supra convexus, subtiliter, crebre punctulatus, antice subtruncatus, angulis antrorsum non prominulis, obtusis; lateribus pone apicem ad basin rotundato-ampliatum, postice late rotundatus, angulis fere rectis. Scutellum parvum, ovatum, nigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Elytra prothorace duplo longiora at basi ejus non latiora, antice conjunctim leviter rotundato-emarginata, humeris antrorsum haud prominulis, fere rectis; pone basin ad medium sensim rotundato-ampliata, dein apicem versus angustata, apice conjunctim late rotundata, supra convexa, tenuiter punctato-striata, striis ante apicem evanescentibus, 4 et 5 basi divaricatis, sexta ante basin abbreviata, interstitiis subtiliter, minus crebre punctulatis; nigra, subnitida, macula basali suprahumerali apiceque late rufo-testaceis. Corpus subtus nigrum, nitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes rufo-testacei; femoribus basi leviter infuscatis. BHN.

667. *CERCYON pygmæum*: ovatum, convexum, nigrum, nitidum, antennis, palpis pedibusque flavo-testaceis; capite prothoraceque subtiliter, crebre punctulatis; elytris striatis, flavo-testaceis, interstitiis subtilissime punctulatis. Long. 1, lat. $\frac{5}{8}$ millim.

Sphaeridium pygmæum. ILLIG. Mag. 1. 40. 5. 6. — GYLLENH. Ins. Succ. 1. 164. 5.

Cercyon pygmæum. ERICH. Käf. Mark Brand. 1. 219. 8.

Habitat in terra Natalensi.

BHN.

668. *CERCYON costatum*: rotundatum, convexum, nigrum, parum nitidum; antennis, palpis pedibusque rufo-testaceis; fronte transversim carinata; prothorace subtiliter punctulato, seriatim setuloso; elytris dilute ferrugineis, seriatim punctatis, interstitiis costatis, costis alternis elevatioribus. Long. 1, lat. $\frac{3}{4}$ millim.

Habitat in tractibus fluvii Gariëpis.

Statura *C. atomarii*, dimidio tamen minus. Caput supra fere planum, nigrum, subopacum, subtilissime, crebre punctulatum, inter oculos transversim carinatum; palpis rufo-testaceis; oculis rotundatis, modice convexis, nigris. Antennæ breves, rufo-testaceæ, parce pubescentes. Prothorax latitudine dimidio brevior, antice leviter rotundato-emarginatus, angulis antrorsum haud prominulis, obtusis; lateribus basin versus sensim rotundato-ampliatis; postice leviter rotundatus, angulis fere rectis; supra convexus, niger, subopacus, subtiliter, crebre punctulatus, seriebus longitudinalibus e setulis depressis, griseis obsitus. Scutellum parvum, subtriangulare, subtiliter, crebre punctulatum, piceum, parum nitidum. Elytra prothorace plus duplo longiora at basi ejus paullo latiora, antice vix rotundato-emarginata, humeris parum elevatis, obtusis; mox pone basin rotundato-ampliata, infra medium angustata, apice conjunctim late rotundata, supra convexa, dilute ferruginea, parum nitida, subseriatim punctata, interstitiis costatis, costis alternis elevatioribus. Corpus subnigrum, subnitidum, subtiliter, crebre punctulatum. Pedes rufo-testacei.

BHN.

EXPLICATIO TABULARUM.

TAB. I.

- A. fig. 1. *COSMEMA furcata* magn. nat.
 2. — labrum magn. auct.
 3. — antenna magn. auct.
 4. — palp. maxillar. magn. auct.
 5. — palp. labial. magn. auct.
 6. — pes postic. magn. auct.
- B. fig. 1. *HYSTRICHOPUS angusticollis* magn. nat.
 2. — labrum magn. auct.
 3. — antenna magn. auct.
 4. — palp. maxillar. magn. auct.
 5. — palp. labial. magn. auct.
 6. — prothorax magn. auct.
 7. — pes antic. magn. auct.
- C. fig. 1. *HAPLOPEZA violacea* magn. auct.
 2. — long. nat.
 3. — antenna magn. auct.
 4. — labrum magn. auct.
 5. — palp. maxillar. magn. auct.
 6. — palp. labial. magn. auct.
 7. — prothorax magn. auct.
 8. — pes antic. magn. auct.
- D. fig. 1. *CREPIDOGASTER bimaculatus* magn. auct.
 2. — long. nat.
 3. — antenna magn. auct.
 4. — palp. maxillar. magn. auct.
 5. — palp. labial. magn. auct.
 6. — labrum magn. auct.
 7. — prothorax magn. auct.
 8. — pes antic. magn. auct.
- E. fig. 1. *PLAGIOPYGA ferruginea* magn. auct.
 2. — long. nat.
 3. — antenna magn. auct.

- E. fig. 4. *PLAGIOPYGA ferruginea* palp. maxillar. magn. auct.
 5. — palp. labial. magn. auct.
 6. — labrum magn. auct.
 7. — prothorax magn. auct.
 8. — pes antic. magn. auct.
- F. fig. 1. *RHYZOTRACHELUS quadrimaculatus* magn. nat.
 2. — antenna magn. auct.
 3. — palp. maxillar. magn. auct.
 4. — palp. labial. magn. auct.
 5. — labrum magn. auct.
 6. — prothorax magn. auct.
 7. — pes antic. magn. auct.

TAB. II.

- G. fig. 1. *RHOPALOMELUS angusticollis* magn. nat.
 2. — antenna magn. auct.
 3. — palp. maxillar. magn. auct.
 4. — palp. labial. magn. auct.
 5. — labrum magn. auct.
 6. — pes antic. magn. auct.
 7. — pes intermed. magn. auct.
- H. fig. 1. *HOMOROCERUS rufipennis* magn. auct.
 2. — long. nat.
 3. — antenna magn. auct.
 4. — palp. maxillar. magn. auct.
 5. — palp. labial. magn. auct.
 6. — caput et prothorax magn. auct.
 7. — pes antic. magn. auct.
- I. fig. 1. *ELASMOCERUS validicornis* magn. nat.
 2. — caput et palpi magn. auct.
 3. — antenna supra visa magn. auct.
 4. — antenna a lat. visa magn. auct.
 5. — palp. labial. magn. auct.
 6. — palp. maxillar. magn. auct.
 7. — pes antic. magn. auct.
-

INDEX ALPHABETICUS.

Nomina generum litteris majoribus,
 » specierum litteris minoribus,
 » synonyma litteris obliquis impressa sunt.

ABRÆUS.

curtulus	p. 548.
misellus	549.
setulosus	547.

Acanthogenius.

<i>grandis</i>	66.
--------------------------	-----

ACMÆODERA.

adspersa	308.
albovillosa	301.
amœnula	310.
aurolimbata	303.
gibbosa	302.
grata	309.
hieroglyphica	306.
inscripta	307.
luteopicta	304.
posticalis	303.
signifera	305.
Wahlbergi	310.

ACUPALPUS.

amabilis	222.
bisignatus	224.
gracilis	225.
ornatipennis	223.
quadrisignatus	220.
vittipennis	221.

ÆMIDIUS.

gigas	377.
-----------------	------

Agabus.

<i>pulchellus</i>	p. 242.
-----------------------------	---------

AGRILUS.

beryllinus	360.
<i>confinis</i>	356.
cupriventris	356.
cuspidatus	364.
cyanimus	359.
cylindricollis	365.
debilis	358.
discolor	354.
<i>exasperatus</i>	340.
ferrugineoguttatus	355.
<i>ferrugineoguttatus</i>	355.
hastulatus	356.
mendicus	360.
pygmæus	363.
subsignatus	357.
sulcifrons	361.
tenellus	362.

Agrypnus.

<i>mœrens</i>	390.
-------------------------	------

ALAUUS.

Caffer	390.
mœrens	389.
truncatipennis	391.

ALEOCHARA.

rufipes	269.
vaga	270.

AMORPHOSOMA.

<i>acutipennis</i>	p. 346.
<i>capucina</i>	341.
<i>comata</i>	347.
<i>denticollis</i>	340.
<i>deruta</i>	342.
<i>exasperata</i>	340.
<i>immunita</i>	345.
<i>spectrum</i>	339.
<i>vidua</i>	343.

ANCHOMENUS.

<i>alacer</i>	175.
<i>natalensis</i>	174.

ANISODACTYLUS.

<i>Caffer</i>	193.
<i>melanarius</i>	192.

ANOBIUM.

<i>gibbicolle</i>	521.
-----------------------------	------

ANTHAXIA.

<i>aurata</i>	328.
<i>implexa</i>	328.
<i>sulcipennis</i>	329.
<i>troglydites</i>	329.
<i>viridis</i>	329.

ANTHIA.

<i>alveolata</i>	107.
<i>amabilis</i>	110.
<i>atrata</i>	113.
<i>Burchelli</i>	99.
<i>cephalotes</i>	102.
<i>cinctipennis</i>	98.
<i>exarata</i>	109.
<i>formicaria</i>	112.
<i>gracilis</i>	112.
<i>Graphipteroides</i>	107.
<i>Hedenborgi</i>	114.
<i>intermedia</i>	115.
<i>limbata</i>	102.

<i>marginipennis</i>	p. 99.
<i>Massilicatzii</i>	100.
<i>melanaria</i>	101.
<i>Mellyi</i>	101.
<i>pilosa</i>	105.
<i>rugosopunctata</i>	112.
<i>thoracica</i>	98.
<i>truncatipennis</i>	104.
<i>spuria</i>	111.

ANTHOCOMUS.

<i>coronatus</i>	470.
<i>disjunctus</i>	471.
<i>ramicornis</i>	469.

APALOCHRUS.

<i>sumtuosus</i>	458.
----------------------------	------

APHANISTICUS.

<i>delicatulus</i>	371.
<i>insculptus</i>	372.
<i>parvulus</i>	370.
<i>pullus</i>	372.
<i>pumilio</i>	373.

APTINUS.

<i>Halteri</i>	68.
<i>infuscatus</i>	70.
<i>nigripennis</i>	67.

ATRACROCERUS.

<i>africanus</i>	519.
----------------------------	------

ATRACODES.

<i>collaris</i>	395.
---------------------------	------

AXINOSOPHUS.

<i>transversus</i>	57.
<i>umbraculatus</i>	56.

BELIONOTA.

<i>Bohemani</i>	326.
---------------------------	------

BEMBIDIUM.

apicale	p.	228.
exiguum		230.
picinum		229.
sobrinum		232.
variegatum		231.

BEROSUS.

bispinosus	591.
cuspidatus	592.
furcatus	590.
punctulatus	592.
vitticollis	593.

BRACHINUS.

armiger	73.
Caffer	72.
insignis	71.
nigripennis	67.
parvulus	74.

BRACHYPEPLUS.

Caffer	561.
deplanatus	562.

BRACHYPTERUS.

picinus	560.
subæneus	559.

BRADYBÆNUS.

opulentus	194.
---------------------	------

BUPRESTIS.

adpersa	308.
albomarginata	320.
amicta	322.
calamitosa	315.
cinctipennis	318.
exasperata	340.
ferrugineoguttata	356.
gibbosa	303.
gregaria	317.

insidiosa	p.	321.
liturata		299.
quadriareolata		318.
sulphureovittata		324.
suspecta		319.
vana		323.
viridimarginata		320.

CALLEIDA.

amabilis	39.
amœnula	42.
angusticollis	38.
castanea	41.
cordicollis	36.
elongata	37.
jucunda	35.
picea	40.

CALLISTUS.

Caffer	128.
elegans	127.
sexpustulatus	129.

CALOPTERON.

notabilis	437.
ruficollis	438.

CALOSOMA.

rugosum	124.
-------------------	------

CAMPYLUS.

longicornis	392.
misellus	393.

CANTHARIS.

apicalis	452.
caffra	454.
circumdata	456.
emarginata	451.
nigrina	457.
verticalis	455.
vitticollis	453.

Carabus.

biguttatus	226.
----------------------	------

CARDIOPHORUS.

binotatus	p. 400.
bivittatus	404.
byssinus	396.
carinicollis	406.
convexicollis	398.
Histrio	400.
præmorsus	402.
seriesetulosus	403.
suturalis	401.
vetustus	399.

CARPOPHILUS.

bisignatus	563.
fumatus	564.
hemipterus	564.

CASTALIA.

quatuordecimmaculata	314.
--------------------------------	------

CATASCOPUS.

affinis	78.
-------------------	-----

CEBRIO.

pallens	421.
-------------------	------

CERCYON.

costatum	610.
pygmæum	609.
scapulare	608.

CHALICORUS.

albifrons	476.
albilabris	477.
collaris	478.
myrmecodes	475.

CHAMÆRHIPIS.

natalensis	422.
----------------------	------

CHAROPUS.

brachypterus	472.
------------------------	------

CHLÆNIUS.

bipustulatus	p. 138.
Caffer	145.
cinctipennis	148.
costipennis	149.
cyanipennis	155.
cylindricollis	146.
Dusaulti	137.
lateralis	140.
maculiceps	143.
marginicollis	150.
modestus	157.
puberulus	156.
pulchellus	144.
<i>quadricolor</i>	152.
robustus	153.
ruficornis	152.
signatus	139.
similatus	151.
sulcatulus	146.
validicornis	154.
vitticollis	142.

CHRYSOBOTHRIIS.

Boschismanni	326.
<i>spinimana</i>	326.

CHRYSOCHROA.

ambigua	312.
amplipennis	311.
Petelii	313.

CHRYSODEMA.

pubiventris	314.
-----------------------	------

CICINDELA.

Aegyptiaca	10.
barbifrons	12.
brevicollis	11.
candida	11.
clathrata	11.
disjuncta	11.
fatidica	5.

notata	p. 6.
pudica	8.
rufomarginata	3.
vivida	9.

CLERUS.

amictus	494.
amœnulus	499.
coarctatus	490.
dichrous	502.
equestris	498.
gracilis	504.
inæqualicollis	503.
ludicrus	493.
mutabilis	506.
natalensis	501.
neglectus	505.
nodicollis	495.
quadrioculatus	500.
sexnotatus	496.
signifer	492.
univittatus	508.

CLIVINA.

angustata	122.
gigantea	121.
grandis	122.

COLETES.

nobilis	473.
unifasciatus	474.

COLOPHOTIA.

bimaculicollis	445.
caffra	446.
fuscata	448.
pumila	449.

Colymbetes.

<i>marginipennis</i>	242.
--------------------------------	------

CONURUS.

obesus	270.
------------------	------

COPELATUS.

basalis	p. 244.
fimbriolatus	242.
obtusus	242.
pulchellus	242.
striatellus	243.

COPTODERA.

amœnula	60.
equestris	59.
fasciata	61.
notata	58.

COPTOPTERA.

angusticollis	47.
tenella	48.

CORÆBUS.

albopunctatus	347.
cæsareus	351.
callosicollis	348.
contubernalis	353.
fraternus	354.
parellinus	349.
psittacus	350.
purpuratus	352.

CORYNETES.

analisis	512.
bituberculatus	512.
collaris	519.
mysticus	513.
ruficollis	515.
rufipes	515.
varicolor	514.

COSMEMA.

elegantula	24.
furcata	21.
gilvipes	25.
lepida	23.
marginella	22.

CRATONYCHUS.

africanus p. 409.

CREPIDOGASTER.

bimaculatus 69.

infuscatus 70.

CRYPTOBIUM.

tricolor 285.

CRYPTOPHAGUS.

Caffer 581.

CYBISTER.

africanus 233.

binotatus 234.

immarginatus 233.

marginicollis 235.

senegalensis 233.

CYBOCEPHALUS.

elegantulus 577.

CYCLONOTUM.

nitidum 602.

rufitarse 601.

CYCLOSOMUS.

equestris 189.

*Cyclous.**Aegyptiacus* 264.*australis* 264.*punctatus* 264.

CYLIDRUS.

balteatus 483.

ferrugineus 483.

CYMINDIS.

deplanata 33.

lineella 34.

DENDROPHILUS.

delicatulus p. 550.

minutus 551.

DERMESTES.

semistriatus 583.

vulpinus 583.

DIACANTHUS.

viduus 410.

DICREPIDIUS

apiculatus 385.

interstitialis 387.

litigiosus 386.

puberulus 388.

puncticollis 384.

DINEUTES.

æreus 263.

Caffer 262.

punctatus 264.

subspinosus 264.

DINODES.

beryllinus 159.

Caffer 158.

DIRRHAGUS.

cylindricollis 376.

DORCATOMA.

nigrinum 522.

DRILUS.

fuscus 450.

DRIMOSTOMA.

amaroide 177.

laticolle 176.

DROMICA.

clathrata 17.

gigantea 17.

sculpturata	p. 17.
tuberculata	19.

DROMIUS.

flavosignatus	49.
plagiatus	48.

DRYPTA.

africana	28.
jucunda	27.
thoracica	30.

Dytiscus.

immarginatus	234.
Leander	241.

ELASMOCERUS.

validicornis	383.
------------------------	------

Elater.

flabellicornis	377.
--------------------------	------

ELODES.

Caffer	425.
marginipennis	426.

EPOMIS.

capensis	158.
--------------------	------

EPUREA.

bisignata	565.
---------------------	------

EUCNEMIS.

contractus	375.
gigas	377.
granulipennis	374.

EULEPTES.

Caffer	168.
------------------	------

EUNETES.

griseus	236.
helvolus	236.

EURYODA.

guttipennis	p. 13.
quadripustulata	14.

EVAGORA.

cupreosplendens	333.
depilata	329.
impressicollis	330.
sulcipennis	329.

Evides.

strigosa	314.
--------------------	------

FERONIA.

Amœnula	180.
confinis	182.
ferruginea	178.
gilvipes	181.
lenis	187.
natalensis	186.
nigrina	187.
obtusa	184.
pumila	185.
pygmæa	183.
trivialis	179.

GLOBARIA.

subænea	588.
-------------------	------

GRAPHIPTERUS.

bivittatus	90.
cordiger	81.
elegantulus	83.
frontalis	86.
hamatus	81.
lateralis	88.
macrocephalus	91.
obtusus	87.
plagiatus	83.
Wahlbergi	80.
velutinus	85.
Westwoodi	79.
vittipennis	85.

*Graphoderus.**bivittatus* p. 242.

GYMNOCHILA.

adpersa 579.*laticollis* 578.

GYRINUS.

abdominalis 261.*amœnulus* 260.*capensis* 259.*concinus* 259.*dentipennis* 264.*flavipes* 258.*splendidulus* 259.*subspinosus* 264.

HAPLOPEZA.

violacea 63.

HARPALUS.

angustipennis 212.*brunneipennis* 215.*Caffer* 203.*capicola* 210.*clavipes* 207.*dubius* 208.*exiguus* 217.*hybridus* 209.*incrassatus* 204.*lucidulus* 213.*lugubris* 214.*nanus* 217.*natalensis* 205.*promptus* 206.*subæneus* 216.*testaceus* 213.*venator* 211.

HEDYBIUS.

cavifrons 468.*superciliosus* 466.*variicornis* 467.

HELLUO.

biplagiatus p. 66.*grandis* 66.

HELOPHORUS.

sculpturatus 586.

HISTER.

bicolor 541.*Caffer* 531.*cyanescens* 538.*cyanipennis* 539.*gravis* 532.*hottentottus* 534.*ignavus* 533.*nigrinus* 533.*obesus* 537.*ponderosus* 529.*robustus* 530.*severus* 531.*splendens* 541.*tumidus* 537.*validus* 529.*viduus* 535.*vilis* 536.

HOLOLEPTA.

caffra 555.*capensis* 555.*glabra* 556.

HOMALOTA.

atricapilla 268.

HOMOROCERUS.

rufipennis 273.

HYDATICUS.

apicalis 239.*bivittatus* 242.*Caffer* 238.*distinctus* 241.*dorsiger* 240.

exclamationis	p. 241.
flavolineatus	237.
Leander	241.
<i>pictus</i>	238.
signatipennis	238.

HYDNOCERA.

punctipennis	511.
------------------------	------

Hydrachna.

<i>scripta</i>	249.
--------------------------	------

HYDROBIUS.

assimilis	600.
consputus	598.
striatus	599.

HYDROPHILUS.

angustatus	597.
Caffer	594.
flavipalpis	595.
mundus	596.

HYDROPORUS.

collaris	255.
elegantulus	249.
evanescens	252.
exilis	257.
infirmus	251.
inquinatus	254.
lateralis	255.
lineolatus	250.
ruficeps	253.
vitticollis	256.

HYPHYDRUS.

Caffer	247.
scriptus	249.

HYPOLITHUS.

Caffer	196.
glaber	197.
interstitialis	199.

marginicollis	p. 195.
melancholicus	201.
puncticollis	200.
tomentosus	195.
venustulus	202.

HYSTRICHOPUS.

angusticollis	44.
femoralis	45.
rufipennis	46.

JULODIS.

natalensis	299.
vittipennis	300.

LACCOBIUS.

Caffer	589.
------------------	------

LACCOPHILUS.

adpersus	246.
<i>irroratus</i>	246.
posticus	245.

LACON.

amplicollis	414.
decipiens	417.
nanus	420.
pænulatus	415.
parcus	416.
troglydites	419.

LAMPYRIS.

discicollis	441.
fuscipennis	443.
marginipennis	439.
natalensis	442.
nigripennis	440.
troglydites	444.

LASIOCERA.

gracilis	26.
--------------------	-----

LATHROBIUM.

Caffer	285.
------------------	------

LEBIA.

<i>immaculata</i>	p. 53.
<i>modesta</i>	51.
<i>nobilis</i>	52.
<i>plagiata</i>	55.
<i>sanguinea</i>	50.
<i>thoracica</i>	54.

LIMONIUS.

<i>silaceus</i>	394.
---------------------------	------

LITHOCARIS.

<i>brevicollis</i>	286.
------------------------------	------

LOPHIDIUS.

<i>laticollis</i>	188.
-----------------------------	------

LYCUS.

<i>africanus</i>	431.
<i>ampliatu</i> s	432.
<i>appendiculatus</i>	431.
<i>Bremei</i>	427.
<i>constrictus</i>	434.
<i>elevatus</i>	428.
<i>flavicans</i>	431.
<i>hamatus</i>	433.
<i>humerosus</i>	429.
<i>scrobicollis</i>	435.
<i>trabeatus</i>	431.
<i>zonatus</i>	436.

MALACHIUS.

<i>amœnulus</i>	463.
<i>bimaculatus</i>	465.
<i>cærulescens</i>	461.
<i>Caffer</i>	460.
<i>consobrinus</i>	464.
<i>Erichsoni</i>	459.
<i>tripugiatus</i>	462.

MANTICORA.

<i>latipennis</i>	1.
<i>maxillosa</i>	1.
<i>tibialis</i>	1.

MASTAX.

<i>ornatellus</i>	74.
-----------------------------	-----

MASTIGUS.

<i>bifoveolatus</i>	p. 526.
<i>Caffer</i>	523.
<i>longicornis</i>	525.
<i>pilicornis</i>	524.

MEGACEPHALA.

<i>regalis</i>	2.
--------------------------	----

MEGALONYCHUS.

<i>gilvipes</i>	170.
<i>gracilis</i>	173.
<i>interstitialis</i>	171.
<i>latipennis</i>	169.
<i>oblongus</i>	172.

MEGALOPS.

<i>plicatus</i>	293.
---------------------------	------

MELIGETHES.

<i>amplicollis</i>	575.
<i>convexus</i>	574.
<i>pallipes</i>	574.
<i>subtilis</i>	576.

MELYRIS.

<i>lineata</i>	482.
<i>natalensis</i>	480.
<i>rufiventris</i>	479.
<i>sulcicollis</i>	482.

Molops.

<i>lenis</i>	187.
------------------------	------

MORIO.

<i>anthracinus</i>	122.
------------------------------	------

MORYCHUS.

<i>sublævis</i>	582.
---------------------------	------

MYRMEDONIA.

dispar	265.
longicornis	p. 267.
prolixa	268.
terminata	266.

NECROBIA.

ruficollis	515.
rufipes	515.

NITIDULA.

<i>bimaculata</i>	564.
<i>picea</i>	566.

NOTERUS.

quadrivittatus	247.
--------------------------	------

Notoxus.

<i>univittatus</i>	508.
------------------------------	------

OCHTHEBIUS.

megacephalus	587.
------------------------	------

OEDICHIRUS.

abdominalis	292.
-----------------------	------

OMALIUM.

philanthus	297.
----------------------	------

ONTHOPHILUS.

costipennis	549.
-----------------------	------

OODES.

<i>Gory</i>	161.
<i>Goryi</i>	161.
<i>lævicollis</i>	164.
<i>puncticollis</i>	161.
<i>rufipes</i>	162.
<i>similatus</i>	163.

OOPHORUS.

effusus	408.
flavonotatus	407.

OPETIOPALPUS.

Caffer	p. 516.
collaris	518.
livens	518.
rudis	517.

OPILUS.

<i>fasciatus</i>	508.
robustus	485.
unibalteatus	487.

ORECHTOCHILUS.

bicostatus	261.
----------------------	------

ORTHOGONIUS.

Caffer	64.
capucinus	65.

OSORIUS.

rugiceps	294.
--------------------	------

OXYTELUS.

<i>piceus</i>	295.
<i>picipennis</i>	295.
<i>pusillus</i>	296.

PÆDERUS.

<i>æstuans</i>	291.
Caffer	290.
collaris	289.
crassus	288.
punctatus	291.

PALLENIS.

<i>misella</i>	489.
<i>speciosa</i>	488.

PANAGÆUS.

<i>impictus</i>	124.
<i>lætus</i>	126.
<i>nobilis</i>	125.
<i>ornatus</i>	125.

PAROMALUS.		PLAGIOPYGA.	
exiguus	p. 552.	ferruginea	p. 76.
PELTIS.		PLATYMETOPUS.	
africana	580.	figuratus	190.
PEZOPORUS.		PLATYSOMA.	
coarctatus	490.	capense	555.
discophorus	490.	chalybeum	553.
puberulus	491.	sculptum	554.
PHÆNOPS.		POGONUS.	
lugubrina	325.	Caffer	164.
PHILOCALUS.		POTAMOPHILUS.	
formosus	484.	africanus	585.
PHILONTHUS.		PRIA.	
bisignatus	282.	cinerascens	573.
Caffer	280.	PRISTILOPHUS.	
hospes	279.	attenuatus	411.
minutus	283.	rubripennis	412.
morio	279.	PTINUS.	
natalensis	278.	scutellaris	520.
rufipes	284.	RHOPALOMELUS.	
varians	283.	angusticollis	167.
PHILOIOPUS.		RHYSOTRACHELUS.	
consobrinus	508.	bimaculatus	135.
flavonotatus	509.	myops	136.
PHYSODEUTERA.		quadrimaculatus	134.
angusticollis	15.	SANDALUS.	
PIEZIA.		costipennis	424.
angusticollis	92.	punctulatus	423.
circumcincta	94.	SAPRINUS.	
lateralis	96.	amœnulus	544.
laticollis	93.	areolatus	542.
limbatella	97.		
lineolata	95.		
PLACODES.			
Caffer	540.		

bicolor	p. 541.
breviusculus	545.
cupreus	541.
natalensis	543.
splendens	540.

SCAPHIDIUM.

agaricinum	558.
impictum	557.

SCAPHISOMA.

agaricinum	558.
hybridum	558.

SCARITES.

depressus	120.
linearis	116.
natalensis	117.
nigritus	118.
rugiceps	119.

SCYDMÆNUS.

longicornis	528.
-----------------------	------

SELENOPHORUS.

rufomarginatus	191.
--------------------------	------

SIAGONA.

caffra	115.
------------------	------

SILPHA.

micans	529.
------------------	------

SORONIA.

caffra	567.
costipennis	569.
curvipes	572.
exarata	570.
immunda	571.
tibialis	568.

SPILERIDIUM.

abbreviatum	603.
-----------------------	------

apicale	p. 606.
consobrinum	605.
exile	607.
ornatum	604.

SPHENOPTERA.

cupreosplendens	333.
corrugata	333.
disjuncta	334.
fallax	335.
gentilis	336.
intermedia	334.
mucronata	332.
neglecta	336.
tantilla	338.
trepida	337.
trispinosa	331.
urbana	333.

STAPHYLINUS.

Caffer	277.
Erichsoni	275.
Hottentottus	278.
nigriventris	276.

STERNOCERA.

Orissa	299.
------------------	------

STENOLOPHUS.

nitidulus	218.
pallidus	219.

STILICUS.

bimaculatus	287.
-----------------------	------

TACHINUS.

exilis	271.
------------------	------

TARSOSTENUS.

univittatus	508.
-----------------------	------

TEFFLUS.

Delegorguei	123.
-----------------------	------

TERETRIUS.

punctulatus p. 546.

TETRAGONODERUS.

biguttatus 226.

TETRALOBUS.

bifoveolatus 380.

flabellicornis 377.

Heros 377.

polyphemus 379.

THYREOPTERUS.

flavosignatus 77.

limbatus 77.

TRACHYS.

coracina 366.

evanescens 369.

incerta 366.

lucidula 369.

puberula 367.

senegalensis 365.

timida 368.

TRECHUS.

pallipes 227.

rufipes 226.

TRIBALUS.

picipes p. 545.

TRINODES.

villosus 584.

Trochalus.

capensis 233.

immarginatus 234.

meridionalis 233.

senegalensis 233.

VERTAGUS.

bipustulatus 130.

lucidulus 131.

VOLVULUS.

compressus 588.

XANTHOLINUS.

amabilis 274.

ZUPHIUM.


bimaculatum 31.

brunneum 31.

Caffer 33.

ustum 32.






G.



H.



I.





INSECTA CAFFRARIA

ANNIS 1838—1845

A

J. A. WAHLBERG

COLLECTA,


DESCRIPSIT

CAROLUS H. BOHEMAN.

PARS. I. FASCIC. I.

COLEOPTERA.

(Carabici, Hydrocanthari, Gyrinii et Staphylinii.)



204574
204574

CONFIDENTIAL

[The following text is extremely faint and illegible due to the quality of the scan. It appears to be a series of lines of text, possibly a list or a document body.]





INSECTA CAFFRARIÆ

ANNIS 1838—1845

A

J. A. WAHLBERG

COLLECTA,

AMICI AUXILIO SUFFULTUS,

DESCRIPSIT

CAROLUS H. BOHEMAN.

PARS. I. FASCIC. II.

CUM TAB. II. ÆN.

COLEOPTERA.

(*Buprestides, Elaterides, Cebionites, Rhipicerides, Cyphonides, Lycides, Lampyrides, Telephorides, Melyrides, Clerii, Terediles, Ptiniores, Palpatores, Silphales, Histeres, Scaphidilia, Nidulariæ, Cryptophagidæ, Byrrhii, Dermestini, Parnidæ, Hydrophilidæ.*)

Prolegomena





1851.





SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES



3 9088 00354723 9

nhent QL593.B67

pt. 1 fasc. Insecta Caffaria annis 183

